QVINTI HORATII FLACCI

Poëmata,

X.10.55
Syn.7.60.180

SCHOLIIS ET ARGVMENTIS
ab HENR. STEPHANO
illustrata.

IVNII IVVENALIS ET AVLI PERSII FLACCI *Satyræ:*

Iam recèns recognitæ, simul ac adnotatiunculis, quæ breuis Commentarij vice esse possint, illustratæ.

BIBL. CANT. ACAD.

LONDINI,
Apud *Melchisedechum Bradwood*,
Impensis IOAN. NORTON.
1607.

Horatius
Juvenalis
Persius

843.85

Q. HORATII FLACCI VITA,

è vetusto quodam exemplari descripta.

QVintus Horatius Flaccus, Venusimus, patre, vt ipse quidem tradit, libertino, & exactionum coactore: vt verò creditum est, salsamentario: quum illi quidam in altercatione exprobrasset, Quoties ego vidi patrem tuum brachio se emungentem? Bello Philippensi exitus à M. Bruto imperatore, tribunus militum meruit: victisque partibus, venia impetrata, scriptum quęstorum comparauit: ac primò Męcenati, mox Augusto in gratiam insinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Męcenas quantopere eum dilexerit, satis demonstratur illo epigrammate,

Ni te visceribus meis Horati
Plus tam diligo, tu tuum sodalem
Hinno me videas strigosiorem.

Sed multo magis * extremis, tali ad Augustum elogio. *Al. extremis Esquilus.*

Horatij Flacci, vt mihi, esto memor. Augustus epistolarum quóque ei officium obtulit, vt hoc ad Męcenatem scripto significat, *Antè ipse sufficiebam scribendis epistolis amicorum: nunc occupatissimus & infirmus. Horacium nostrum te cupio adducere. Veniet igitur ab ista parasitica mensa ad hanc regiam, & nos in epistolis scribendis adiuuabit.* Ac ne recusanti quidem aut succensuit quicquam, aut amicitiam suam * suggerere destitit. Extant Epistolę, è quibus argumenti gratia, pauca subieci. *Sume tibi aliquid iuris apud me, tanquam conuictor mihi fueris. Rectè enim & non temere feceris: quoniam id vsus mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri possit.* Et rursus, *Tui qualem habeam memoriam, poteris ex septimio quoque nostro audire, nam incidit vt coram illo fieret à te tui mentio. Neque enim, si tu superbus amicitiam nostram reuisti, ideo nos quoque * ἀνθυπερφρονοῦμεν.* Pręterea *Al. ingerere desiit.* *Al. ὑπερηφανεύομεθα,*

Al. puriſſimum. ſæpe cum, inter alios iocos, "putiſſimum penem, & homuncionem lepidiſſimum appellat: vnáque & altera liberalitate locupletauit. Scripta quidem eius vſque adeo probauit, manſuraque perpetuò credidit, vt non modò ſeculare carmen componendum iniunxerit, ſed & Vindelicam victoriam Tiberij Druſique, priuignorum ſuorum: eúmque coëgerit propter hoc, tribus carminum libris ex longo interuallo quartum addere. Poſt ſermones verò lectos quoſdam, nullam ſui mentionem factam ita ſit queſtus. *Iratum me tibi ſcito, quòd non in pleriſque eiuſmodi ſcriptis mecum potiſſimùm loquaris. An veritus ne apud poſteros infame tibi ſit quòd videaris familiaris nobis eſſe?* Expreſſitque Eclogam, cuius initium eſt,

Al. negotia. *Quum tot ſuſtineas & tanta" pericula ſolus,*
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda pacem,
Si longo ſermone morer tua tempora Cæſar.

Habitu corporis breuis fuit, atque obeſus: qualis & à ſemetipſo in Satyris deſcribitur, & ab Auguſto, hac epiſtola: *Pertulit ad me Diopyſius libellum tuum: quem ego (ne accuſem breuitatem) quantuluscunque eſt, boni conſulo. Veteri autem mihi videris ne maiores libelli tui ſint, quam ipſe es: ſed ſi tibi ſtatura deeſt, corpuſculum non deeſt. Itaque licebit in ſextariolo ſcribas, quum circuitus voluminis tui ſit ὄγκιον δέκατος, ſicut eſt ventriculi tui.* Ad res venereas intemperantior traditur. nam ſpeculato cubiculo ſcorta dicitur habuiſſe diſpoſita, vt quocunque reſpexiſſet, ibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimùm in ſeceſſu ruris ſui Sabini aut Al. Tarentini, "Tiburtini: domúſque eius oſtenditur circa Tiburni lucum. Venerunt in manus meas & elegi, ſub eius titulo, Al. prorſa, & epiſtola" proſa oratione, quaſi commendantis ſe Mæcenati. Sed vtraque falſa puto: nam elegi, vulgares: epiſtola autem, obſcurâ quo vitio minimè tenebatur. Natus eſt v. id. Decemb. L. Cotta & L. Torquato conſulibus. Deceſſit v. Kal. Decem. C. Mario Cenſorino & C. Aſinio Gallo conſulibus, poſt nonum & quinquageſimum annum: hærede Auguſto palàm nuncupato, quum vrgente vi valetudinis non ſufficeret ad obſignandas teſtamenti tabulas. Humatus & conditus eſt extremis Eſquilijs, iuxta Mæcenatis tumulum.

EIVSDEM

EIVSDEM HORATII VITA IN ALIO EXEMPLARI ALITER *ſcripta.*

QHorativs Flaccvs libertino patre natus in Apulia, cum parente in Sabinos migrauit. Quem quum pater puerum Romam miſiſſet in ludum literarium, parciſſimis eruditus impenſis, anguſtias patris vicit ingenio: coluítque adoleſcens Brutum: ſub quo tribunus militum ciuili bello militauit: captúſque à Cæſare, poſt multum tempus, beneficio Mæcenatis non ſolùm ſeruatus, ſed etiam in amicitiam receptus eſt. Quapropter Mæcenati & Auguſto in omnibus ſcriptis ſuis venerabiliter aſſurgit. Scripſit Carminum libros IIII. Epodon I. Carmen ſæculare. De arte poëtica I. Epiſtolarum lib. II. Sermonum II. Commentati ſunt in illum, Porphyrion, Modeſtus, Helenius Acron: omnium optimè C. Æmilius.

EIVSDEM HORATII VITA, PER PETRVM CRINITVM, LIB. III. DE *poetis Latinis.*

QHorativs Flaccvs in Venuſio Apuliæ oppido natus eſt. Patrem habuit libertini generis. vnde illud,

Quem rodunt omnes libertino patre natum.

Pro certo habetur, eiuſdem natalem fuiſſe duobus citeriter annis

Sat. 6. lib. I.

annis ante coniurationem L. Sergij Catilinæ. quo tempore celebres erant in ciuitate, ex poetis, Valerius Catullus, Licinius Caluus, & Heluius Cinna: ex oratoribus, M. Cicero, Q. Hortensius, & Q. Catulus: ex philosophis, Varro Terentius, & Figulus Nigidius. Orbilium Beneuentanum (vt constat) à puero audiuit, quem appellat alicubi plagosum: ac mirum quàm breui tempore in bonis literis profecerit. Ingenio enim facili & audissimo fuisse traditur in capiendis optimis disciplinis. Vbi autem satis visus est nauasse operam Latinis studijs, Athenas se contulit, vt philosophorum præceptis liberius incumberet. Maximéque Epicureorum placita videtur probasse: vt illud vrbanè dictum testatur,

Epist. 1. lib. 2.

Me pinguem & nitidum bene curata cute vises,
Quum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Epist. 4. lib. 2.

Moribus fuisse dicitur subobscœnis, & ad bilem interdum paulò excitatior: adeo erga amicos gratus atque officiosus, vt nobiliorum etiam studijs & gratia clarior in dies ac nobilior esset. Nam primò dignitatem tribunitiam honestis suffragijs est adeptus, & Romanæ legioni præpositus, quod ipse de se scribit. Amicos verò habuit, ex poetis, Albium Tibullum, Quintilium Varum, cuius obitum officiosè deplorat: Valgium, consularem, Virgiliúmque ipsum: ex prima nobilitate, Iulianum Florum, Maximum Lollium, & Mæcenatem, cum quo supra septem annos summa familiaritate vixit. quod cùm ex locis multis, tum maximè his versibus apparet,

Sat. 6. lib. 2.

Septimus octauo propior tam fugerit annus,
Ex quo Mæcenas me cœpit habere suorum *In numero.*

Nam cum ipso quidem Horatio iocari liberius Mæcenas, atque agere consueuit, eidémque concredere sua studia, in rebus ciuilibus. Quum ipsa ciuitas magnis factionibus teneretur, varijsque seditionibus æstuaret, sequutus primò est Bruti & Cassij partes, quod à multis alijs & à Sidonio Apollinari traditum est: qui ad Iulium Maioranum sic refert,

Et tibi, Flacce, acies Bruti Cassique sequuto,
Carminis est autor, qui fuit & veniæ.

Mox verò accidit vt fauore Mæcenatis non dignitatis tantùm assequeretur, sed ipsi quoque Octauio imperatori

 foret

foret insinuatus: quum liberè & amicè ad illum scribat. Illas tamen epistolas, quæ referuntur à quibusdam, Augusti ad Flaccum, magis confictas opinamur, quàm dignas tanto principe, eiúsque summa eruditione. quod ipsum cùm alia multa, tum elocutio in primis probat. Composuit perplura, quæ vulgo etiam sunt notissima: nos quam breuissime repetemus: Libros Carminum quatuor, Epodon, & Seculare carmen: quibus Augustum ac Mæcenatem miris laudibus celebrat. In scribendis iambicis mire efficax habitus est: quod & Fabius Quintilianus testatur. Inter lyricos verò (inquit) solus fere dignus est legi Horatius: quoniam & insurgat aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ: variisque verbis & figuris felicissime audax. Ex quo illud peruulgatum,

Hinc inter lyricos sublimi vertice vates
Sidera summa ferit, seu dulcia furta puella
Cantat amicitias, conuiuia, prælia, paces:
Siue Lycambeis lacerat latratibus hostem,
Impetit aut vario corruptos carmine mores.

Apollinaris quoque sic ad Tonantium de Horatio,

Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis vt nostra dehinc cursitet orbita,
Qua Flaccus lyricos Pindaricum ad melos
Frænis flexit equos plectri potentibus,
Dum metro quatitur chorda Glyconio,
Nec non Alcaico, vel Pherecratio,
Iuncto & Lesbiaco, siue Anapæstico:
Vernans per variij carminis eclogas
Verborum vialis multicoloribus.

Diomedes grammaticus, & alij veteres, vndeuiginti carminum modos ab Horatio decantatos asserunt: quorum rationes in tertio de Grammatice libro à Diomede ipso referuntur. Scripsit de Poetica librum ad Pisones: volumina dua Satyrarum, ac totidem epistolarum. In Satyra verò Lucilium sequutus est, etsi eum vt lutulentum accusat. Fabius certe Quintilianus præcipuum in Satyra dicit hunc ipsum Horatium, ac purum in primis, & tersum. Quia hoc illi proprium & peculiare fuit, vt ridenti similis, & quasi dissimulans, improbitatem ac vitia hominum accusares: quòd ea magis vrgeant atque afficiant quæ sen-

sim irrepunt, quam quæ aperta fronte inuadunt. quod ipsum & poëta Persius demonstrat,

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admissus circùm præcordia ludit,
Callidus excusso populum suspendere naso.

Sed & poëta Ouidius ingenuè fatetur magnopere se Horatianis versibus delectatum, & eius carmen diligenter audisse: veluti Propertium, Macrum, Ponticum, & Bassum, qui iambicos lusit.

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures,
Quum ferit Ausonia carmina culta lyra.

Permultos verò enumerat Horatius, quorum & studium & iudicium percoluit: vt Plotium, Mæcenatem, Varium, Virgilium, Fuscum, Viscos, Valgium, Pollionem, Messalam, & alios. Sequutus est eum in componendis lyricis Paulus Passienus: qui (vt est autor Plinius) mirifice illum exprimebat. Statura fuisse traditur breui, corpore obeso, oculis lippis: quæ vel ex carmine illius varijs locis colliguntur. Mortuus est autem Horatius anno ætatis suæ septimo & quinquagesimo, vt in Eusebij annalibus relatum est. Alij supra septuagesimum annum vixisse scribunt, quod ego tamen falsum existimo, vt alibi obseruatum est.

ALIA QVÆDAM DE HORATII VITA ET SCRIPTIS.

Ex Georgij Fabricij Præfatione.

POETA noster Venusio oppido, inter Appulos & Lucanos, solo Dauniorum veterum, sito, nascitur: patre humili & plebeio, qui videlicet præconium fecit, & coactor exactionum fuit: ea tamen vir prudentia, & erga filium amore, vt alacritate ingenij in eo animaduersa, Romam ipsum deportaret. Ibidem & vestem ei prætextam dedit, & binos seruulos pro re tum adhibuit: vt & vrbis Magistros

magistros audire, & cum pueris ingenuis erudiri posset. Præterea vnà cum doctoribus (quod nec inertis nec instrenui patris erat) mores & studia filij ipse inspexit, & adolescentulo vbique ad virtutem custos incorruptissimus adfuit. Erant tum inter Romanos varia Philosophantium studia, & omnis eorum temporum nobilitas, cupiditate discendi accensa, confluebat frequens Athenas, tanquam ad mercatum quendam vberioris doctrinæ: quo se etiam poëta noster contulit, vt ipse de se testatur alicubi.

Aliquanto post.

Sed quum in magnam sententiarum & disciplinarum varietatem incideret poëta noster, neque vllius istius inuestigationis, aut scientiæ esset expers aut ignarus, primùm videmus eum hæsisse sententia diúque deliberasse ad quam potiùs partem accederet, tandem ad Mæcenatem sic ipse se aperuit.

Nullius addictus iurare in verba magistri,
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.
Nunc agilis fio, & mersor ciuilibus vndis,
Virtutis veræ custos rigidúsque satelles:
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor.

Agilitatem videlicet tribuit Academicis, quorum placita & ipse sequitur, & bona hominis ex eorum doctrina diuidit, & eundem in ijs ordinem, quem Aristoteles, obseruat: & manifestè ait, se inter syluas Academiæ solitum veritatem inquirere. Custodes virtutis Stoicos in negotijs & in gubernatione collocat, & agitationibus ciuilibus aptos esse censet, & cum ijs sentit virtutem esse maximi faciendam: sed eorum quædam ἀξιώματα apertè improbat. Nam caules teneros in hortis minuere (quo ipse exemplo vtitur) aut nauem plenam palearum euertere (quo vtitur Cicero) peccata non tanta æstimat, vt furti aut sacrilegij pœna sint vindicanda: inque amici peccatis eam censuram planè non vult admittere. Idem defendit se contra Damasippum Coccionem, qui ipsum stultitiæ, edicto Chrysippeo, damnauerat: & quamuis poëta in angustum redigitur, (vincebat enim ferè pertinacia Stoici) tamen tali loco euadit, vt oret Coccionem vt sibi stulto insanus iraseí contra æquitatem perpetuò nolit. Idem, quum disputaret contra Dauum seruum suum,

se

se incusantem quòd libertatem viri sapientis maxime tueretur moribus & grauitate, rursus conuitio seruili adeo exardescit, vt ad illum insequendum, à seque repellendum, iratus herus lapides & tela postularet. In his contentionibus, ingenij sui exprimit imaginem: nimirum quantopere odisset importunitatem, & reuerà immanitatem, in illis naturis quæ nulla æquitate flecterentur, nullam placabilitatem admitterent, & sese quodammodo ipsæ humanitate priuarent atque exuerent. Ex his & quibusdam alijs constat quòd poëta cum Stoicis non senserit. Ipse autem quamuis adolescens doctrinam fuerit Epicuri secutus, tamen quum tonitrua & fulmina in nubibus, ac montium concussiones ac motus in terris cerneret, quúmque Dei prouidentiam in regnorum mutationibus consideraret: é castris Epicuri mature profugit, & sapientiæ insanientis fuisse consultum, libere profitetur, & postea in agitanda tota illa disciplina multos lacessit: & in his principem, multisque Romanorum nobilibus charum, M. Carium: quem festiue & ridicule inducit in quadam Satyra præcepta dantem Epicurea: sed quę nihil habent aut virtutis, aut sapientię, aut alicuius conuentus eruditi: sed tantùm culinaria sunt, & ad mensas proprie aut gulam pertinent: digniora Gelasino Plauti, quàm graui aut perito philosopho. Qualia sunt, Oua longa rotundis esse meliora: item, Caules agrorum salubriores quàm qui in hortis nascuntur: quædam etiam his ineptis leuiora. Ipsum autem Epicurum, ibidem fontem sapientiæ nominans, explodit é grege philosophico, & per iocum, tanquam hominem vilissimum exterminat. Nequis verò expers eius sententię sit quam ipse optimam existimet, autorem quem sequatur maxime, non celat, & se imitatorem esse Aristippi, nequaquam obscurè indicat. Est autem ille (vt constat) libero quodam modo philosophatus: non in aperto quidem contempti deorum, vt fecit Epicurus, sed qui diuis censuit res hominum esse permittendas. Nec in angulo se abdidit aliquo, vt vrbes agrósque deseruit, hominum odio, aut eos, furię more, discursu insano terruit: (quod factum à Menedemo est) nec in publico turpis vixit, aut sues aquatum putidè egit (quod de aliquibus proditum) sed personis, locis, temporibus, moribus, & ipsi se fortunæ accommodauit.

commodauit. In quibus autem constituerit δυσχερείας δ' ἐγγίνεσθαι ἀνθρώποις ἀπόδειξιν, tradit Ælianus breuissimè: nempe post res præteritas, curam earum non repetendam: res verò futuras metu non anticipandas: quòd illæ præterlapsæ, amplius non sint, hæ autem euentum habeant incertum. Præsentibus solis animum esse applicandum, quæ, si optatæ sint & prosperè, & ex voluntate fluant, ijs esse gaudendum: sin aliter cadant, & nostræ expectationi non respondeant, esse perferendas animo forti & erecto. Itaque voluptates absentes studio non quærebat, aut appetebat labore: sed fructu præsentium se auidè delectabat: &, siquid melius offerretur, fortunam lautam aridæ, magnificam sordidæ præferebat. Vnde & poeta noster in Cyrenaicæ & Cynicæ disciplinæ comparatione, Aristippum commendat, quòd oblata non abijceret: & quæ deessent, non desideraret: Diogenem verò, tanquam nec sibi nec alijs commodum reijcit cum contemptu. Hæc vitæ consuetudo fecit Aristippum & acceptum aulæ Siculæ, quum in eadem Plato tum viueret, & quibusdam alijs viris magnis conciliauit. Nec contentus Poeta Horatius hoc vno duce & magistro fuit, sed opes suas & facultatem latiùs extendit, & à singulis mutuatus est ea quæ suæ opinioni essent aptissima. Res autem memorabiles multas, ad omne genus hominum pertinentes, tractandas suscepit.

Initio homines in quatuor genera ipse diuidit: In eos qui tractant remp. quique rerum maximarum sunt cupidi: aut qui suum gerunt negotium laboriosè, vt agricolæ, vt mercatores. Tum in otiosos quosdam studijs his contrarios, qui dicuntur ἀπολαυστικοί, vt sunt commessatores, & reliqui voluptuarij, qui ventri tantùm dediti sunt, nec altius aliquid suspiciunt. Præterea in viros militares, qui extra domum terra marique ætatem transigunt in castris, homines quidem φορτικοί, sed publicis rebus non inutiles: e quibus potissimùm constabat robur Italùm, & dignitas nominis Romani. Postremò in homines plane quietos, qui quasi abhorrentes ab his omnibus, cognitioni rerum & inuestigationi se dedunt, aliósque aut artibus necessarijs exercent, aut docent de virtute multitudinem. In hoc genere poeta se cupere testatur excellere, & laudem meretur. quo quidem voto ita splendidè potitus est, vt principem

inter

inter lyricos locum, & veluti palmarium apud Romanos obtinuerit, & se ipse Musarum sacerdotem appellare non dubitarit, & sibi nominis immortalitatem vaticinio minimè falso prædixerit. Omnibus igitur hominibus præscripsit quid faciendum, fugiendúmque sit, vt gloriam quisque suo nomini accommodatam, aut conditione dignam, aut ordini conuenientem facilè consequatur. Etenim (vt paulò antè dixi) non contumeliosè in deos, non proteruè dicit, sed ipsis viros bonos curæ esse, & ab ijs amari atque defendi, suo exemplo probat. Eosdem non colendos sumptu aut ambitione suadet, sed manu immuni & farre pio: nec rogandos eos latifundia, opes, diuitias, sed bonam valetudinem, bonamque mentem & prudentiam, ac senectutem honoratam. In deorum laudibus multus est & facundus. Secundum eos celebrat viros fortes, eruditos, bene meritos: in his præcipuè duces Romanos, & ipsum Augustum Cæsarem: quorum virtutes, res gestas, gloriam, ingenia, benefacta, victorias, triumphos, laudibus dignissimis extollit. De studijs & exercitatione adolescentiæ, præclarè locis multis: de liberali vitæ iucunditate, locis ferè omnibus. Contrario modo vitia illa vsitata grauiter detestatur, amores, luxum, ebrietatem, libidines, adulteria, malas voluptates. Reprehensor est iræ, leuitatis, iniuriarum, furoris, periurij. Laudat pleno (quod dicitur) ore, mediocritatem, frugalitatem, innocentiam, vt virum bonum decet: maledicos, improbos, facinorosos, veneficos, odio prosequitur, vt decet hominem iustum. Inuehitur merita indignatione in suorum temporum scelera· & nefarios multos exagitat: pro ratione argumenti, quosdam rectè χυκλῳ, quosdã etiam expressis ipsorum nominibus atq; flagitijs. Mortem impendere omnibus, variè dicit, & sine intermissione dicit. Talis doctor est in carmine lyrico: quod magna suauitate & dulci lepôre condidit, nec minore grauitate ac sapientia pertractauit. In cæteris libris, qui Satyræ inscribuntur, in quibus aut sermocinatur cum amicis præsentibus, aut literas ad absentes mittit, maluit vrbanè quàm acerbè, iocosè quàm petulanter agere: & magis Socratem τὸν ἐρωνα, quàm Lucilium conuitiatorem imitari. Apud hunc, quod fuit in Archilochi iambis dirum, nunc liberale & humanũ est: quod in

Lucilij

Lucilij Epodis amarulentum, nunc lætitia quadam perfudit atq; afficit. Valdè mihi placet & graue est Rodolphi Agricolę, viri sapientis, iudicium, quod ipse primus tulit de Satyricis apud Latinos. Græcia enim Satyra caruit. Is Persium, qui meditando vngues rodit, ait personam habere philosophicam, quòd seuerè obiurgando doceat. Iuuenalis indignatur, irascitur, pluteum codit, exclamat: vltra Oceanum glacialem, ne vitia Romanorum intueatur, cupit effugere: Horatius illis antiquior, agit blanditijs, & ridentis præfert faciem, & ludum (vt ait ex vetustis quidam) affectat ingenuum & in ipsa delectatione reprehendit. Sunt huius poëtæ libri quidam δ)δακ]ικοὶ, arte poëtæ, de carminibus emendandis, de vi & decoro orationis, & de illius facultatis summa excellentia: item de ipsius poëtæ vita, officio, laude. Ea præcepta mittit ad Pisones, ad Augustum, ad Florum: ij libri, iudicij exquisiti & artis perfectæ existimantur. Hæc singula commemorare longius, nec loci huius est, nec temporis, nec proposito nos monuisse præcipua satis est: reliqua attenti lectores, & adolescentes studiosi, & interpretes industrij eruent & enodabunt. nam alium poetam meliorem esse Horatio Flacco, & excellentia ingenij, & magnitudine iudicij, & copia doctrinæ, & varietate orationis, & delectu rerum, & pulchritudine tractationis, ego mihi videor cognouisse neminem. Idem sensit tẽporibus cultioribus doctissima antiquitas. Nam poëtę huic in carmine elegantiam & peritiam numerorum tribuit Ouidius: sublimitatem autor vetus non nominatus: iucunditatem, gratiam, varietatem Quintilianus: exquisitum cultum, & poëticum decorem Tacitus. In sermone puritatem & nitorem, idem Quintilianus. In argumentis sapientiam & calliditatem Persius, diligentiam elucubratâ Iuuenalis, solertiam Apuleius. In lyricis ferè solum legi dignum, rursus sensit Quintilianus: aitq; ad notandos hominum mores eundem in Satyris esse præcipuum. Lactantius emendatissimum. Eius autoritate & exemplis tanquam hominis idonei, & fide pleni, vtitur grauissimus scriptor Plutarchus, & Arrianus, Nicomediensis philosophus. Imitatus in Odis est præ omnibus Alcæum & Sapphonem, & epitheta habet Homerica & Sophoclea. In libro verò Epodon, quem voluntate scripsit Mæcenatis, imitatus Archilochum,

Iochum, retinet suauitatem in numeris, mutat acerbitatem in conuitijs. In Satyris Romanos illos ante se habuit, Ennium, Lucilium, Varronem: sed his omnibus fuit castigatior & melior. Ioannes Sturmius Odas Horatianas nominabat (vt memini) opus varium rebus, rerum tractatione, orationum formis: in quo Odę singulę singula argumenta plenè & perfectè tractata habeant: iucundę ad cognoscendum, vtiles ad imitandum. Franciscus Petrarcha, sui seculi vir doctissimus, dicere solitus est, se ex nullo poeta Latino euasisse meliorem, quàm ex Horatio. quod dictum Lazarum Bonamicum audiui mirificè prædicantem. Carminis Horatiani lectione se oblectarunt duo sapientissimi imperatores, Augustus & Seuerus.

EIVSDEM GEORGII FABRICII VERSVS DE HORATII SCRIPTIS, ad Ioannem Sturmium.

DVm tu Arpinatum fontes & flumina ducis
Aurea, lata rigans camporum, lata saturum,
Magne senex, & Nestorea dignissime vita:
Exiguas ego tracto operas, in munere paruo,
Et modulata lego Venusini scripta poetæ,
Miratus numeros varios, varia argumenta.
Ille bonus doctis & amicus fidus amicis,
Aelio celebrat cantu fidibúsque Latinis
Virgilium, Variúmque: & te mitissime Cæsar,
Te quoque Mæcenas, in quorum laudibus ornat
Vrbem præclarámque viris studiísque virorum,
Cecropia assurgunt cui claro nomine Athenæ.
Ille suas Glycerem & Lyden cantant amicas,
Cúmque Thyoneo Venerem, Faunóque Dianam.
A turpi iuuenes deterrens fortis amore,
Pauperiemque pati iubet, & perferre labores,
Pro patriáque mori. Musarum perdocet artem
Pisones: scriptísque refert accedere laudem,
Censorius si sint lima tenuata periti.
Palladæ Typhœum contra, contráque Mimantem
Mercurium laudans, mores odisse superbos

Imperat,

Imperat, indoctas nec vires esse timendas.
Præscribit puerisque preces teneriſque puellis:
Corrigit antiqui carioráque carmina Livi,
Commendans superis sanctum cum plebe senatum.
Integer æterna qui vult clarescere fama,
Vulnera ne faciens, ignominioſáque iactans
Offendat vatem. sic turpis Mævius, & tu
Canidia, & Cassi, saxo damnate Seriphi.
Tela truces rapiant: si castigandus amicus,
Fomenti ne parce salubribus: aufer ab ipso
Vel curas, vel avaritiam, morbúmque tenacem:
Molliatum vitæ præcepta inspergere regendæ,
Sæpe iuvat dicti ægrum curare iocoſis,
Mordaci interdum melius tentatur aceto.
Sæpe leoninæ vulpinam attexere pellem
Profuit, & tacito vitioſos carpere morſu.
Vincitur obſequio Catius, Damaſippus honore:
Naſidienus adhuc iraſcitur, inque proteruum
Poſcit herus ſeruum lapides & tela ſeuerus.
Virtus ſola, bonum. libertas, viuere rectè:
Nil admirari, ſapere eſt. ſub paupere tecto
Regum æquantur opes animis, vincuntur amici,
Nate etiam frangant curæ, triſtéſque labores:
Otio moroſam reuelant genealia mentem.
Vita ſub anguſto eſt homini tutiſſima rure,
Quem citharæque lyræque iuuant, cui carmina melli:
Cui faciunt lætas epulas, ſine lite ſalinum,
Fœcundique lares, & mens præſentibus æqua.
Talis Ariſtippo placuit, tibi talis Horati
Vita placet, nullis tuto peragenda querelis.
Vrbanis hæc dum traduntur dicta libellis,
Et ſale Mopſopio tinctis, Latióque lapore:
Quid mirum, placeant ſi cunctis ſplendida doctis?
Sed tibi ſcribente Sturmi, pulchroque bonóque,
Ornato Auſonijs doctrinis atque Pelaſgis,
Dicere plura pudor. nam tu celeberrime acuto
Iudicio pollet, & me hæc ſcis rectius ipſo.

FINIS.

DE NOB. SCIENTIS.

FINIS.

Q. HORATII FLACCI ODARVM SEV CARMINVM LIB. PRIMVS.

AD MAECENATEM. *Ode* I.

Alijs alios studijs (vt ipse alibi loquitur) teneri ostendit: se autem poetæ lyrici nomen affectare profitetur, tanquam sibi honorificentissimum futurum: præsertim si eo dignus, vel ipsius Mæcenatis iudicio, censeatur. Sunt qui eum quatuor vitæ genera, πρακτικὸν, ἀπολαυστικὸν, πολεμικὸν, θεωρητικὸν (quod quidem suum sit) describere voluisse existiment.

*MÆcenas, atauis edite * regibus,*
O & præsidium & dulce decus meum:
** Sunt quos curriculo puluerem Olympicum*
*Collegisse iuuat: * metáque feruidis*
Euitata rotis, palmáque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.
*Hunc, si * mobilium turba * Quiritium*
Certat ter geminis tollere honoribus:
Illum, si proprio condidit horreo
Quicquid de Libycis vertitur areis,
** Gaudentem patrios findere sarculo*
*Agros: * Attalicis conditionibus*
Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare.
Luctantem Icarijs fluctibus Africum
Mercator metuens, otium & oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rates
*Quassas, * indocilis pauperiem pati.*
Est qui nec veteris pocula Massici,
*Nec * partem solido demere de die*
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto

Vt Ode 29 l. 3. *Tyrrhena regum prog.*
Sunt quos. Hellen. εἰσὶν ὅυς.
Met. Tanta arte appropinquasse metæ vt ad eam non offenderint. Sic autē & Virg. *feruentes rotas*, item, *feruidus axis.*
Mob. Al. *nobilium Quir.* vt. *plausus & amicidona Quiritii.* Alij, magistratus tres, vel amplis. & maximos.
Gaudent. Possunt hæc a præcedentibus separari. L. 20. 18. *Attali hæres.* Nullis condit. propositis ab agricult. ad mercaturam auoces: non: si Attalicas opes illi obtulerit.
Indoc. pati. Hellen. id est, patiendi.
Sic, *Diem frangere mero*, l. 20. 7.

Ad fontis caput.

*Stratus, nunc * ad aquæ lene caput sacra.*
Multos castra iuuant, & lituo tubæ
Permistus sonitus, bellaque matribus
Detestata. manet sub Ioue frigido
** Venator, teneræ coniugis immemor:*
Seu visa est catulis cerua fidelibus,
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.
*Me doctarum * ederæ præmia frontium*
** Dijs miscent superis: me gelidum nemus,*
Nympharúmque leues cum Satyris chori
** Secerunt populos si neque tibias*
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
*Quòd si me lyricis vatibus * inseres,*
*Sublimi feriam * sidera vertice.*

Alibi *leporem venator vt alta in niue sectatur.*

Alibi, *-seu condis amab. car. Prima feres ederæ victricis præmia.*

Dijs. mise. vt dixit *-euehit ad deos.*

Sec pop. Ita me alliciunt vt nihil commune mihi esse velim cum populo.

Al. *inseris.*

Naso, *& sydera vert. tangam.*

Prop. *Nunc mihi summa licet cont. syd. plantis.*

AD AVGVSTVM CAESAREM.
Ode II.

Tempestatem & Tyberis inundationem, quæ Romæ contigerant, describit: eásque ob cædem Cæsaris immissas esse innuit: nec non de bellis ciuilibus eam sequutus queritur. Tandem pro Augusti incolumitate, vt parentis patriæ, vota facit.

Vt Gr. βαλών.

IAM satis terris niuis atque diræ.
Grandinis misit Pater & rubente
*Dextera sacras * iaculatus arces,*
Terruit vrbem:
** Terruit gentes, graue ne rediret*
Seculum Pyrrhæ, noua monstra questæ:
*Omne quum * Proteus pecus * egit altos*
Visere montes:
Piscium & summa genus hæsit vlmo,
Nota quæ sedes fuerat columbis:
Et superiecto pauidæ natarunt
Æquore damæ.

Εφοβησε μή Timorem incussit ne.

Prot. custos phocarum Nept.

Hellen. Egit visere, pro ad visendum, vel, vt viseret.

Vidimus

Vidimus flauum Tiberim, retortis
*Littore * Etrusco violenter undis,* Maris Etrusci seu Tyrrheni in quod influit.
Ire deiectum monumenta regis,
Templáque Vestæ:
*Ilia dum se nimium * querenti* Suæ vxori.
Iactat vltorem: vagus & sinistra *Quer.* de nece Cæsaris.
Labitur ripa (Ioue non probante) vxorius amnis.* *Vxorius.* Vxoris desiderijs seu affectibus plus æquo indulgens.
Audiet ciues acuisse ferrum,
*Quo graues Persæ * melius perirent:* *Melius.* Iustius.
Audiet pugnas, vitio parentum:
Rara iuuentus.
Quem vocet diuûm populus ruentis
Imperi rebus? prece qua fatigent
Virgines sanctæ minus audientem *Virg.* Vestales.
Carmina Vestam?
*Cui dabit * partes scelus expiandi.* *Partes.* Munus & officium.
Iupiter? tandem venias, precamur,
Nube candente, humeros amictus:
Augur Apollo.
*Siue tu mauis, Erycina * ridens,* Vt Græcè Venus φιλομμειδὴς.
Quam Locus circumuolat, & cupido:
Siue neglectum genus & nepotes
*Respicis * autor,* *Autor.* Mars, Romanorum progenitor, pater Romuli.
Heu nimis longo satiate ludo:
*Quem iuuat clamor, galeæque * leues,* *Leues.* Politæ.
Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hostem.
*Siue mutata * iuuenem figura* Quasi Mercurii figuram induerit Aug. Sic alibi, *Quum pater ut sap. emeritaque vocari.*
Ales in terris imitaris, almæ
*Filius Maiæ, * patiens vocari*
Cæsaris vltor:
Serus in cœlum redeas, diúque

Lætus inter sis populo Quirini:
Néue te nostris vitijs iniquum
Ocyor aura
Tollat, hîc magnos potius triumphos,
Hîc ames dici pater atque princeps:
Neu sinas Medos equitare inultos*
Te duce, Cæsar.

Ode 19. Versis animosum equis Parthum.

AD NAVEM QVA VEHEBATVR *Virgilius Athenas proficiscens.* Ode III.

Nauem precatur vt Virgilium sibi charissimum Atticæ incolumen reddat. Deinde audaciam illius admiratur & damnat, qui primus nauigauit: & naturam humanam in vetitum niti ostendit.

SIC te, diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida sidera,
** Ventorúmque regat pater:*
Obstrictis alijs, præter Iapyga:
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem, precor:
Et serues animæ dimidium meæ.
** Illi robur & æs triplex*
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti:
Quo non arbiter Adriæ*
Maior, tollere seu ponere vult freta.
Quem mortis timuit gradum,
Qui siccis oculis monstra natantia,*

Æolus, qui apud Hom. in gratiam Vlyssis omnes ventos præter Zeph. vtri includit.

Illi erat χάλκεον στῆθος, ille erat χαλκεοκόρδιος.

Vel. arb. Adr. vel freta Adr.

Vt immania cete, Virg.

Qui

Qui vidit mare turgidum, &
*Infames ſcopulos * Acroceraunia?*
** Nequicquam deus abſcidit*
*Prudens Oceano * diſſociabili*
Terras, ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt vada.
** AVDAX omnia perpeti*
Gens humana ruit per vetitum nefas
*Audax * Iapeti genus.*
Ignem fraude mala gentibus intulit:
Poſt ignem ætherea domo
Subductum, macies & noua febrium
Terris incubuit cohors:
*Semotique prius tarda * neceſſitas*
Lethi corripuit gradum:
Expertus vacuum Dedalus aëra
Pennis non homini datis:
Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum eſt.
** Cœlum ipſum petimus ſtultitia: neque*
Per noſtrum patimur ſcelus
*Iracunda Iouem * ponere fulmina.*

Al. *Alta. Ceraunia*, ex Placido Lutatio. Sic autem & Virg. *Diſſoc.* Digno qui diſſociatur & ſeparari erit a nobis. Fruſtra Dei prouidentia Oceanus à terra diſociatus fuit, ſi nihilominus nauigatur. *Aud.* Audax ad omnia aggrediendo cum quidquis perpetiendi periculo. *Iap. gen.* Prometheus, qui Æſchylo αἰολομήτης i. ardua conſilia verſans. *Neceſſ.* Vt Homerus diem mortis, vocat ἦμαρ αἰανὲς ἐπιόν. Naſo. *Affectaſſe ferunt regn. cæl. gigantes.* *Pon.* Deponere è manibus.

AD L. SEXTIVM, CONSVLAREM. *Ode* IIII.

Ex veris deſcriptione occaſione ſumpta, & communi moriendi conditione ac vitæ breuitate propoſita, ad carpenda gaudia hortatur. Sunt autem qui tria verſuum genera hic eſſe velint: vt ſecundus verſus ſit, *Veris & Fauoni*, itidémque quintus. *Aut arator igni*, & eadem in ſequent. modo.

*SOluuntur acris hyems grata * vice veris & Fauoni*
** Trahúntque ſiccas machinæ carinas,*
Ac neq; iam ſtabulis gaudet pecus, aut arator igni,
Nec prata canis albicant pruinis.
*Ia Cytherea choros ducit Venus * imminente Luna:*

In vicem redeunte vere. Vel, viciſſitudine veris. *Trah.* in mare ad nauigandum. *Imm.* Propinqua.

Iunctæque Nymphis gratiæ decentes
Alterno terrã quatiunt pede : dum graues Cyclopũ
** Vulcanus ardens vrit officinas.*
Nũc decet aut viridi nitidũ caput impedire myrto,*
Aut flore, terræ quem ferunt solutæ.*
Nunc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucis,
Seu poscat agnam, siue malit hœdum.
PALLIDA *mors æquo pulsat pede pauperum tabernas*
Regúmque turres. o beate Sexti,
Vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longã.*
*Iam te premet nox, * fabulæque manes,*
Et domus exilis Plutonia. quo simul mearis,*
Nec regna vini sortiere talis,
Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet iuuẽtus
Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.

Vulc. Dum Vulc Ven maritus fabricatur apud Ætnam.
Myrto. Corolla ex myrto.
Sol. Solutæ verè, quæ hyemis frigore constrictæ fuerant.
Sum. br. Spatium breue.
Fabulosi inferi.
Exil. Ob vmbras quæ sunt exiles. & tenues.

AD. PYRRHAM. *Ode* V.

Miserum esse quicunque illius amore sit irretitus : se ex eo, tanquam è naufragio, lubenter enatasse.

QVis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha sub antro?
Cui flauam religas comam,
** Simplex munditijs ? heu quoties fidem*
Mutatosque deos flebit, & aspera
Nigris æquora ventis*
Emirabitur insolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea :
Qui semper vacuam, semper amabilem*
Sperat, nescius auræ
Fallacis. miseri quibus
** Intentata nites. me tabula sacer*
Votiua paries indicat vuida*

Munditie simplici contenta.
Animum tuum in se exasperatum.
Vac. ad dandam sibi operam.
Intent. Non perspecta, nec explorata.
Paries. Eius amorem tempestati.

Suspendisse

Suspendisse potenti.
Vestimenta maris deo.

comparat, è qua naufragus euaserit.

AD AGRIPPAM. *Ode* VI.

Bella ab eo gesta, à Vario cantatum iri : se conuiuijs tantùm & amoribus canendis aptum esse dicit.

SCriberis Vario fortis, & hostium
Victor, Mæonij carminis * *alite,*
Quam rem cunque ferox nauibus aut equis
Miles te duce gesserit.
Nos, Agrippa, neq; hæc dicere, nec grauem
Peleidæ * *stomachum, cedere nescij,*
Nec cursus * *duplicis per mare Vlyssei,*
Nec sauam Pelopis domum,
Conamur, tenues grandia : dum pudor,
Imbellisque lyræ musæ potens vetat
Laudes egregij Cæsaris & tuas
Culpa deterere ingeni.
Quis Martem tunica tectum adamantina
Dignè scripserit? aut puluere Troico
Nigrum Merionen? aut ope Palladis
Tydeiden superis parem?
Nos conuiuia, nos prælia virginum,
Sectis in iuuenes vnguibus acrium,
Cantamus vacui, siue * *quid vrimur,*
Non præter solitum leues.

Alite. Auspicijs Homerici carminis. Quidam ex coniectura scrib. *aliti* : vt dicatur Varij cantus esse Mæonius, id est Homericus. *Stom.* Iram implacabilem. *Dupl.* Vt Gr. δι-πλοῦς ἀνὴρ subdolus, versutus. Al. *Duplices*, siue *duplices*, referendo ad *cursus*. Imminuere.

Al. *quòd.*

AD MVNATIVM PLANCVM, *consularem.* *Ode* VII.

Alias alijs, sibi Tiburtinam regionem præ quauis alia placere dicit : & ad diluendas vino curas hortatur.

LAudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen
Aut Ephesum, bimarisue Corinthi

Mœnia: vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala Tempe:
Virginis. *Sunt quibus vnum opus est,* * *intacta Palladis vrbẽ*
Carmine perpetuo celebrare, &
In al. edit. *Vndique decerpta fronde præoluam* id est oliuam. alij cuilibet fr. anteponere. * *Vndique decerptam fronti præponere olinam.*
Plurimus, in Iunonis honorem,
Aptum dicit equis Argos, ditésque Mycenas.
Me nec tam * *patiens Lacedæmon,*
Pat. Ob disciplinam seuerã. *Nec tam Larissæ percussit campus opimæ,*
Quàm domus Albuneæ resonantis,
Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & vda
Mobilibus pomaria riuis.
Albus vt obscuro deterget nubila cœlo
Sæpe Notus, neque parturit imbres
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam vitaque labores
Molli Plance mero: seu te fulgentia signis
Castra tenent, seu densa tenebit
Tiburis vmbra tui, Teucer Salamina patremque
Quum fugeret, tamen vda Lyæo
Tempora populea fertur vinxisse corona,
Sic tristes affatus amicos,
Per Patre mihi mensos. *Quò nos cunque feret melior fortuna* * *parente,*
Ibimus, ô socij, comitésque.
Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.
Certus enim promisit Apollo
Alteram, de qua ambigi posset an priori cederet. * *Ambiguam tellure noua Salamina futuram,*
O fortes peioraque passi
Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas,
Cras ingens iterabimus æquor.

Ad Lydiam. *Ode* VIII.

Iuuenem quendam (quem Sybarin vocat vt Lydiæ amore perditum, & voluptatibus colliquefactum) nocte.

Lydia

Lydia dic, per omnes
Te deos oro, Sybarim cur properes amando*
Perdere: cur apricum
Oderit campum patiens pulueris atque solis.
Cur neque militaris
*Inter æquales equitet, * Gallica nec lupatis*
Temperet ora frænis.
Cur timet flauum Tiberim tangere? cur olíuum*
Sanguine viperino
Cautius vitat? neque iam líuida gestat armis
Brachia, sæpè disco,
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito?*
Quid latet? vt marinæ
Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Troia
Funera: ne virilis.
Cultus in cædem & Lycias proriperet catervas.

Dum amaris ab eo, Dum tuo amore captus est.

Gallicanos equos non flectat in campo Martio.

Cur tim. Cur iam neque natat, neq; palæstra gaudet?

Nobilitatus iaculo expeditè misso.

AD THALIARCHVM. *Ode* IX.

Quo magis sevit hyems, eò magis indulgere genio studet. Sic autem à Marone hyems genialis appellatur.

VIdes vt alta stet nive candidum
** Soracte: nec iam sustineant onus*
Syluæ laborantes: geluque
Flumina constiterint acuto?
Dissolue frigus, ligna super foco
*Largè reponens: atq; * benignius*
** Deprome quadrimum Sabina*
O Thaliarche merum diota.
Permitte diuis cætera: qui simul
Strauere ventos æquore fernido
Depræliantes, nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni.

Sor Mons in Sab. vel Falisci.

Largius. Prome de d. amphora, dias ansas, quasi aures, habente.

QVID

QVID *sit futurum cras, fuge quærere: &*
Quem fors dierum cunque dabit, lucro
Appone, nec dulces amores
Sperne puer, neque tu choreas:
Donec virenti canities abest
Martius. *Morosa, nunc & * campus, & areæ,*
Leuésque sub noctem susurri
Compósita repetantur horæ.
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ risus ab angulo,
Armillæ, aut annulus. *Pignusque dereptum lacertis,*
Non satis pert. *Aut digito * male pertinaci.*

Hymnvs in Mercvrium. Ode X.

Mercurium laudat à genere, ab eloquentia, ab inuentione palæstræ, à maxima furando calliditate, & ab ijs quibus fungitur muneribus.

Maia Atl. filia, Merc. Mater ex Ioue. *Mercuri facunde, * nepos Atlantis,*
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus & decore
More palæstræ:
Te canam, magni Iouis & deorum
Nuntium, curuæque lyræ parentem:
Callidum, quicquid placuit, iocoso
condere furto
Dum terreret te minis, nisi boues redderes furto sublatas, cum risu expertus est tuam in furanda etiam pharetra versutia. *Te, boues olim nisi reddidisses*
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, vidimus pharetra
Risit Apollo.
Quin & Atreidas duce te superbos
Ilio dines Priamus relicto,
Thessalosque ignes & iniqua Troia

Castra

Castra fefellit.
Tu pias lætis animas reponis.
*Sedibus : * virgaque leuem coerces*
Aurea turbam, superis deorum
Gratus & imis.

Virg. Æn. 4. *Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco, &c.*

AD LEVCONEN. *Ode* XI.

Hortatur eam vt omissa futurorum cura, grata manu sumat quamcunque Deus fortunauerit horam, nec dulcia differat in annum, vt alibi loquitur.

TVne quæsieris scire (nefas) quem mihi, quẽ tibi
*Finẽ dij dederint, Leuconœ : nec * Babylonios*
*Tentaris numeros, * vt melius quicquid erit pati.*
Seu plures hyemes, seu tribuit Iupiter vltimam :
** Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare*
*Tyrrhenum, sapias, * vina liques : & spatio breui*
Spem longam reseces. dũ loquimur, fugerit inuida
Ætas. carpe diem, quam minimũ credula postero.

Mathematicos, Astrologicos.

Vt patiaris, ὥστε φέρειν. Vide An. Al. *Qui.*

Quia vina percolata, delicatiora.

AD AVGVSTVM. *Ode* XII.

Hac ode imitatur principium cuiusdam Pindaricæ: & miro artificio insinuat se in Augusti laudes, dum dicit se dubitare quid potissimum canat: & à deorum laudibus, ad laudes heroum & Rom. ducum, tandemque ipsius Augusti descendit.

QVem virum aut heroa lyra vel acri
*Tibia * sumes celebrare Clio ?*
Quem deum ? cuius recinet iocosa
*Nomen * imago,*
Aut in vmbrosis Heliconis oris,
Aut super Pindo, gelidóue in Hæmo ?
Vnde vocalem temerè insequutæ
Orphea syluæ,
Arte materna rapidos morantem

Suscipies celebrandum.

Imago vocis, Echo.

Fluminum

Fluminum lapſus, celeréſque ventos.
* *Blandum & auritas fidibus canoris*
Ducere quercus.
Quid prius dicam ſolitis parentum
Laudibus? qui res hominum ac deorum,
Qui mare & terras, variiſque mundum
*Temperat * horis?*
Vnde nil maius generatur ipſo,
Nec viget quidquam ſimile aut ſecundum:
* *Proximos illi tamen occupauit*
Pallas honores.
Prœliis audax neque te ſilebo
*Liber, & ſeuis inimica * virgo*
Belluis: nec te metuende certa
Phœbe ſagitta.
*Dicam & Alciden, * puerόſque Ledæ,*
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem. quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit,
* *Deſinit ſaxis agitatus humor:*
Concidunt venti: fugiúntque nubes:
Et minax (quod ſic voluere) ponto
Vnda recumbit.
Romulum poſt hos prius, an quietum
*Pompili regnum memorem, an * ſuperbos*
Tarquini faſces, dubito, an Catonis
Nobile letum.
Regulum & Scauros, animæque magnæ
Prodigum Paulum, ſuperante Pœno,
Gratus inſigni referam camœna,
Fabriciumque:
Hunc, & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum

Bl. *ducere*, Gnarum ducendi blandijs cantus.
Partibus quatuor anni.
Vt Virg. *Proximus huic, longo, ſed proximus intervallo.*
Diana.
Dioſcurus, Caſtorem & Pollucem.
Fluit de ſaxis.
Superbi imperium Tarquinij.

Sana

Sana paupertas: & anitus apto*
Cum lare fundus.
Crescit occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli: micat inter omnes
Iulium sidus, velut inter ignes
Luna minores,
Gentis humanæ pater atque custos,
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæsaris fatis data: tu secundo*
Cæsare regnes.
Ille seu Parthos Latio imminentes
Egerit iusto domitos triumpho,
Siue subiectos Orientis oris
Seras & Indos:
**Te minor latum reget æquus orbem:*
Tu graui curru quaties olympum,
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

Fundus cum domo quæ conueniret fructibus ipsius, non magnificentior quàm pro illis esset.

Vt mox, *Te minor*, &c.

Insidiantes & mala illi machinantes.

Æquo animo, se inferiorem te gerens, reget terras, vt tu cœlum.

AD LYDIAM. *Ode* XIII.

Queritur Telephum riualem sibi à Lydia præferri.

QVum tu Lydia Telephi
Ceruicem roseam, cerea Telephi
Laudas brachia, væ, meum
Feruens difficili bili tumet iecur.
Tunc nec mens mihi, nec color
Certa sede manent: humor & in genas
Furtim labitur, arguens
Quàm lentis penitus macerer ignibus.*
Vror, seu tibi candidos
Turparunt humeros immodicæ mero*
Rixæ: siue puer furens.

Rabescam.

Inter pocula ortæ.

Impressit

Impreſſit memorem dente labris notam.
Non, ſi me ſatis audias,
Fore perp. *Speres * perpetuum, dulcia barbarè*
Lædentem oſcula, quæ Venus
Quinta parte ſui nectaris imbuit.
Felices *ter & amplius*
Quos irrupta tenet copula: nec Malis
Diuulſus querimonijs,
Suprema citius ſoluet amor die:

In Brvtvm, Civile Bellvm renouantem. Ode XIIII.

Allegoria perpetua eſt in hac ode, vt teſtatur Fabius: qui etiam nauis nomine remp. ſignificari (quum alij potius Brutum intelligant) fluctuum tempeſtates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atque concordia dici exiſtimat.

O Nauis, referent in mare te noui
Fluctus, ô quid agis? fortiter occupa
Portum. nonne vides vt
Deſtitutus ſis mi-litibus. ** Nudum remigio latus?*
Et malus celeri ſaucius Africo,
Antennæque gemant? ac ſine funibus
Perſeire. *Vix * durare carinæ*
Poſſint imperioſius
Æquor? non tibi ſunt integra lintea,
Non dij, quos iterum preſſa voces malo.
Quamuis generis nobilitate glorieris, nihil eam curant milites. [2] *Quamuis Pontica pinus*
Syluæ filia nobilis,
Iactes & genus & nomen inutile.
Nil pictis timidus nauita puppibus
Niſi vis eſſe ludibrio ventis, in naufragio. *Fidit tu, * niſi ventis*
Debes ludibrium, cane.

Nuper

Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, curaque non leuis,
Interfuſa nitentes
Vites æquora cycladas.

Ode XV.

Hæc ode vaticinium Nerei habet de Troiæ excidio; & bello quod illud præceſſit. Paridi præſertim multa mala denuntiat, ſuam mollitiem ei exprobrans. Eſt autem vaticinium Caſſandræ apud Bacchylidem lyricum imitatus.

PAſtor quum traheret per freta nauibus:
Idæis Helenen perfidus hoſpitam,
Ingrato celeres obruit otio*
Vento, vt caneret fera
Nereus fata. Mala dulcis aui domum,
Quam multo repetet Græcia milite,
Coniuratatuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.
Ehu, quantis equis, quantis adeſt viris
Sudor: quanta moues funera Dardanæ
Genti. iam galeam Pallas & ægida
Currúſque & rabiem parat.
Nequicquam, Veneris præſidio ferox,
Pectes cæſariem: gratáque fœminis
Imbelli cithara carmina diuides.*
Nequicquam thalamo graues
Haſtas, & calami ſpicula Cnoſſij*
Vitabis, ſtrepitúmque, & celerem ſequi
Aiacem. tamen heu ſerus adulteros*
Crines puluere collines.
Non Laertiaden, exitium tuæ
Gentis, non Pylium Neſtora reſpicis?
** Vrgent impauidi te Salaminius*
Teucérque, & Sthenelus, ſciens
Pugnæ: ſine opus eſt imperitare equis,

Paſt. Per contemptum, de Paride qui in Ida monte paſtor fuerat.
Cel Ventorum flatum compreſſit.
Diuides. Diſtribues. ſingula in ſingularum gratiam canens.
Cn. Cretenſis. Nam Cnoſſus vrbs Cretæ.
Serus. Sero tandem traheris mortuus.
Vrg. Inſequuntur.

Non

Non auriga piger. Merionen quoque
Nosces. ecce furit te reperire atrox
Tydides, melior patre.
Quem tu, cervus vti vallis in altera
Visum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus tua.
Iracunda diem proferet Ilio,
Matronisque Phrygum classis Achillei.
Post certas hyemes vret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

Furit præ ardenti desiderio te reperiendi.
Mel. Fortior, Præstantior.
Tua. Hellen. quum illi contra tuam fortitud. iactares.

Palinodia *Ode* XVI.

Veniam petit à puella, quam versibus læserat: & culpam in iram transfert, cuius vim indomitam describit.

O Matre pulchra filia pulchrior,
Quem criminosis cunque voles modum
Pones iambis: sive flamma,
Sive mari libet Adriano.
Non Dindymene, non adytis quatit
Montem sacerdotum incola Pythius,
Non liber æquè: non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Tristes vt iræ: quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec sævus ignis, nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu:
Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Desectam, & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.
Iræ Thyestea exitio gravi
Strauere, & altis urbibus ultima

Sine igni sive aqua eos abolere libeat.
Dind. Cybele.
Trem. tum. Fulmine.
Princ. Et quo primi homines fuerunt ficti.

Stetere

Stetere cauſæ cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.
Compeſce mentem. me quoque pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor, & in celeres iambos
Miſit furentem: nunc ego mitibus
Mutare quæro triſtia dum mihi
Fias recantatis amica
*Opprobriis, * animumque reddas:*

Sic Ter. *Reddidiſti animum.*

AD TYNDARIDEM.
Ode XVII.

Tyndaridem in Lucretilem inuitat, commendans ab amœnitate, nec non alia commoda quæ ex eo percipiet, oſtendens.

*VElox amœnum ſæpe * Lucretilem*
Mutat Lycæo Faunus: & igneam
** Defendit æſtatem capellis*
Vſque meis pluuioſque ventos.
Impunè tutum per nemus arbutos
Quærunt lateptes & thyma deuia
*Olentis * uxores mariti:*
Nec uirides metuunt colubros,
*Nec martiales * hœdilia lupos:*
** Vtcunque dulci Tyndaris fiſtula*
*Valles, & * Vſticæ * cubantis*
Leuia perſonuere ſaxa.
Di me tuentur: dis pietas mea
Et muſa cordi eſt. hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
Hic in reducta valle canicula
Vitabis æſtus: & fide Teia

Faunus ex Lycæo in Lucretilem (qui mons eſt in Sabinis) ſæpe commigrat. Propulſat à cap.

Capellæ.

Pes Ionicus pro choriambo. Al. *hædulia.* Quandocunque, vel vbicunque. *Vſt. cub.* montis leuiter declinis.

Labore multo amplexus vnius Vlyssis petentes. Non accendentis pectus ad quicquam reprehensione dignum.

*Dices * laborantes in vno*
Penelopen vureamq; Circen:
*Hic * innocentis pocula Lesbij*
Duces sub vmbra: nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia: nec metues proteruum
Suspecta Cyrum, ne malè despari
Incontinentes iniyciat manus:
Et scindat hærentem coronam.
Crinibus, immeritamque vestem.

Ad Qvintilivm Varvm.
Ode XVIII.

Moderatum vini vsum à curis & solicitudinibus ad lætitiam hominem traducere, contra ex immodico eius vsu mala multa oriri.

Vino non madentibus.

NVllam Vare sacra vite prius seueris arborem
Circa mite solum Tiburis, & mœnia Catili.
** Siccis omnia non dura Deus proposuit: neq;*
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.
Quis post vina grauem militiam aut pauperiem
** crepat?*
Quis non te potius, Bacche pater, teq; decens Venus
At ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
*Debellata: monet * Sithonijs non leuis Euius:*
Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum
*Discernunt * auidi: non ego te candide Bassareu*
*Inuitum quatiam: nec varijs * obsita frondibus*
*Sub diuum rapiam. saua * tene cum Berecynthio*
Cornu tympana, qua subsequitur cæcus amor sui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
*Arcanique fides prodiga, * perlucidior vitro.*

Habet in ore militiam aut pauperiem? *Sith.* Thracibus grauis & infestus Bacchus. Cupidi explendi libid. Tua sacra non diuulgabo. *Tene.* Contine tua tymp. patere me præ nimio vino insanire, vt tuæ Bacchæ, tymp. audito, Cui commissum arc. patefit, & velut perlucet,

DE GLYCERA. *Ode* XIX.

Se Glyceræ amore ita vri dicit, vt non bella sed amores tantùm scribere possit.

MAter sæua Cupidinum
Thebanæq; iubet me semeles puer
Et lascina licentia
Finitis animum reddere amoribus,
Vrit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas,
*Et vultus * nimium lubricus aspici.* — Qui nimium lubricè & periculosè aspicitur.
In me tota ruens Venus
Cyprum deseruit: nec patitur Scythas
Et versis animosum equis
*Parthum dicere, nec quæ * nihil attinent.* — Non spectant ad res meas. Id est, ad amorem.
*Hic viuum mihi * cespitem, hic*
Verbenas pueri ponite, thuráque, — Aræ loco, vt Venerem placem.
Bimi cum patera meri.
Mactata veniet lenior hostia.

AD MAECENATEM. *Ode* XX.

Inuitat Mæcenatem ad conuiuium, quod minimè sumptuosum fore dicit.

VIle potabis modicis Sabinum
Cantharis, Græca quod ego ipse testa.
*Conditum * leui: datus in theatro* — Qui contr. *Relicui dolium*, apud Ter.
Quum tibi plausus,
*Care Mæcenas, eques: * vt paterni* — Adeo vt Etrusci fl. rip. i. T. beris,
Fluminis ripæ, simul & iocosa
Redderet laude tibi Vaticani
*Montis * imago.* — Echo, vt O. 12.
Cæcubum, & prælo domitam Caleno
*Tu bibes vuam: * mea nec Falerna* — Pocula mea non temperantur vino Fal. neque Formiano.

Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

Hortatvr Virgines Et pueros ad canendas Apollinis & Dianæ laudes, Ode XXI.

Dianam teneræ dicite virgines,
Intonsum pueri dicite Cynthium,
Latonamque supremo
Dilectam penitus Ioui.
Vos lætam fluuijs & nemorum coma,
Quæcunque aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Syluis aut viridis Cragi:
Vos Tempe totidem tollite laudibus,
Natalemque, mares, Delon Apollinis,
Insignémque pharetra
Fraternaque humerum lyra.
Hic bellum lacrymosum, hic miseram famē
Pestemq;, à populo & Principe Cæsare, in
Persas atque Britannos
Vestra motus aget prece.

Monte in agro Tusculano.

Montis & vibis Lyciæ.

Ad Aristivm Fvscvm. Ode XXII.

Integritatem vitæ & innocentiam vbique tutam esse dicit: idque suo exemplo probat.

Integer vitæ, scelerisque purus
Non eget Mauri iaculis, neque arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra:
Siue per Syrtes iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem

Mauri, n. iaculatores optimi.

Littora Syrtibus marinis propinqua.

Caucasum,

Caucasum, vel quæ loca fabulosus
*Lambit * Hydaspes.* — Indiæ fluuius.
Nunque me sylua lupus in Sabina.
Dum meam canto Lalagen, & vltra
*Terminum curis vagor * expeditus,* — Al. *expeditis.*
Fugit inermem.
Quale protentum neque militaris
** Daunia in latis alit esculetis:* — Appulia.
*Nec * Iubæ tellus generat, leonum* — Numidia.
Arida nutrix.
** Pone me pigris vbi nulla campis* — Pone me c. p. vbi n.
Arbor æstiua recreatur aura:
*Quod latus mundi nebulæ * malúsque* — Graue & insalubre cœlum.
Iupiter vrget:
Pone sub currru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata:
Dulce ridentem Lalagon amabo,
Dulce loquentem.

AD CHLOEN. *Ode* XXIII.

Non esse cur ipsum extimescat, & á matris latere nunquam discedere velit, quum sit iam viro matura.

VItas hinnuleo me similis Chloë,
Quærenti pauidam montibus auijs
Matrem, non sine vano
Aurarum & syluæ metu.
*Nam seu mobilibus * veris inhorruit* — Inhorruere folia flatu Fauonij, qui veris aduenientis est comes.
Aduentus folijs, seu virides rubum
Dimouere lacertæ:
Et corde & genibus tremit.
Atqui non ego te, tigris vt aspera, — Persequor vt frangam & dilacerem; sicut hæ feræ fr. hinnulos.
*Gætulúsue leo frangere * persequor.*
Tandem desine matrem.

Tempestiua sequi viro.

Ad Virgilivm de Qvintilii morte. Ode XXIIII.

Quis statuit finis possit desiderium tam. c. capitis? vt Gr. φίλη κεφαλή. Alij Præc. lug. c. quis debeat esse mod. Vel queis, vt sit pro Quibus.

QVIS desiderio sit pudor aut modus
Tam cari capitis? præcipe lugubres
Cantus Melpomene, cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.
Ergo Quintilium perpetuus sopor
Vrget? cui pudor & iustitiæ soror
Incorrupta Fides, nudaque Veritas
Quando vllum inuenient parem?
Multis ille bonis flebilis occidit:
Nulli flebilior quàm tibi, Virgili.
Non ita creditum quasi nunquam repetendum. Al. *Quod si Thr. & Num. v. r. san. imagini?*
*Tu frustra pius (heu) * non ita creditum*
Poscis Quintilium deos.
Quòd si Threicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem,
Non vana redeat sanguis imagini,
Quam virga semel horrida
Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi.
Durum est, illum amisisse Corrigi non potest.
Durum: SED leuius sit patientia,
Quicquid corrigere est nefas.

Ad Lydiam. Ode XXV.

Insultat Lydiæ quòd iam vetula vicissim à iuuenibus contemnatur.

PArcius iunctas quatiunt fenestras
Ictibus crebris iuuenes protervi,
Ian. non recte dic à limine: quia clausa manet.
Nec tibi somnos adimunt, amatque
Ianua limen,

Qua

Quæ prius multum facilis monebat
Cardines. audis minus & minus iam,
**Me tuo longas pereunte noctes*
Lydia dormis?
Inuicem mœchos anus arrogantes
Flebis in solo* leuis angiportu,*
Thracio bacchante magis sub inter-
-lunia vento:
Quum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ solet matres furiare equorum,*
Sauiet circa iecur vlceroſum:
** Non ſine queſtu*
Læta quòd pubes edera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto:
Aridas frondes hyemis ſodali.
Dedicet Hebro.

Amatoris excluſi verba.

Deſerto. *Leui* pro vili.

Virg. Scil. *ante omnes furor eſt inſigne equarum.* Querendo etiam quòd iuuentus puellas, vetulis præferat.

AD MVSAM DE ÆLIO LAMIA. *Ode* XXVI.

Muſarum amatorem & cultorem minus curis & mœroribus obnoxium eſſe innuit: & Muſæ Pimpleæ ſuum Lamiam commendat.

MVſis amicus, triſtitiam & metus
Tradam proteruis in mare Creticũ*
Portare ventis: quis ſub arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
Quid Tiridatem terreat vnicè*
Securus. o quæ fontibus integris
Gaudes, apricos nectle flores,
Nectle meo Lamiæ coronam
** Pimplea dulcis. nil ſine te mei*
Proſunt honores. hunc fidibus nouis,
Hunc Lesbio ſacrare plectro*
Teque tuaſque decet ſorores.

Vt *procacibus Auſtris.* Virg.

Al. *Mithridatem*

Muſa, à Pimpleo monte. Conſecrare immortalitati fid. Lat & carmine Sapphico, vel Alcaico.

Ad Sodales. Ode XXVII.

Sodales inter pocula rixantes, atque adeo pugnantes, reprehendit: & hunc esse barbarorum morem dicit. Inuitatus adhibendum, id se facturum ea lege pollicetur, vt frater Megillæ nomen amicæ suæ proferat. Tandémque audito puellæ nomine, vicem huius amatoris miseratur.

Natura comparatis.

* *Natis in vsum lætitiæ scyphis.*
Pugnare, Thracum est. tollite barbarum
Morem, verecundúmque Bacchum
Sanguineis prohibite rixis.

A comparationibus & conuiuijs plurimum differt. Lucernis autem tanquam de noctur. conuiuijs.

*Vino & * lucernis Medus acinaces*
Immane quantum discrepat. impium
Lenite clamorem sodales,
*Et * cubito remanete presso.*

Quia cœnab. accumbentes, & cubito innitentes.

Vultis seueri me quoque sumere
Partem Falerni? dicat Opuntiæ
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta.
Cessat voluntas? non alia bibam
Mercede. quæ te cunque domat Venus,
Non erubescendis adurit
Ignibus: ingenuóque semper
Amore peccas. quicquid habes. age
Depone tutis auribus. ah miser,
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.
Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus?
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra.

Ode XXVIII.

Archytas, Tarentinus philosophus & geometra nautæ cuidam respondet, communem esse omnibus moriendi necessitatem: & orat ne

se

se naufragium insepultum iacere patiatur, sed aliquantulum arenæ corpori iniiciat. Id beneficij præstare volenti, bene precatur: recusanti præstare, minatur.

TE maris & terræ numeróq́, carentis arenæ
*Mensorem, cohibent, Archyta, — Geometram.
Pulueris exigui prope littus parua * Matinum — In Appulia.
Munera. * nec quicquam tibi prodest — Non profuit ad vitandam mortem.
Aërias tentasse domos, animóque rotundum
Percurrisse polum morituro.
Occidit & Pelopis * genitor, conuiua deorum: — Tantalus. Hæc autem respondit Archytas.
Thithonúsque remotus in auras:
Et Iouis arcanis Minos admissus habéntque
Tartara * Panthoiden iterum orco — Pythagoram.
Demissum: quamuis clypeo Troiano * refixo — Detracto.
Tempora testatus, nihil vltra
Neruos atque cutem morti concesserat atræ:
Iudice te, non * sordibus autor — Contemptus.
Naturæ veríque. SED omnes vna manet * nox, — Tenebræ mortis.
Et calcanda semel via lethi.
Dant alios Furiæ toruo spectacula Marti:
Exitio est auidis mare nautis.
Mista senum ac iuuenum densantum funera: nullũ
Sæua caput Proserpina fugit.
Me quoque * deuexi rapidus comes Orionis — Ad occasum vergentis. vel, siti in decliui parte cœli.
Illyricis Notus obruit vndis,
At tu nauta, vagæne parce malignus arenæ
Ossibus & capiti inhumato
Particulam dare *. sic, quodcunq; minabitur Eurus — Precantis est.
Fluctibus Hesperiis, Venusinæ
Plectantur syluæ, te sospite: multáque merces,
Vnde potest, tibi defluat æquo
Ab Ioue, Neptunóque sacri custode Tarenti, — Forsan non dubitas admittere.
Negligis immeritis nocituram

Postmodo

culpam quæ, &c. Tibi ipsi igitur idem vicissim contingat. Al. committere ? fors & Deb. &c.

Postmodo te natis fraudem committere forsan.
Debita iuræ vices que superbæ
Te maneant ipsum. precibus non linquar inultis :
Téque piacula nulla resoluent.
Quanquam festinas (non est mora longa) licebit
Iniecto ter puluere curras.

Ad Iccivm. *Ode* XXIX.

Mirum quiddam & monstri simile dicit esse, cum à Philosophiæ studio ad militiam transisse.

Opulentis.

*Icci, * beatis nunc Arabum inuides*
Gazis : & acrem militiam paras
Non ante deuictis Sabæa
Regibus : horribilique Medo

Te paras ad ducendum Medos captiuos.

** Nectis catenas. quæ tibi virginum*
Sponso necato barbara seruiet ?
Puer quis ex aula capillis

Vnguentatis.

Ad cyathum statuetur vnctis,*
Doctus sagittas tendere Sericas
Arcu paterno ? quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tiberim reuerti :
Quum tu coemptos vndique nobiles
Libros Panæti, Socraticam & domum,
Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora, tendis ?

Ad Venerem. *Ode* XXX.

Rogat Venerem vt in ædem Glyceræ veniat.

O Venus, regina Cnidi, Paphique,
Sperne dilectam Cypron, & vocantis

Sæcllum tibi consecratum ab illa.

Thure te multo Glycerę decoram
Transferin ædem.*

Feruidus

Feruidus tecum puer, & solutis* — Cupido.
Gratiæ zonis, properéntque Nymphæ,
Et parum comis sine te Iuuentas,* — Iuuentæ dea.
Mercuriúsque.

AD APOLLINEM. *Ode* XXXI.

Se, parcè & frugaliter viuentem, non diuitias, sed mentem sanam in corpore sano, ab Apolline poscere dicit.

QVid dedicatum poscit Apollinem* — Cui templum dedicauit Aug. in Palatio.
Vates? quid orat, de patera nouum
** Fundens liquorem? non opimas* — Libans dijs vini primitias.
Sardineæ segetes feraeis:
Non æstuosæ grata Calabriæ
Armenta: non aurum, aut ebur Indicum:
Non rura quæ Liris quieta
** Mordet aqua taciturnus amnis.* — Radit, Alluit.
** Premant Calena falce, quibus dedit* — Amputent vuas cultello falcis instar incuruo.
Fortuna, vitem; diues & aureis
Mercator exsiccet culullis* — *Ex. s.* Pro Exhauriat poculis vina per hypall.
Vina Syra reparata merce*
Dijs carus ipsis: quippe ter & quater — *Rep.* Empta nummis acceptis ex S. m.
Anno reuisens æquor Atlanticum
** Impune. me pascunt oliuæ.* — Sine naufragio.
Me cichorea, leuesque maluæ.
Frui paratis & valido mihi* — Partis.
** Latoe dones, & (precor)* integra*
Cum mente: nec turpem senectam — Apollo. Des mentem sanam in corp. sano
Degere, nec cithara carentem.

AD LYRAM. *Ode* XXXII

Lyram alloquitur, eámque laudans, magnum solamen Alcæo primùm attulisse ait.

** POscimus, siquid* vacui sub vmbra* — Al. *Poscimur.*
Lusimus tecum, quod & hunc in annum — Otiosi.

Viuat

Viuat & plures: age, dic Latinum
Barbite carmen:
*Leſbio primum * modulate ciui:*
*Qui ferox bello, tamen * inter arma.*
Siue iactatam religarat vdo
Littore nauim:
Liberum & Muſas, Venerémque, & illis
Semper hærentem puerum canebat:
Et Lycum, nigris oculis nigróque
Crine decorum.
O decus Phœbi, & dapibus ſupremi
Grate teſtudo Iouis, ô laborum
*Dulce lenimen, mihi * cunque ſalue.*
Rite vocanti.

Modulatis ſonis adhibete ab Alczo.

Siue erat in caſtris, ſiue ad portum aliquem appulerat.

Quotieſcunque te euoco, ſalue. L. ex Por. Exp. & aliter.

Ad Albivm Tibvllvm. Ode XXXIII.

Conſolatur eum aliorum exemplo, quibus itidem amantibus contingit vt non redamentur.

ALBI, ne doleas plus nimio, memor
Immitis Glyceræ: neu miſerabiles
Decantes elegos, cur tibi iunio
Laſa præniteat fide:
Inſignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor, Cyrus in aſperam
Declinat Pholoën: ſed prius Appulis
Iungentur capreæ lupis,
Quàm turpi Pholoë peccet adultero,
Sic viſum Veneri: cui placet impares
Formas atque animos ſub iuga aheneа
Sæuo mittere cum ioco.
*Ipſum me melior quum peteret * Venus,*
Grata detinuit compede Myrtale,
Libertina,

Ne fortè doleas, &c. audi quod dicam, *Inſignem*, &c. Vel. Hoc te ſcire volo, *Inſignem*, &c Q. d. Ne hoc tibi ſoli vſu venire putes.

Amica.

Libertina, fretis acrior Adriæ
Curuantis Calabros sinus.

Ode XXXIIII.

Dicit se, qui anteà parcè deos coluerit, Epicureæ sectæ præceptis auscultans, nunc sententiam mutare, non inani deorum metu perterritum.

PArcus deorum cultor & infrequens:
** Insanientis dum sapientiæ* — Epicureæ.
*Consultus erro, nunc * retrorsum* — Consilium mutare.
Vela dare, atque iterare cursus
*Cogor relictos. nanque * Diespiter* — Iupiter. *Igni cor.* fulmine.
** Igni corusco nubila diuidens,* — Cœlo sereno. quod Lucr. negat fieri posse.
*Plerunque * per purum tonantes*
Egit equos, volucrémque currum:
*Quo * bruta tellus, & vaga flumina,*
*Quo Styx, & inuisa horrida * Tænari* — Immobilis, *Ser. Tæn.* vnde dicitur esse iter ad inferos.
Sedes, Atlanteúsque finis
Concutitur valet ima summis
Mutare & insignem attenuat Deus,
*Obscura promens. hinc * apicem rapax* — Summos honores.
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hîc posuisse gaudet.

AD FORTVNAM.
Ode XXXV.

Orat Fortunam vt seruet Cæsarem in Britannos ire meditantem.

O Diua gratum quæ Regis Antium,
** Præsens vel imo tollere de gradu* — Cui est in promptu & ad manum, tollere, &c.
Mortale corpus, vel superbos
** Vertere funeribus triumphos:* — Commutare fun.
Te pauper ambit solicita prece
Ruris colonus: te dominam æquoris,

Quicunque

Quicunque Bityna lacessit
Carpathium pelagus carina:
Te Dacus asper, te profugi Scythæ.
Vrbesque gentesque, & Latium ferox,
Regúmque matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni:
Iniurioso ne pede proruas
*Stantem * columnam: neu populus frequens*
Ad arma cessantes, ad arma
Concitet: imperiumque frangat.
Te semper anteit sæua Necessitas,
** Clauos trabales & cuneos manu.*
Gestans ahena: nec seuerus
Vncus abest, liquidumque plumbum.
Te spes & albo rara Fides colit
Velata panno: nec comitem abnegat,
** Vtcunque mutata potentes*
Veste domos inimica linquis.
At vulgus infidum & meretrix retro
Periura cedit: diffugiunt cadis
Cum fæce siccatis amici,
*Ferre iugum pariter * dolosi:*
*Serues iturum Cæsarem in * vltimos*
Orbis Britannos, & iuuenum recens
** Examen Eois timendum*
Partibui, Oceanoque rubro.
*Eheu * cicatricum & sceleris pudet,*
** Fratrumque. quid nos dura refugimus*
AEtas? quid intactum nefasti
Liquimus? vnde manus iuuentus
Metu deorum continuit? quibus
Pepercit aris? ô vtinam noua
*Incude * diffingas retusum in*

Columen imperij Domin. Ter.

Clauo trabali figere, Cic. pro confirmare & constabilire.

Quandocunque deseris quos antea beasti.

Dolosè agentes in ferendo pariter iugo. Vt Virg. *Et pen. toto diuisos orbe Brit.*

Exercitum è iuuenibus.

In bello ciuili acceptarum.

Frater. Ciuium. Vel quia interdum duo fr. cont. erant partium.

Arma aduersus ciues hebetata.

Massagetas

Massagetas Arabásque ferrum.

diffingens, alia ex ijsdem refingas in Mass.

ODE XXXVI.

Gratulatur Numidæ amico reditum in patriam, & hortatur ad prosequendum lætitiam hanc largiore potu.

ET thure & fidibus iuuat
Placare & vituli sanguine debito
Custodes Numidæ deos:
Qui nunc Hesperia sospes ab vltima
Caris multa sodalibus,
Nulli plura tamen diuidit oscula,
Quàm dulci Lamiæ: memor
*Actæ non alio * rege pueritiæ,*
Mutatæque simul togæ.
** Cressa ne careat dies noto:*
Neu promptæ modus amphoræ
**Neu morẽ in Salium sit requies pedũ:*
Neu multi Damalis meri
*Bassum Threicia vincat * amystide:*
Neu desinit epulis rosæ,
Neu viuax apium, neu breue lilium.
Omnes in Damalim putres
Deponent oculos: nec Damalis nouo
Diuellitur adultero,
Lasciuis ederis ambitiosior.

Magistro & doctore: vel quopiam amico potentiore.
Cressa. alba.
Neu cessemus. saltare Saliorum more.

Poculo capacissimo. Neu certes cum Basso magnitudine poc. sed cum Numida.

ODE XXXVII.

Sodales suos ad lætitiam hortatur ob Actiacam victoriam Augusti, atque hanc celebrat.

NVnc est bibendum, nunc pede libero
*Pulsanda tellus: nunc * Saliaribus*
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus, sodales:

Opiparis, à Salijs

Ante

Ante hac nefas depromere cæcubum
Cellis auitis, dum Capitolio
Regina dementes ruinas,
Funus & imperio parabat,
Cum eunuchis & einædis. * *Contaminato cum grege turpium*
Morbo virorum: quidlibet impotens
Sperare, fortunaque dulci
Ebria. sed minuit furorem
Vix vna sospes nauis ab ignibus:
Vino quod ad Mareotidem pal. Ægypti nascitur. *Mentémq; lymphatam* * *Mareotico*
Redegit in veros timores
Cæsar, ab Italia volantem
Remis adurgens (accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis niualis
AEmoniæ) daret vt catenis
Fatale monstrum quæ generosius
Perire quærens, nec muliebriter
Nec se contulit in abditas Ægypti latebras. *Expauit ensem,* * *nec latentes*
Classe cita reparauit oras.
Q. d. Nec reparauit salutem ad illas lat. confugiendo. *Ausa & iacentem visere regiam*
Vultu sereno fortis, & asperas
Tractare serpentes: vt atrum
Corpore combiberet venenum:
Deliberata morte ferocior:
Sæuis Liburnis scilicet inuidens,
Priuata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho.

AD MINISTRVM
Ode XXXVIII.

Ministrum suum seu famulum aliud nihil adhibere vult ad externum conuiuij apparatum, quàm myrtum.

Persicos

*PErſicos odi puer * apparatus:*
Diſplicent nexæ philyra corona:
Mitte ſectari, roſa quo locorum
** Sera moretur.*
*Simplici myrto nihil * allabores*
Sedulus curo. neque te miniſtrum
Deducet myrtus, neque me, ſub arcta
Vite bibentem.

Vnguenta, odores, coronas ſumptuoſas, & alias coniuiiorum Perſic. delicias. Serò naſcens, quum iam alibi defecerit. Ne labores vt quicquam addas myrto.

Q. HORATII FLACCI ODARVM SEV CARMINVM LIBER II.

AD C. ASINIVM POLLIONEM. *Ode* I.

Aſinium Pollionem monet, vt ſuas de bellis ciuilibus tragœdias tantiſper intermittat, dum publicas res ordinarit. Eum deinde, & illa eius carmina laudat. Cui laudationi deprecationem calamitatis belli ciuilis adiungit.

** MOtum ex Metello conſule ciuicum,*
Bellique cauſas, & vitia & modos,
Ludúmque Fortunæ, graueſque
Principum amicitias, & arma
** Nondum expiatis vncta cruoribus,*
(Periculoſæ plenum opus aleæ,)
Tractas: & incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.
Paulum ſeueræ muſa tragœdiæ
Deſit theatris: mox, vbi publicas

Bellum ciuile, ſumpto à Metelli conſulatu principio.
Cruenta ſang. ciuili, nondum expiato.
Careant theatra tuis trag. donec quæ in rep. ſunt turbata, in ſuum ſtatũ reſtituerit. *Vide autem an intell. de poemate, quod in deſcriptione ciuilium ſeditionum aliquid tragicum haberet.*

Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno,
Insigne mœstis præsidium reis,
Et consulenti Pollio curiæ:
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perstringis aures, iam litui strepunt:
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumque vultus.
Audire magnos iam videor duces
Vepote quem collegerint moriendo pro patria, Imperterritum. * *Non indecoro puluere sordidos.*
Et cuncta terrarum subacta,
Præter * *atrocem animum Catonis.*
Iuno, & deorum quisquis amicior
Afris, inulta cesserat impotens
Africæ. *Victi.* Romanorum posteros. * *Tellure:* * *victorum nepotes*
Rettulit inferias Iugurthæ.
Quis non Latino sanguine pinguior
Campus sepulcris impia prælia
Testatur, auditumque Medis
Italicæ. * *Hesperiæ sonitum ruinæ?*
Qui gurges, aut quæ flumina lugubris
Appulorum & Italorum. *Ignara belli? quod mare* * *Dauniæ*
Non decolorauere cædes:
Quæ caret ora cruore nostro?
Sed ne relictis Musa procax iocis
Cea nænia. Simonidei carminis. *Rectr.* Iterum nactes. * *Ceæ* * *retractes munera næniæ:*
Mecum Dionæo sub antro
Quære modos leuiore plectro,

Ad

AD C. SALLVSTIVM CRISPVM. *Ode* II.

Nullam reconditi argenti gratiam esse dicit: laudatoque ob liberalitatem in fratres Proculeio, eum demum qui cupiditatibus imperare nouit, & regem & beatum habendum esse ait.

* NVllus argento color est, auaris
Abdito terris, * inimice lamna
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat vsu.
Viuet extento Proculeius ævo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna * metuente solui
Fama superstes.
Latius regnes, * auidum domando
Spiritum, quam si Libyam remotis
Gadibus iungas: & vterque Pœnus
Seruiat vni.
* Crescit indulgens sibi dirus hydrops:
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.
Redditum Cyri solio Phraaten,
* Dissidens plebi, numero beatorum eximit virtus: populúmque falsis
Dedocet vti
Vocibus: regnum & diadema tutum
Deferens vni, * propriámque laurum,
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

Q. d. Nulla est argenti gratia. Vel, perit argento sua gratia, nisi &c.

Qui odisti lamina in terras defossam.

Quæ canet ne soluatur.

Cupiditates refrænando.

Morbum suum auget, dum desiderio suo obsequitur.

Virtus, à plebe dissentiens, negat habendum esse inter beatos.

Perpetuò mansuram lauream.

AD DELIVM. *Ode* III.

Neque demittendum aduersis, neque efferendum secundis rebus

esse animum: sed hilariter vivendum, & genio indulgendum: quum æqua sit omnibus moriendi conditio, non minus ijs qui hilarem, quàm ijs qui tristem vitam egerint.

* Æquo animo ferre res aduersas memento, & in prosperis lætitia insolenti non efferri: ô Deli, qui morituus es, *seu mœstus*, &c.

* Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia, moriture Deli,
Seu mœstus omni tempore vixeris,
Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
* Interiore nota Falerni:
* Quà pinus ingens albáque populus
Vmbram hospitalem consociare amant
Ramis, & obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo.
Huc vina, & vnguenta, & nimium breues
Flores amœnæ ferre iube rosæ:
Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.
Cedes coemptis saltibus, & domo,
Villáque, flauus quam Tiberis * lauit:
Cedes: & extructis in altum
Diuitijs potietur hæres.
Diuésne, prisco natus ab Inacho,
Nil interest, an pauper & infima
De gente sub dio moreris,
Victima nil miserantis orci.
Omnes eôdem * cogimur: omnium
Versatur * vrna: * serius, ocius
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impositura * cymbæ.

Falerno interius recondito, & notam appositam habente qua commendetur. Al. *Quó p.*

Pro lauat.i. alluit.

Exaggeratis in altam molem.

Compellimur. L. 3. o. 1. *Omne capax mouet vrna nomen.* *Ser.* Siue ser. siue oc. *Vel.* Alijs ser. alijs oc. *Cymb.* Charontis.

AD XANTHIVM PHOCVM.
Ode IIII.

Non esse quòd eum pudeat amore ancillæ teneri, quum idem magnis ducibus olim vsu venerit: & ex eius moribus coniectura fieri possit honesto loco esse natam.

NE sit ancillæ tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu. * *prius* * *insolentem*
Serua Briseis niueo colore
Mouit Achillem:
Mouit Aiacem Telamone natum
Forma captiuæ dominum Tecmessæ:
Arsit Atrides medio in triumpho
* *Virgine rapta:*
Barbaræ postquam cecidere turmæ
* *Thessalo victore, & ademptus Hector*
* *Tradidit fessis leuiora tolli*
Pergama Graijs.
* *Nescias an te generum beati*
Phyllidis flauæ decorent parentes.
Regium certè genus & penates
Mœret iniquos.
Crede non illam tibi de scelesta
Plebe delectam, neque sic fidelem
Sic * *lucro auersam potuisse nasci*
Matre pudenda.
Brachia, & vultum, teretésque suras
* *Integer laudo.* * *fuge suspicari,*
Cuius octauum * *trepidauit ætas*
Claudere lustrum.

Ne, vt principio odes 33. l. 1. *Prius*, olim. *Insol.* Amandi insolentem. Non solitum amare.

Cassandra Priami filia.

Achille, vel Neopt. eius filio. Fecit vt faciliùs possent euerti.

Fortasse Ph. nob. & pot. parentibus orta est, & quibus decoreris: deflet saltem ipsa regium genus.

Quæ lucrum auersetur. *Integ.* Intactus amore illius. Caue ne id suspic. de me, quum sim natus an. 40. Vel per parenthesin. *Trep.* festinauit.

ODE V.

Ab amore virginis immaturæ, seu nondum viro tempestiuæ (quam Dalagen vocat) dehortatur vel amicorum quempiam, vel (vt quidam suspicantur) seipsum.

Allegoria à iuuenca nondum iugum passa.

*NOndum subacta ferre iugum valet
Ceruice: nondum munia comparis
Æquare, nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa virentes est animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuijs grauem
Leuantis. * Solantis æstum, nunc in udo
Ludere cum vitulis salicto
Prægestientis. tolle cupidinem
Iamiam. mox. Breue tempus illam virg. nunc immaturam, reddet maturam. Immitis uuæ: * iam tibi liuidos
Distinguet autumnus racemos
Purpureo varius colore.
Iam te sequetur. currit enim ferox
AEtas: & illi, quos tibi dempserit,
Florentis ætatis. Quantum illa florescet ætate, tu tantum ingraueſces. Apponet * annos. iam proterua
Fronte petit Lalage maritum:
Dilecta, quantum non Pholoe fugax,
Non Chloris: albo sic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet
Luna mari, Cnidiúsque Gyges:
Quem si puellarum insereres choro,
Ab hospit. internoci non posset ob latentem differentiam. Mirè sagaces * falleret hospites
Discrimen obscurum, solutis
Qui incertos de sexu redderet. Crinibus, * ambiguóque vultu.

AD SEPTIMIVM. Ode VI.

Tiburtinæ & Tarentinæ regionis amœnitatem commendat, & in hac, si in illa non possit, se libenter cum Septimio extremum ætatis tempus peracturum dicit.

*SEptimi, Gades aditure mecum, &
Cantabrum * indoctum iuga ferre nostra, & Iugo nostro non assuetum.
Barbaras Syrtes, vbi Maura semper
AEstuat vnda:

Tibur

*Tibur Argeo * positum colono,*
Sit meæ ſedes vtinam ſenectæ:
*Sit * modus laſſo maris, & viarum,*
Militiæque.
Vnde ſi Parcæ prohibent iniquæ
*Dulce pellitis ouibus * Galeſi*
Flumen & regnata petam Laconi,
** Rura Phalanto.*
Ille terrarum mihi præter omnes
*Angulus * ridet: vbi non Hymetto*
*Mella * decedunt, viridique certat*
** Bacca Venafro:*
Ver vbi longum, tepidaſque præbet
*Iuppiter brumas: & amicus * Aulon*
Fertili Baccho, minimum Falernis
** Inuidet vuis.*
Ille te mecum locus & beatæ
Poſtulant arces: ibi tu calentem
*Debita ſparges lachryma * fauillam*
Vatis amici.

Conditum á Tiburno Arg.

Finis nauigationum & itinerum.

Al. *Galeſum*. Eſt autem in Calabria.
Tarentina.

Arridet, Placet.

Cedunt Hymettijs. Inferiora ſunt.
Cuius oliuæ certant cum Venafranis.
Fortaſſe collis Tarento vicinus.
Habet vuas quæ faciunt vt non inuideat Fal.
Ibi meos cin. lacr. conſperges.

AD POMPEIVM VARVM. *Ode* VII.

Pompeio Varo, ſuo olim commilitoni, reditum è militia gratulatur: cúmque ad conuiuium inuitat, in quo ſuam lætitiam largis pocalis teſtetur.

O Sæpe mecum tempus in vltimum
Deducte, Bruto militiæ duce,
Quis te redonauit Quiritem
Dijs patrijs, Italóque cœlo,
Pompei, meorum prime ſodalium?
*Cum quo * morantem ſæpe diem mero*
Fregi, coronatus nitentes

Dici, quilongios ſolito videbatur, partem poculis impendi.

* Malobathro

Malob. vnguento.

* *Malobathro Syrio capillos.*
Tecum Philippos & celerem fugam
*Sensi, relicta * non bene parmula,*
Quum fracta virtus, & minaces
**Turpe solum* tetigere mento.*
Sed me per hostes Mercurius celer
*Denso pauentem sustulit * aere:*
Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit æstuosis.
*Ergo * obligatam redde Ioui dapem:*
Longaque fessum militia latus
Depone sub laurv mea: nec
*Parce cadis tibi * destinatis.*
* *Obliuioso leuia Massico*
* *Ciboria exple: funde capacibus*
Vnguenta de conchis. quis vdo
Deproperare apio coronas
*Curatue myrto? quem * Venus * arbitrum*
Dicet bibendi? non ego sanius
*Bacchabor * Edonis. * recepto*
*Dulce mihi * furere est amico.*

Non b. Turpiter.

Turpe. quidam per parenth. intell. aduerb.
Tetig. solum occubuerunt. Sic Virg. *Venus obscuro aere sepsit.*
Votam, promissam.

Tibi addictis. Obliuionem curarum afferente. *Cib.* Vala.

Talorum iactus Venereus. *Arb.* Moderatorem compotationis. *Ed.* Thrac. pop. *Rec.* Recuperato. *Furere.* Vsque ad furorem potare.

IN BARINEM MERETRICEM. *Ode* VIII.

Non esse mirum si peierare non timeat, quum nullas periuriorum det pœnas, sed potius ex ijs pulchrior euadat.

VLla si iuris tibi peierati
Pœna, Barine, nocuisset vnquam:
Dente si nigro fieres vel vno
Turpior vngui:
* *Crederem. sed tu simul obligasti*
* *Perfidum votis caput, enitescis*
Pulchrior multo, iuuenumque prodis

Tibi iuranti. Per caput tuum perfidè iurasti.

* *Publica*

* *Publica cura.*

Expedit matris cineres opertos*
Fallere, & toto taciturna noctis
Signa cum cœlo gelidaque diuos
Morte carentes.
Ridet hoc (inquam) Venus ipſa, rident
Simplices Nymphæ, ferus & cupido
Semper ardentes acuens ſagittas
Cote cruenta.
Adde, quòd pubes tibi creſcit omnis:
** Seruitus creſcit noua: nec priores*
Impia tectum dominæ relinquunt,
Sæpe minati.
*Te ſuis matres metuunt * iuuencis,*
Te ſenes parci: miſeræque nuper
*Virgines nuptæ, tua * ne retardet*
Aura maritos.

Talis vt ab omnibus iuuen. ipsi publicè ameris.

Per matris manes falsum iurare, & per sidera, &c.

Anatorum numerus augetur.

Filijs adoleſcentulis.

Ne mariti tua venuſtate velut afflati, aliquid de ſuo in ipſas amore remittant.

AD VALGIVM. *Ode* IX.

Eum hortatur vt Myſtæ pueri mortem aliquando tandem flere deſinat.

NON ſemper imbres nubibus hiſpidas
Manant in agros, aut mare Caſpiũ
Vexant inæquales procellæ
Vſque: nec Armenijs in oris
*Amice Valgi ſtat glacies * iners*
Menſes per omnes: aut aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et foliis viduantur orni.
Tu ſemper vrges flebilibus modis
*Myſten ademptum: * nec tibi veſpere*
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.

Ab effectu.

Nec veſperi nec mane ceſſas deflere tuos amores

At

Nestor, qui tres ætates vixit.

At non ter ævo functus amabilem
Plorauit omnes Antilochum senex
Annos: nec impubem parentes
Troïlon, aut Phrygiæ sorores
Vt Gr. λῦγα ὀδυρ μῶν. *Fleuere semper.* * *desine mollium*
Tandem querelarum: & potius nova
Cantemus Augusti trophæa
Niph. Arm. & Medum. Mediæ fluuios, quasi sentientes se cum Medis & Armvictos, suos cursus contrahere. *Gel.* pop. Scythiæ Europæ. *Cæsaris, & rigidum* * *Niphaten,*
Medumque flumen gentibus additum
Victis, minores volvere vertices:
Intraque præscriptum * *Gelonos*
Exiguis equitare campis.

AD LICINIVM. *Ode* X.

Mediocritatem, & animi in vtraque fortuna æquabilitatem, ad beatè viuendum aptas esse.

In alto mari nauigando.

RECtius vives, Licini, neque * *altum*
Semper vrgendo: neq; dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Inuidiæ obnoxia. Im[illegible]iosa. *Sordibus tecti, caret* * *inuidenda*
Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus: & celsæ * *graviore casu*
tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant. *Decidunt turres: feriuntque summos*
Fulmina montes.
In reb. aduersis. *Sperat* * *infestis, metuit secundis*
Alteram sortem bene * *præparatum*
Ad omnem euentum præmunitus animus. *Pectus.* * *informes hyemes reducit*
Iuppiter: idem
Deformantes omnia. *Summouet. non, si malè nunc, & olim*

Sic

Sic erit. * *quondam cithara tacentem*
Suscitat musam, * *neque semper arcum*
Tendit Apollo.
Rebus angustis animosus atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Interdum. Neque semper est iratus. vt, *Conditor lenis placidisque telo.*

AD Q. HIRPINVM. *Ode* XI.

Hilariter viuendum esse potius quàm fatigandum animum curis rerum futurarum.

QVid bellicosus Cantaber, & Scythes,
Hirpine Quinti, cogitet, Adria
* *Diuisus obiecto, remittas*
Quærere: nec * *trepides in vsu*
Poscentis ævi pauca. fugit retrò
Leuis iuuentas, & decor, arida
Pellente lasciuos amores
Canitie, facilemque somnum.
Non semper idem floribus est honos
Vernis, neque vno Luna rubens nitet
Vultu. quid * *æternis minorem*
Consiliis animum fatigas?
Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes * *sic temere, & rosa*
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo,
Potamus vncti? dissipat * *Euius*
Curas edaces. quis puer ocyus
* *Restinguet ardentis Falerni*
Pocula * *prætereunte lympha?*
Quis * *deuium scortum eliciet domo*
Lyden? eburna, dic age, cum lyra

Sejunctus à nobis. Anxius sis de ijs quæ vitæ sunt neceſſ.

Vide annot.

Qualem cunque sedem vel locum ex tempore præbebit humus.

Bacchus.

Temperabit. Aqua riui aut fl. prætereuntis. Minimè obuium cuius ædes à via publica sunt remotæ.

* *Maturet,*

Maturet venire rel. co. in nodum comptum more Lac. 1. negligenter. Al. *Incomptum* de quo in Annot.

* *Maturet, in comptum Lacænæ*
More comam religata nodum.

Ad Mæcenatem. Ode XII.

Lyricorum versuum mollitiei res graues & tragicas non conuenire: soluta autem oratione res gestas Augusti Mæcenatem ipsum melius descripturum; se nihil posse præter Licinię formam canere.

Ne iubeas.

Nolis longa ferę bella Numantię,
Nec dirum Annibalem, nec Siculum mare,
Pœno purpureum sanguine, mollibus
Aptari citharæ modis:
Q. d. Nihilo magis quam Lap. *Hyl.* Centaurum, Terræ fil. gig. * *Nec sæuos Lapithas, & nimium mero*
* *Hyleum, domitosque Herculea manu*
* *Telluris iuuenes, vnde periculum*
Fulgens contremuit domus
Soluta erat. scriptis. *Saturni veteris. túque* pedestribus*
Dices historiis prælia Cæsaris
Ducta in triumphum. *Mæcenas melius, *ductáque per vias*
Regum colla minantium.
Vel, *Lycimnię*. l. *Lycumnię*. Sic paulo post. *Lucidè fulg.* *Me dulces dominæ Musa* Licinię*
*Cantus, me voluit * dicere lucidum*
Fulgentes oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Quam non dedsaltare, &c. quod eius ætati & formæ hæc conueniant, *Vel*, Quæ decenter hæc fecit. * *Quam nec ferre pedem dedecuit choris,*
Nec certare ioco, nec dare brachia
Ludentem nitidis virginibus, sacro
Dianæ celebris die.
Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes,
Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,
Permutare velis crine Licinię?
Plenas aut Arabum domos?

Dum

*Dum * fragrantia detorquet ad oscula*
Cervicem, aut facili saevitia negat
** Quae poscente magis gaudeat eripi:*
Interdum rapere occupet.

Al. flagrantia.

Quæ. osc. magis gaudeat sibi eripi quàm gaudet ille ipse qui ea poscit. Interdum prior illa rapiat.

IN ARBOREM, CVIVS CASV IN agro Sabino penè oppressus est. Ode XIII.

Execratus arborem, cuius casu, dum in suo agro esset, penè oppressus fuerat, inde probat circumstare mortales in horas pericula mortis, à quibus minimè sibi timendam esse putent. Tandémque, postquam dixit parum absuisse quin videret apud inferos Sapphonem & Alcæum, vtriusque carmina (sed Alcæi præsertim) ipsis etiam vmbris summam admirationem mouere ait.

ILLE & nefasto te posuit die,
Quicunque primùm & sacrilega manu
*Produxit, arbos, in * nepotum*
Perniciem, opprobriumque pagi.

Posterorum.

Illum & parentis crediderim sui
** Fregisse cervicem, & * penetralia*
Sparsisse nocturno cruore
Hospitis: illi venena Colchi-
-ca, & quicquid vsquam concipitur nefas,
Tractauit: agro qui statuit meo
*Te triste lignum, te * caducum*
In domini caput immerentis.

Sic & Cic. loq. In penetr. domus hospitem occidisse.

Quod tandem casurum eras.

Quid quisque vitet, nunquam homini satis
** Cautum est in horas. nauita Bosphorum*
Pœnus perhorrescit, neque vltra
*Caca * timet aliunde fata:*
Miles sagittas & celerem fugam
Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur: sed improuisa lethi

Cautè prospectis. Et *In horas* possit iungi cum *vitet.*

Hic-*met* alitribus pro dactylo.

A qua sibi cauendũ esse nesciunt.

Vis

Vis rapuit rapietque gentes.
Quàm penè furuæ regna Proſerpinæ,
Et iudicantem vidimus Aeacum,
*Sedeſque * deſcriptas piorum: &*
Æolijs fidibus querentem
*Sappho puellis de * popularibus:*
*Et te ſonantem * plenius aureo*
Alcæe plectro dura nauis,
*Dura * fugæ mala, dura belli?*
Vtrumque ſacro digna ſilentio
Mirantur vmbræ dicere: ſed magis
*Pugnas & * exactos tyrannos*
*Denſum humeris * bibit aure vulgus:*
*Quid * mirum, vbi illis carminibus ſtupens*
*Demittit atras * bellua centiceps*
Aures, & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
Quin & Prometheus, & Pelopis parens
*Dulci * laborum decipitur ſono:*
Nec curat Orion leones,
Aut timidos agitare lyncas.

Al. Diſcretas.

Lesbijs. Grauiore càrm. & plus neruorum habente.

Exilij vt Gr. φυγὰς.

Expulſos.

Auidiſſimè audit. Quod de vmbris dixi.

Cerberus.

Non eſt hic hellen. qui creditur. Vide annot.

Ad Posthvmvm. *Ode* XIIII.

Quum mors maneat omnes, ac ſit omninò ineuitabilis, non eſſe defraudandum Poſthumo ſuum genium, parcendo bonis quibus hæres abutetur.

Heu fugaces, Poſthume, Poſthume,
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis & inſtanti ſenectæ
Afferet, indomitæque morti.
Non ſi tricenis quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
*Plutona tauris: qui * ter-amplum*

Tricipitem, cum Hesiodo: vel incorporeum.

Geryonen

Geryonen Tityonque triſti
*Compeſcit * vnda: ſcilicet omnibus,* Vnda enauig.
Quicunque terræ munere veſcimur,
Enauiganda: ſiue reges,
Siue inopes erimus coloni.
*Fruſtrà cruento * Marte carebimus,* Prælia vitabimus & mare.
Fractiſque rauci fluctibus Adriæ:
Fruſtrà per autumnos nocentem
*Corporibus * metuemus Auſtrum.* Vitabimus.
Viſendus ater flumine languido
*Cocytus errans, & Danai * genus* Filiæ, infames cæde ſuorum maritorum.
Infame, damnatuſque longi
Siſyphius Æolides laboris.
Linquenda tellus, & domus, & placens
Vxor: neque harum quas colis arborum
Te, præter inuiſas cupreſſos,
*Vlla * breuem dominum ſequetur.* Br. d. futurum. Vel, Qui fueris breuis dom.
Abſumet hæres cæcuba dignior,
** Seruata centum clauibus: & mero*
** Tinget pauimentum ſuperbum,* A te ſer. Tantùm aberit vt eius potui parcat. Vide annot.
Pontificum potiore cœnis.

Ode V.

Luxum circa ædificia ingentem reprehendit, & veterum contra frugalitatem commemorat.

IAM pauca aratro iugera regiæ
** Moles relinquent: vndique latius* Vt Cic. *Subſtructionum inſanæ moles.*
Extenta viſentur Lucrino
*Stagna lacu: platanuſque * cœlebs* Quæ non ſolet maritari viti, vt vlmus.
** Euincet vlmos. tum violaria, &*
Myrtus, & omnis copia narium, Frequentior erit vlmis: & ex oliuetis fient violaria, myrteta, &c.
Spargent oliuetis odorem,
Fertilibus domino priori.

Tum

Ardorem radiorum ſolis vmbra ſua arcebit.

*Tum ſpiſſa ramis laurea * feruidos*
Excludet ictus. non ita Romuli
Præſcriptum & intonſi Catonis
Auſpicijs, veterúmque norma.
Priuatus illis cenſus erat brevis,

Vt Gr. τὸ κοινὸν i. publ. ædes, magna.

** Commune, magnum. * nulla decempedis*
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton:

Nemo priuatam domũ ædificans, x. pedum porticum ſeptentr. obiectum metabatur.

Nec fortunitum ſpernere cæſpitem
Leges ſinebant, oppida publico
Sumptu iubentes, & deorum
Templa nouo decorare ſaxo.

Ad Grosphvm. *Ode* XVI.

Tranquillitatem animi optari ab omnibus: eam verò non congerendis opibus, honoribuſue, ſed coërcendis cupiditatibus comparari.

Quietem, vel Vitam quietam & Tranquillam. Pri. A tempeſtate interceptus.

** Otium diuos rogat in patenti*
** Prenſus Ægæo, ſimul atra nubes*
Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis:
Otium bello furioſa Thrace,
Otium Medi pharetra decori:
Groſphe, non gemmis, neque purpura ve-
-nale, nec auro.
Non enim gazæ, neque conſularis
Summouet lictor miſeros tumultus
*Mentis, & curas * laqueata circum*
Tecta volantes.

Laqueatibus ornatas domos dicit um. Beatè viuitur ab eo cui p.

** Viuitur paruo bene, cui paternum*
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leues ſomnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

Quid

*Quid breuis fortes * iaculamur æuo*
Multa? quid terras alio calentes
*Sole mutamus? * patriæ quis exul*
Se quoque fugit?
** Scandit æratas vitiosa naues*
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nimbos
Ocyor Euro.
** Lætus in præsens animus, * quod vltra est*
Oderit curare: & amara læto
Temperet risu. NIHIL *est ab omni*
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem,
Longa Tithonum minuit senectus:
Et mihi forsan, tibi quod negarit,
Porriget hora.
Te greges centum Siculæque circum
Mugiunt vaccæ: tibi tollit hinnit-
-um apta quadrigis equa, te bis Afro
** Murice tinctæ*
Vestiunt lanæ: mihi parua rura &
** Spiritum Graiæ tenuem camœnæ*
Parca non mendax dedit, & malignum
Spernere vulgus.

Affectamus. Quidam, Appetimus.

Quis, relinquendo patriam, suos etiam illos tumultus mentis & curas reliquit? Sic. O. 1. l. 3. *Sed timor & minæ Scandunt*, &c.

O. 8. l. 3. *Dinà præsentis cape lætus horæ.* Quod futurum est.

Pisce ex cuius sang. confici solitus color purpureus. Venam è Graia cam. derivatam.

AD MÆCENATEM, QVVM CONualuisset. *Ode* XVII.

Tantam esse inter se & Mæcenatem animorum coniunctionem dicit, vt eum animæ suæ partem existimet, sine qua viuere nec possit, nec velit.

CVR me querelis exanimas tuis?
Nec dijs amicum est, nec mihi, te prius
Obire, Mæcenas, mearum

Vt o. 1. l. 1. O & præsid. & dulce decus meum.

Grande decus * columéuque rerum.
Ah, te meæ si partem animæ rapit
Maturior vis, * quid moror altera,
Nec carus æque, nec superstes
Integer? ille dies vtramque
Ducet ruinam. non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
* Vtcunque præcedes, * supremum
Carpere iter Comites parati.
Me nec Chimæræ spiritus igneæ,
Nec si resurgat centimanus * Gyas,
* Diuellet vnquam. sic potenti
Iustitiæ placitúmque Parcis.
* Seu Libra, seu me Scorpius aspicit
Formidolosus, pars violentior
Natalis horæ, seu tyrannus
Hesperiæ * Capricornus vndæ:
Vtrunque nostrum incredibili modo
Consentit astrum. te Iouis impio
Tutela * Saturno refulgens
Eripuit, volucrisque fati
Tardauit alas, quum populus frequens
Lætum theatris ter crepuit sonum:
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum
Dextra leuasset, * Mercurialium
Custos virorum. reddere victimas
Ædemque votiuam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

Quid ego, qui sum alt. pars, non statim sequor, quum nec c. æ. nec integ. sim superuicturus.

Quandocunque. Extremum vitæ diem, tecum obire

Al. Gyges, & gigas

Abstrahe à te.

In quocunque signo sit meus horoscop. conuenit tuo. Libra, Venus: Scorpius, Mars: Capric. Saturnus:

Saturni stella pericula affert, sed euincitur superfulgente Iouis stella. Por.

Nam poëtæ sub tutela Mercurij.

Ode XVIII.

Se sua sorte & mediocri fortuna contentum viuere dicit, dum alij in extruendis magnificis domibus cum pauperum etiam iniuria se fatigant.

tigant. Idque ab iis quoque fieri dicit qui capulo sunt vicini, quasi communem sibi cum aliis esse mortendi necessitatem sint obliti.

NON ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar,
Non trabes *Hymettiæ
Premunt columnas vltima recisas
Africa: *neque Attali
Ignotus hæres regiam occupaui;
Nec *Laconicas mihi
Trahunt honestæ purpuras clientes.
At fides & ingeni
*Benigna vena est: pauperémque diues
Me petit. *nihil suprà
Deos lacesso: nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus vnicis Sabinis.
Truditur dies die,
Nouæque pergunt interire Lunæ:
Tu secanda marmora
Locas *sub ipsum funis: & sepulcri
Immemor, struis domos:
Marísque Baijs obstrepentis vrges
Summouere *littora,
Parum locuples continente ripa.
Quid quòd vsque proximos
Reuellis agri terminos, & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In sinu ferens *deos
Et vxor, & vir, sordidósque natos.
*Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine destinata
Aula diuitem manet

Ex Hymetto monte.

Nullius diuitis hæreditatem malis artibus expugnatui.

Meorum cl. vxores non carpunt mihi lanas ad conf. prætextas. *Benigna*, Larga. *Nihil s.* Nõ fatigo d. precibus vt vltra sint in me benefici.

Sub tempus funeris conducis qui marm. secent ad ædif.

Qui iactis vltra litrus in mare molibus ædificas, non contentus terra contingente. Reuulsis term. occupas agellos vic. tuorum & cl. Penates.

Nulla cert. aula d m.h. quàm rapi. o. finis destin. i. domus te acci. l. ens vita, finita,

Herum. quid vltra tendis? Aequa tellus
Pauperi recluditur,
*Regumque pueris: nec *ſatelles orco*
Callidum Promethea
Reuexit auro captus. hic ſuperbum
Tantalum, atque Tantali
*Genus coercet. hic * leuare functum*
Pauperem laboribus,
Vocatus atque non vocatus audit.

Charon, vel Mors, quæ orco ſuam operam præbet & velut locat.
Audit vt veniat leuatum.

In Bacchvm. *Ode* XIX.

Sibi fas eſſe dicit, Bacchi laudes canere, quippe qui numine illius ſit correptus.

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem (credite poſteri)
Nymphaſque diſcentes, & aures
Capripedum Satyrorum acutas.
Euoe recenti mens trepidat metu,
Plenoque Bacchi pectore turbidum*
Lætatur. euoe, parce Liber,
Parce, graui metuende thyrſo.
Fas pernicaces eſt mihi thyadas,
Vinique fontem, lactis & vberes
Cantare riuos, atque truncis
*Lapſa cauis * iterare mella.*
*Fas & beatæ * coniugis additum*
*Stellis * honorem, tectaque Penthëi.*
Diſiecta non leui ruina,
Thracis & exitium Lycurgi.
Tu flectis amnes, tu mare barbarum:
*Tu ſeparatis * uuidus in iugis*
*Nodo * coerces viperino*
Biſſonidum ſine fraude crines.

Turbidum lætatur, aduerbialis.

Iterum atque iterum cantare. *Coniug.* Ariadnæ. *Hon.* Coronam.

Vino madidus. Serpentibus implicas crines Thraciarum ſine damno.

Tu

Tu, quum parentis regna per arduum
Cohors gigantum scanderet impia:
** Rhœcum retorsisti leonis* — Al. *Rhœtum.* Vide O. 4. lib. 3.
Vnguibus, horribilique mala:
Quanquam choreis aptior & iocis
Ludoque dictus, non sat idoneus
Pugnæ ferebaris: sed idem
*Pacis eras * mediúsque belli.* — In medio constitutus, quasi æquè ad vtrumque paratus.
*Te vidit * insons Cerberus aureo* — Ita vt nihil tibi noceret.
Cornu decorum, leniter atterens
Caudam, & recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitque crura.

AD MÆCENATEM. *Ode XX.*

Gloriam immortalem sibi partam esse suis poematis ac se exteris nationibus, omnium maximè barbaris, celebrem fore dicit.

NON vsitata, nec tenuis ferar
*Penna * biformis per liquidum æthera* — *Bif.* vates, Lyr. & Satyricus, Alij, Nouam alitis formam sumens.
Vates: neque in terris morabor
Longius: inuidiaque maior
*Vrbes relinquam. non ego * pauperum* — Obscuro loco natus, libertino patre.
Sanguis parentum, non ego, quem vocas,
Dilecte Mæcenas, obibo,
Nec Stygia cohibebor vnda.
*Iam iam * residunt cruribus asperæ* — Insidunt.
*Pelles: & album mutor in * alitem* — Cygnum. Al. *Superne*, vt vlt. sit breuis.
** Superna, nascunturque leues*
Per digitos humerosque plumæ.
Iam Dædaleo ocyor Icaro
*Visam * gementis littora Bosphori,* — Murmure gementium imitantis.
Syrtesque Gætulas canorus

Ales, Hyberboreósque campos.
Me Colchus, & qui dissimulat metum
Marsæ cohortis, Dacus, & vltimi
Noscent Gelons: me peritus
Discet Iber, Rhodaníque potor,
Absint inani funere nœniæ,
Luctúsque turpes & querimoniæ.
Compesce clamorem, ac sepulcri
Mitte superuacuos honores.

Q. HORATII FLACCI ODARVM SEV CARMINVM LIBER III.

Ode I.

Vitæ beatitudinem non in opibus aut honoribus, sed in tranquillitate animi positam esse: atque hanc ijs demum qui eo quod satis est contenti esse possunt, contingere dicit. Ab hoc autem suo sermone, non secus ac mysterijs quibusdam, vulgus contrarijs opinionibus prauè imbutum arcet.

Malè ominatis verbis parcite, vt ode 14.

ODI profanum vulgus, & arceo,
** Fauete linguis. carmina non prius*
Audita, Musarum sacerdos,
Virginibus, puerisque canto.
Regum timendorum, in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iouis,
Clari giganteo triumpho,
*Cuncta * supercilio mouentis.*
*Est * vt viro vir latius ordines*

Ad Homeri dictum respexisse putatur. Pieri quidem potest vt alius plus

Arbusta

Arbuſta ſulcis: hic generoſior
Deſcendat in campum petitor:
Moribus hic, meliorque fama
Contendat: illi turba clientium
*Sit maior: AEQVA lege *neceſſitas*
Sortitur inſignes & imos:
*Omne capax manet *vrna nomen.*
**Diſtrictus enſis cui ſuper impia*
Ceruice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem,
Non auium citharæque cantus
Somnum reducent. ſomnus agreſtium
Lenis virorum non humiles domos
Faſtidit, vmbroſamque ripam,
Non zephyris agitata Tempe:
*DESIDERANTEM *quod ſatis eſt, neq;*
Tumultuoſum ſollicitat mare,
Nec ſæuus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi:
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundúſque mendax: arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hyemes iniquas.
Contracta piſces æquora ſentiunt,
**Iactis in altum molibus: huc frequens*
Camenta demittit Redemptor
Cum famulis, dominúſque terræ
**Faſtidioſus. SED timor & minæ*
**Scandunt eodem quò dominus: neque*
Decedit aerata triremi, &
Poſt equitem ſedet atra cura.
Quòd ſi dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpuræ ſum fidere clarior

agrorum, alius plus honorum obtineat, &c, ſed æqua lege mors, &c.

Neceſſ. mortis. vt Gr. αἰάγκη & ἦμαρ εἱμαρμένον. Virg. Æn. 6. *Quæſitor Minos vrnam mouet.* *Diſtr.* Cui ſemper aliquis terror impendet: vt hoc exemplo Dionyſij tyr. ſignif.

Non plus quam ſatis eſt.

Iactis in mare mol. ad ædific. Vide oden 15. l. 2.

Qui terram faſtidiens, in mari ædificat. Vt, *Scandit eratas vitioſa naues Cura*, &c.

Delimit vsus, nec Falerna
Vitis, Achæmeniúmque coſtum:
Cur inuidendis poſtibus, & nouo
Sublime ritu moliar atrium?
Valle fundi mei Sabini. *Cur valle permutem* Sabina* 45
Diuitias operoſiores?

ODE II.

Tolerandæ paupertati ferendiſque militiæ laboribus pueritiam aſſuefacere ſuadet, fortitudinem bellicam laudans.

Al. amicè pauperiem pati.
*ANguſtam, *amici, pauperiem pati*
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat: & Parthos feroces
Vexet eques metuendus haſta:
Vitámque ſub dio & trepidis agat
In rebus. illum ex mœnibus hoſtica 5
Vxor. ** Matrona bellantis tyranni*
Proſpiciens, & adulta virgo,
Suſpirans hæc vicat. ** Suſpiret, Eheu ne* rudis agminum*
Sponſus laceſſat regius aſſerum
Rud. agm. Impetus rei mil. *Tactu* leonem, quem cruenta* 10
Leonem, Romanum hunc mil. *Per medias rapit ira cædes.*
DVLCE & decorum eſt pro patria mori.
Ex Simonide. ** Mors & fugacem perſequitur virum,*
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidoque tergo. 15
Quia virtus non finit nos petere eos hon. in quorum petitione grauiſſam pati poſſimus. ** VIRTVS, repulſæ neſcia ſordidæ,*
Intaminatis fulget honoribus:
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ. 20
VIRTVS, recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via:
Cœtúſque vulgares & vdam

Spernit

*Spernit humum fugiente * penna.* Vide od. vlt. lib. primi.
Est et fideli tuta silentio
Merces. vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanæ, sub iisdem
Sit trabibus, fragilémque mecum
Soluat phaselum. sæpe Diespiter
Neglectus, incesto addidit integrum:
Rarò antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

ODE III.

Iustitiæ cum constantia iunctæ maximum & insuperabile robur esse ostendit, Quumque Romuli mentionem fecisset, sumpta hinc occasione, Iunonis oraculum de Romano imperio commemorat, quod illa stare non posse dixerit, si Troia instauraretur.

IVSTVM & tenacem propositi virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida: neq; Auster, De sententia dimouet, in qua semel se obfirmarit.
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis.
Impauidum ferient ruinæ,
Hac arte Pollux, & vagus Hercules Hac arte iustitiæ & constantiæ.
Innixus, arces attigit igneas.
Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.
*Hac te * merentem Bacche pater tua* Militantem. Vel Mer. præmium.
Vexere Tigres, indocili iugum
Collo trahentes: hac Quirinus Bellica fortitudine immortal. consequutus est Romulus.
Martis equis Acheronta fugit:
*Gratum eloquuta * consiliantibus* *Consiliantibus* habentibus.
Iunone diuis: Ilion, Ilion

Fatalis

Fatalis inceſtúſque iudex
Et mulier peregrina vertit
Fraudauit. *In pulverem, ex quo * deſtituit deos*
Mercede pacta Laomedon: mihi
Caſtæque damnatum Minervæ
Cum populo & duce fraudulento.
Iam nec Lacænæ ſplendet adulteræ
Famoſus hoſpes, nec Priami domus
Perjura pugnaces Achivos
Hectoreis opibus refringit:
Productum, protractum bellum ſedatum eſt. Romulum. *Noſtriſque * ductum ſeditionibus*
Bellum reſedit. protinus & graves
*Iras, & inuiſum * nepotem,*
Ilia. *Troïca quem peperit ſacerdos*
Condonabo. Alibi pro Reddere. *Marti * redonabo. illum ego lucidas*
Inire ſedes, ducere Nectaris
Succos, & adſcribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
Dummodo longum maris ſpatium inter Tr. & Romam ſit interiectum, Troiani regnanto, &c. *Dummodo * Dum longus inter ſæuiat Ilion*
Romámque pontus, qualibet exules
In parte regnanto beati:
Dummodo tam deſerta ſit Troia vt luſtra feris ſuppeditet. *Dum Priami, Paridiſque buſto*
Inſultet armentum, & catulos fera
Celent inultæ: ſtet Capitolium
Fulgens, triumphatiſque poſſit
Roma ferox dare iura Medis.
Interiectum fretum Gaditanum. *Horrenda latè nomen in vltimas*
*Extendat oras: quà * medius liquor*
Secernit Europen ab Afro,
Quà tumidus rigat arua Nilus:
Roma fortitudinem oſtendens potius in ſpernendo auro & relinquendo ineſſuſſum, quàm in eo congerendo hum. in vſus. *Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum,*
*Quum terra celat, * ſpernere fortior,*
Quàm cogere humanos in vſus,

Omne

Omne ſacrum rapiente dextra.
Quicunque mundi terminus obſtitit,
Hunc tangat armis, viſere geſtiens
Qua parte debacchentur ignes,
Qua nebulæ pluuiique rores.
Sed bellicoſis fata Quiritibus
Hac lege dico, ne nimium pij,
Rebuſque fidentes, auitæ
Tecta velint reparare Troiæ.
Troiæ renaſcens alite lugubri
Fortuna triſti clade iterabitur,
Ducente victrices caternas
Coniuge me Iouis & ſorore.
Ter ſi reſurgat murus aheneus
Auctore Phœbo, ter pereat meis
Excidſus Argiuis, ter uxor
Capta uirum puerôſque ploret.
Non hæc iocoſæ conueniunt lyræ.
Quò Muſa tendis? deſine pertinax
Referre ſermones deorum, &
Magna modis tenuare paruis.

Plagam torida & pl. glacialem.

Fata de imperij dilatatione.

Intel. quod præcedit, ex eo quod conſequitur. Sic ſ. ode 1. lib. 2. *Sed ne rel. Mu. procax iocis, &c.* Al. *Non hoc iocoſæ conueniet lyræ.*

Ode IIII.

Muſarum præſidio è periculis ereptum ſe dicit, eodémque tutum ſemper fore ſperat. Ab illis conſilium dari: ſine conſilio autem vim ſuã ipſius mole ruere, exemplo gigantum oſtendit.

DEſcende cœlo, & dic age tibia,
Regina longum Calliope melos,
Seu uoce nunc mauis acuta,
Seu fidibus, citharáue Phœbi.
Auditis? an me ludit amabilis
Inſania? audire & uideor pios

Errare

Errare per lucos, amœnæ
Quos & aquæ subeunt & auræ.
*Me fabulosæ * Vulture in Appulo,*
*Altricis extra limen * Apuliæ,*
Ludo fatigatumque somno,
Fronde noua puerum palumbes
Texere. mirum quod foret omnibus,
*Quicunque celsæ * nidum * Acherontiæ,*
Saltúsque Bantinos, & aruum
*Pingue tenent * humilis Ferenti:*
Vt tuto ab atris corpore viperis
Dormirem, & vrsis: vt premerer sacra
*Lauróque, * collatáque myrto,*
** Non sine dijs animosus infans.*
** Vester, Camænæ, vester in arduos*
Tollor Sabinos: seu mihi frigidum
Præneste seu Tibur supinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.
Vestris amicum fontibus & choris,
*Non me * Philippis versa acies retrò,*
** Deuota non extinxit arbos,*
*Nec Sicula * Palinurus vnda.*
Vtcunque mecum vos eritis, libens
Insanientem nauita Bosporum
Tentabo, & arentes arenas
Littoris Assyrij, viator.
Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine Concanum.
Visam pharetratos Gelonos
Et Scythicum inuiolatus amnem.
Vos Cæsarem altum, militia simul
Fessas cohortes abdidit oppidis,
Finire quærentem labores,

Monte.

App. Altricis fab. Asij, Fab. palumb. me pu. fr. noua texere, id est tecenti, viridi.

Ach. vrbis Lucaniæ. *Nidum* autem quod sita esset in monte. *Hum.* In valle positi.

Congesta.

Diuino num. redditus animosus. Vestro præsidio tutus.

De qua in ode 7. l. 2.
De qua in ode 27. l. 2.
Pal. Promont. Lucaniæ.

Pierio

Pierio recreatis antro.
Vos lene consilium & datis, & dato
*Gaudetis almæ. * scimus vt impios*
Titanas immanémque turmam
Fulmine sustulerit caduco:
Qui terram inertem, qui mare temperat
*Ventosum, & vrbes, regnáque * tristia,*
*Diuósque, mortalésque * turbas*
Imperie regit vnus aquo.
Magnum illa terrorem intulerat Ioui,
Fidens iuuentus horrida brachijs,
Fratrésque tendentes opaco
** Pelion imposuisse Olympo.*
Sed quid Typhoeus, & validus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion statu,
*Quid * Rhœcus, euulsísque truncis*
Enceladus iaculator audax,
*Contra sonantem Palladis * egida*
Possent ruentes? hinc auidus stetit
Vulcanus, hinc matrona Iuno, &
Nunquam humeris positurus arcum,
*Qui rore puro Castaliæ * lauit*
Crines solutos, qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalémque syluam,
Delius & Patareus Apollo.
VIS consili expers mole ruit sua:
*Vim * temperatam dij quoque prouehunt*
In maius: idem odere vires
Omne nefas animo mouentes.
*Testis mearum centimanus * Gyges*
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ,
Virgineæ domitus sagitta.

Consilio & prudencia fregit immensas gigantum vires. Vide v. 65. *Vi consili expers*, &c.

Inferorum.

Al. *Turmas.*

Virg. *Ter sunt conati imponere Pelio ossam.*

Al. *Rhœtum.*

Clypeum Iouis, quo & Pallas vtitur.

Lauit prolauat, vt alibi.

Quæ consilio regitur.

Al. *Gigas.* Quidam rep. *Gyas.*

Iniecta

Iniecta monstris terra dolet suis:
Mœrétque partus fulmine luridum
Missos ad Orcum: nec perêdit
Impositam celer ignis Ætnam:*
Ioncontinentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitiæ additus
Custos: amatorem trecentæ
Pirithoum cohibent catenæ:

Ignis non properat absumere Ætnam, vt illius impositæ onere semper grauentur.

ODE V.

Augusti de Britannis & Persis victoriam canit: qua sublatum esse id quod cum indignatione comemorat dedecus, videtur innuere: quòd ij qui sub Crasso militauerant, quum captiui essent affinitate cum hostibus contracta vitam suam redemerint. Atque sumpta hinc occasione, Reguli de non redimendis captiuis sententiam laudibus extollit.

CEOLO *tonantem* credidimus Iouem*
Regnare: præsens diuus habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio, grauibúsque Persis.
**Milésne Crassi coniuge barbara*
Turpis maritus vixit? & hostium
(Prò curia, inuersíque mores)
Consenuit socerorum in armis;
Sub rege Medo, Marsus & Appulus,*
Anciliorum, nominis, & togæ
Oblitus, æternæque Vestæ,
Incolumi Ioue, & vrbe Roma?
**Hoc cauerat mens prouida Reguli,*
Dissentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahenti*
Perniciem veniens in æuum:
Si non perirent immiserabilis
Captiua pubes. Signa ego Punicis

Cred. antea I. r. nunc Aug. p. d h.

Itãne mil. Cr. sustinuit mar. esse coniugis bar. Sustinuit turpitud. & infamiam talis coniugij? Vide argum. huic odæ præfixum. *Medo*, pro Persa & Partho.

Ne ab hoste vita redimeretur tam turpibus condit. Male *trahentis* in multis edit.

Affixa

Affixa delubris, & arma
Militibus sine cæde (dixit)
Derepta vidi. vidi ego civium
Retorta tergo brachia libero,
**Portasque non clausas, & arma*
Marte coli populata nostro.
Auro repensus scilicet acrior*
Miles redibit. flagitio additis
*Damnum. * NEQVE amissos colores*
Lana refert medicata fuco:
Nec vera virtus, quum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.*
Si pugnat extricata densis
Cerua plagis, erit ille fortis,
Qui perfidis se credidit hostibus,*
Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners, timuitque mortem.
Hic vnde vitam sumeret inscius,
Pacem duello miscuit. ô pudor,
O magna Carthago probrosis,
Altior Italiæ ruinis:
**Fertur pudicæ coniugis osculum,*
*Paruósque natos, vt * capitis minor,*
Ase remouisse, & virilem
Toruus humi posuisse vultum:*
*Donec * labantes consilio patres*
Firmaret autor vnquam alias dato,
Interque mœrentes amicos
Egregius properaret exul.
Atqui sciebat quæ sibi barbarus
*Tortor pararet. * non aliter tamen*
Dimouit obstantes propinquos,

Vt sublato omni merru.

Redemptus.

Vt lana am. c. non ref. ita nec virtus &c.

Iis qui facti fuerint deteriores.

Permisit se hostium potestati.

Regulus.

Capite minutus.

In humum deiecisse.

Vacillantes & nutantes.

Non alio vultu, non magis tristi v. valedixit propinquis.

Et

Et populum reditus morantem,
Quàm si clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

Ad Romanos. *Ode* VI.

Ob contemptum religionis multa Romanis mala imminere, iam multa passis, dicit. Deinde cum corruptis sui sæculi moribus, quo adulteria impunè committuntur (ad quæ ipsa etiam tenera virginum ætas velut instituitur) antiquam simplicitatem, atque huic communiam fortitudinem confert.

Delicta maiorum immeritus lues
Romane: donec templa refeceris,
Ædesque labentes deorum, &
Fœda nigro simulacra fumo.

Ex deorum cultu imperium adeptus es, fac vt eodem conseruetur.

** Dijs te minorem quod geris, imperas:*
Hinc omne principium, huc refer exitum.
Di multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosæ.

Lætatur se nostris spolijs esse ditatum.

*Iam bis Monæses, & * Pacori manus*
Non auspicatos contudit impetus
Nostros: & adiecisse prædam
Torquibus exiguis renidet.
Penè occupatam seditionibus
Delenit vrbem Dacus & Æthiops:
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis.

Quæ noua subinde vitia pariunt.

** Fœcunda culpæ sæcula nuptias*
Primùm inquinauere, & genus, & domos.
** Hoc fonte derivata clades*
In patriam populúmque fluxit.

Ex nuptijs per adulteria inquinatis.

Motus doceri gaudet Ionicos
*Matura virgo: & fingitur * artubus*

Al. *artibus.*

Iam

Iam nunc: & inceſtos amores
** De tenero meditatur vngui.* — Iam inde à teneris vnguic. ἐκ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων.
*Mox * iuniores quærit adulteros* — Iuniores marito ſuo.
Inter mariti vina: neque eligit
Cui donet impermiſſa raptim
** Gaudia, luminibus remotis:* — Al. *Oſcula.*
Sed iuſſa coram non ſine conſcio
Surgit marito: ſeu vocat inſtitor,
Seu nauis Hiſpanæ magiſter,
*Dedecorum * pretioſus emptor.* — Qui magno pretio hoc adulterii dedecus emit.
Non his iuuentus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico:
Pyrrhúmque, & ingentem cecîdit
Antiochum, Annibalémque dirum:
*Sed ruſticorum * maſcula militum* — Cui erant mares animi, vt alibi loquitur.
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas, & ſeuera — Tantę magnitudinis quantæ ſeuerâ mater iubebat.
Matris ad arbitrium reciſos
Portare fuſtes: ſol vbi montium
Mutaret vmbras, & iuga demeret
*Bobus fatigatis, * amicum* — Gratum & optatum quietis tempus adducens.
Tempus agens abeunte curru.
Damnoſa quid non imminuit dies?
Aetas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Ad Asterien. VII.

Aſterien hortatur vt Gygis mariti deſiderium patienter ferat: & quemadmodum ille interim fidem coniugalem ei ſeruat, ita & ipſa ſeruare velit. Quod vt faciat, ea vitet quibus ad eam frangendam ſollicitari aut impelli poſſet.

Quid flet, Aſterie, quem tibi candidi
Primæ reſtituent vere Fauonij,

Thyna merce beatum,
Constantis iuuenem fide
Gygen? ille Notis actus ad Oricum
*Post * insana * Capræ sidera, frigidas*
Noctes non sine multis
Insomnis lacrymis agit.
Atqui sollicitæ nuncius hospitæ,
*Suspirare Chloen, & miseram * tuis*
Dicens ignibus vri,
Tentat mille vafer modis.
Vt Prætum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus, nimis
Casto Bellerophonti
Maturare necem, refert.
Narrat penè datum Peleæ Tartaro,
Magnesſam Hippolyten dum fugit abstinens:
Et peccare docentes
Fallax historias monet,
Fruſtra. nam scopulis surdior Icarî
*Voces audit adhuc integer. at * tibi*
Ne vicinus Enipeus
Plus iusto placeat caue:
Quamuis non alius flectere equum sciens
Æquè conspicitur gramine Martio:
Nec quisquam citus æquè
Tusco denatat alueo.
Prima nocte domum claude, neque in vias
Sub cantu querulæ despice tibiæ:
Et te sæpe vocanti
Duram, difficilis mane.

Post occasum capræ & hœdorum, *Insana*, quòd eorum ortus magnas tempest. excitet.

Tuus ign. Amore illius qui tuus est.

Narrat vt Prœtum vxor impulerit ad occid. Bell. falſ. et.

Vt ille tibi fidem seruat, tu ei vicissim seruato, & omnem eius frangendæ occa. vit.

Ad Mæcenatem. Ode VIII.

Mæcenati rationem reddit cur cœlebs Calendas Martias celebret, qua

quæ alioqui à matronis celebrari solebant, & festæ illis erant. Deinde ipsum lætitiæ participem esse & se quoque largius inuitare iubet, quum hostes sint superati.

MArtijs cœlebs quid agam calendis:
Quid velint flores, & acerra thuris
Plena, miraris, positúsque carbo in
Cespite viuo,
Docte sermones vtriúsque linguæ?*
Voueram dulces epulas, & album
Libero caprum, prope funeratus*
Arboris ictu.
Hic dies, anno redeunte festus,*
Corticem astrictum pice dimouebit
** Amphoræ fumum bibere institutæ*
Consule Tullo.
Sume Macenas cyathos amici
Sospitis centum: & vigiles lucernas
Perfer in lucem. procul omnis esto
Clamor & ira.
Mitte ciuiles super vrbe curas.
Occidit Daci Cotisonis agmen:
** Medus infestus sibi luctuosis*
Dissidet armis:
Seruit Hispanæ vetus hostis oræ
Cantaber, sera domitus catena:
Iam Scythæ laxo meditantur arcu*
Cedere campis.
** Negligens, ne qua populus laboret,*
Parce priuatus nimium cauere: &
Dona præsentis rape lætus horæ, ac
Linque seuera.

Al. *sermonis*, quod creditur antiquè scriptum pro *sermones*.
De hoc ictu, ode 13. lib. 2.
Dies festus anniuersarius.
Ab amphora dim seu demouebit.
Relinetur amphora picato cortice obstructa. De fumo vide annot.

Persæ inter se laborant seditionibus.

Deposita pugnandi voluntate.

Tu negl. non pop. uegl.

Ad Lydiam. *Ode* IX.

Horatij & Lydiæ amicæ colloquium de amoris mutui redintegratione.

Hor. *Donec gratus eram tibi,*
Nec quisquã potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat,
Persarum vigui rege beatior.

Al. *Aliam.*

Ly. *Donec non * alia magis*

Lydia postponebatur Chloæ.

*Arsisti, neque * erat Lydia post Chloen:*
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.

Vt ode 24 huius libri, *Nec dotata regit virum Coniux.*

Hor. *Me nunc Thressa Chloe * regit,*
Dulces docta modos, & citharæ sciens:
Pro qua non metuam mori,

Si morte mea vitam eius possim redimere,

Si parcent animæ fata superstiti.

Ly. *Me torret face mutua*
Thurini Calaïs filius Ornithi:
Pro quo bis patiar mori,
Si parcent puero fata superstiti.

Quid si amorem redintigret Venus?

Hor. *Quid si prisca redit Venus,*
Diductósque iugo cogit aëneo?
Si flaua excutitur Chloe,
Reiectæque patet ianua Lydiæ?

Ly. *Quanquam sidere pulchrior*
Ille est, tu leuior cortice, & improbo

Vt ode 33. lib. 1. *Iracundior fretis acriùs Adriæ.*

*Iracundior * Adria:*
Tecum viuere amem, tecum obeam libens.

In Lycen. *Ode* X.

Lycen monet ne sua superbia Venerem offendat, atque vt sibi supplici liceat crudelis, parcat.

Etiamsi barbara barbaro nupsisses,

Extremum Tanaim si biberes Lyce,
Sæuo nupta viro, me tamen asperas

Porrectum

Porrectum ante fores obiycere incolis
** Plorares aquilonibus.*
Audis quo strepitu ianua, quo nemus
Inter pulcra situm tecta remugiat
*Ventis, *& proscas vt glaciet nives*
** Puro numine Iupiter?*
Ingratam Veneri pone superbiam:
Ne currente retrò funis eat rota.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamuis neque te munera, nec preces,
*Nec * tinctus viola pallor amantium,*
Nec vir Pieria pellice saucius
** Curuat: supplicibus tuis*
Parcas; nec rigida mollior æsculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
*Non hoc semper erit * liminis aut aquæ*
Cœlestis patiens latus.

Misererdia moueretis, quo minus obijceres me aq.

* Sereno cœlo, quod hyeme magis frigidum est quàm nebulosum

Violaceum col. imitans. Flectit animum tuum. Pernoctationis in limine. Vel. Laboris iacendi in lim. *Aqua cæl.* Pluuiæ.

AD MERCVRIVM. *Ode* XI.

Mercurium rogat vt sua testudine, cuius vim delenificam in alijs expertus est, Lydes amicæ animum flectat: & proposito pœnarum quas Danaides dant apud inferos, exemplo, eam teneat. Atque hic factum vnius illarum, Hypermnestræ, celebrat.

MErcuri (nam te docilis magistra
Mouit Amphion lapides, canendo)
Tuque testudo, resonare septem
** Callida nervis:*
(Nec loquax olim, neque grata, nunc &
Diuitum mensis & amica templis)
Dic modos, Lyde quibus obstinatas
Applicet aures.
Quæ, velut latis equa trima campis,
Ludit exultim: metuitque tangi,

Perita resonandi

Nuptiarum expers, & adhuc protervo
** Cruda marito.*
Tu potes tigres comitésque syluas
Ducere, & riuos celeres morari.
** Cessit immanis tibi blandienti*
Ianitor aulæ
Cerberus: quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus teter saniésque manet
Ore trilingui.
Quin & Ixion Tityósque vultu
Risit inuito: stetit vrna paulum
Sicca, dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
Audiat Lyde scelus atque notas
Virginum pœnas, & inane lympha
Dolium fundo pereuntis imo:
** Seráque fata,*
** Quæ manent culpas etiam sub Orco.*
*Impia: nam quid potuere * maius?*
Impia sponsos potuere duro
Perdere ferro.
Vna de multis, face nuptiali
Digna, perirum fuit in parentem
** Splendidè mendax, & in omne virgo*
Nobilis æuum.
Surge (quæ dixit iuueni marito)
Surge, ne longus tibi somnus, vnde
Non times, detur: socerum & scelestas
** Falle sorores.*
Quæ, velut nactæ vitulos leænæ,
Singulos (eheu) lacerant. ego illis
Mollior, nec te feriam, neque intra
Claustra

Immatura.

Quum Orph. Eurydicem suam reuocatum iret.

Sera supplicia satis destinata. Quæ differuntur vsque ad illud tempus.

Maius? Quid magis impium pot.

Ita mendax vt inde magnum nominis sui splendorem acquisierit. Vel, Cum magna laude & gloria mentita est.

Effuge.

Clauſtra tenebo.
Me pater ſæuis oneret catenis,
Quod viro clemens miſero peperci:
Me vel extremos Numidarum in agros
Claſſe releget.
I, pedes quò te rapiunt & auræ:
Dum fauet nox, & Venus. I, ſecundo
Omine. & noſtri memorem ſepulcro
Sculpe querelam.

AD NEOBVLEN.

ODE XII.

Miſeram eſſe dicit, quæ tanto ſit Hebri adoleſcentis amore correpta, vt neque genio quicquam indulgere, neque lanificio ſuo vacare vt antea poſſit. Sunt autem qui tricolon eſſe hanc oden velint, vt quartus quiſque verſus ſit Adonius: ſumpto initio ab hoc, *Verbera linguæ*. Vide annot.

MIſerarum eſt, neque amori dare ludum,*
Neque dulci mala vino láuere: aut exanimari, metuentes patruæ verbera lingua.*
Tibi qualum Cytherææ puer ales,
Tibi telas, operoſaque Minervæ
Studium auſert, Neobule, Liparæi nitor Hebri.
Eques ipſo melior Bellerophonte,
Neque pugno, neque ſegni pede victus,
Simul vnctos Tiberinis humeros lauit in vndis:
Catus idem per apertum fugientes
Agitato grege ceruos iaculari, &
Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

Amori indulgere. Vt alibi vini cadum amara curarum eluere efficacem dicit.

AD FONTEM BLANDVSIAM

Ode XIII.

Blanduſiæ fonti, quem in Sabinis habebat, hœdum ſe immolaturum, eumque fontem carmine ſuo nobilitaturum ſe pollicetur: nec non aliquas interim eius laudes attingit.

Al. *Bandusiæ.*

Vide annot.

O *Fons * Blandusiæ, splendidior vitro,*
*Dulci * digne mero, non sine floribus*
Cras donaberis hœdo:
Cui frons turgida cornibus

Spem facit Veneris & prælionum. Nam tibi immolabitur.

*Primis, & Venerem & prælia * destinat*
*Frustrà: * nam gelidos inficiet tibi*
Rubro sanguine rivos
Lascivi soboles gregis.
Te flagrantis atrox horæ canicule
Nescit tangere: tu frigus amabile
Fessis vomere tauris
Præbes, & pecori vago.
Fies nobilium tu quoque fontium
Me dicente cavis impositam ilicem
Saxis: unde loquaces
Lymphæ desiliunt tuæ.

Ode XIIII.

Cæsaris victoriam canit, eámque sacrificiis & festis dapibus prosequi hortatur. Sic Epod. Carm. 9. *Quando repostum Cæcubum ad festas dapes, Victore lætus Cæsare, &c.*

Cæsar, qui mitiò dictus fuerat ad bellum profectus, vt mortis periculo emeret victoriæ honorem, nunc Hisp. r. p. v. ab ora, *Iusta diuis*, Qui victoriam & reditum Cæsari merenti dederint. P.

Sor. Soror Augusti Octauia Al. *Nominatis.* Vide annot.

H *Erculis ritu modò dictus, ô plebs,*
Morte venalem petisse laurum,
* *Cæsar, Hispana repetit penates*
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito,
*Prodeat, * iustis operata divis:*
*Et * soror clari ducis, & decoræ*
Supplice vitta
Virginum matres, iuuenumque nuper
Sospitum. vos ô pueri, & puellæ
*Iam virum expertæ, malè * ominatis*
Parcite verbis.

Hic

Hic dies vere mihi festus atras*
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæsare terras.
I, pete unguentum puer, & coronas,
Et cadum Marsi memorem duelli:*
Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.
Dic & argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cohibere crinem.
Si per invisum mora janitorem
Fiet, abito.
Lenit albescens animos capillus
Litium & rixæ cupidos proterræ.
Non ego hoc ferrem, calidus juventa,*
Consule Planco.

Sic, festas dapes ob lætitiam de victoria Cæs. dicit. Epod. Carm. 9.

Lepidè dicit *memorem M.d.* quasi ipsemet cadus eo tempore in cella conditum fuisse meminerit. *Fall.* Latere.

Tulissem.

IN CHLORIM. *Ode* XV.

Vel ipsa senectute admoneri illam dicit, tempus esse imponendi finem nequitiæ & famosis laboribus.

VXOR *pauperis Ibyci,*
Tandem nequitiæ* pone modum tuæ,
* *Famosisque laboribus:*
* *Maturo propior desine funeri*
Inter ludere virgines,
Et stellis nebulam spargere candidis.*
Non, si quid Pholoen satis,
Et te Chlori decet: filia rectius*
Expugnat juvenum domos,
Pulso Thyas uti concita tympano.
Illam cogit amor Nothi
Lascivæ similem ludere capreæ:
Te lanæ prope nobilem

Libidini & meretriciis lab. Pro *Pone* legitur & *Pige*. Maturæ morti.

Tua canitie obscurare illarum virg. nitorem, similem stellis. *Filia rect.* Magis decet filiam do. ius. expugnare.

Tonsæ

Tonſe Luceriam, non citharæ decent,
Nec flos purpureus roſæ,
Nec poti vetulam face tenus cadi.

Ad Maecenatem. Ode XVI.

Quanta ſit ad omnia expugnanda, etiam ad expugnandam pudicitiam vis auri, exemplis docet. Sed eſſe id pecuniæ inſitum vt nulla eius copia ſatiet, & creſcente ea creſcat ſimul cura & ſollicitudo. Ideoque beatum eſſe qui mediocritate contentus viuit.

INcluſam Danaen turris ahenea,
Robuſtæque fores, & vigilum canum
Triſtes excubiæ, munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acriſium, virginis abditæ
Cuſtodem pauidum, Iupiter & Venus
Fore enim dicebant, *Vel* ſciebant. *Risiſſent.* * *fore enim tutum iter & patens,*
Pret. Aurum. Solet. vt alibi. Amphiarai. *Conuerſo in* * *pretium deo.*
AVRVM per medios ire ſatellites,
Et perrumpere * *amat ſaxa, potentius*
Ictu fulmineo. concidit * *auguris*
Argiui domus, ob lucrum
Demerſa excidio. diffidit vrbium
Philippus Alex. pater. *Portas* * *vir Macedo, & ſubruit æmulos*
Reges muneribus. munera nauium
Irretiunt. *Saeuos* * *illaqueant duces.*
CRESCENTEM ſequitur cura pecuniã,
Perhorruit videtur legiſſe vet. ſchola. *Maiorúmque fames. iure* * *perhorrui*
Latè conſpicuum * *tollere verticem,*
Mæcenas, equitum decus.
Quanto pauciores contentas eſſe voluerit. * *Quanto quiſque ſibi plura negauerit,*
A dijs plura feret. nil cupientium
Nudus caſtra peto: & transfuga diuitum
Partes linquere geſtio:

Contempta

Contemptæ * *dominus splendidior rei,*
Quàm si, quicquid arat non piger Appulus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
Puræ riuus aquæ, syluaque iugerum
Paucorum, & * *segetis certa fides meæ*
Fulgentem imperio fertilis Africæ
* *Fallit sorte beatior.*
Quanquam nec Calabræ mella ferunt apes,
Nec Læstrygonia Bacchus in amphora
* *Languescit mihi, nec pinguia Gallicis*
Crescunt vellera pascuis:
Importuna tamen pauperies abest:
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
* *Contracto melius parua cupidine*
Vectigalia porrigam:
Quàm si Mygdonijs regnum Alyattici
Campis continuem. MVLTA *petentibus,*
Desunt multa. bene est cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

Dom. cont. rei. Quia qui bona contemnit, nihilo magis se carere ijs sentit, quàm si possideret. Vel aliter. Vide annot.

Seges fidelis, non mendax.

Fallit pro Latet. hoc autem exemplo Gr. λανθάνει αὐτὸν οὖσα εὐδαιμονεστέρα.

Vt alibi *languidiora vina*, de vetustioribus.

Repressa cupiditate.

Vt alibi, *quam si Lib. remotis Cæd. iungas.*

AD ÆLIVM LAMIAM.
ODE XVII.

Eum à nobilitate commendat: deinde hortatur ad genio indulgendum postridie, dum sæuiet tempestas.

AELI, *vetusto nobilis ab Lamo,*
(Quando & priores hinc Lamias
Denominatos, & nepotum (ferunt
Per memores genus omne fastos)
Autore ab illo ducis originem
Qui Formiarum mœnia dicitur
* *Princeps. & innantem* * *Maricæ*
Littoribus tenuisse * *Lyrin,*

Princeps, Primus. *Mar.* nymphæ. *Lyrin.* Fluuium qui in Minturnas influit.

Late

Latè tyrannus. cras foliis nemus
Multis & alga littus inutili
Demissa tempestas ab Euro
*Sternet: aquæ nisi fallit * augur*
Annosa cornix. dum potes, aridum
Compone lignum: cras genium mero
Curabis, & porco bimestri,
Cum famulis operum solutis.

Vt ode 27. Imbrium diuina auis imminentium.

Ad Favnvm. *Ode* XVIII.

Faunum precatur vt nullum suis finibus damnum inferat, quum per eos transibit: ac vult esse memorem eorum quæ quotannis ipsi religiosè præstat.

Faune, Nymphārum fugientum amator
Per meos fines & aprica rura
Lenis incedas, abeásque paruis
*Æquus * alumnis.*
Si tener pleno cadit hœdus anno:
*Larga nec desunt * Veneris sodali*
Vina cratera: vetus ara multo
Fumat odere:
Ludit herboso pecus omne campo,
Quũ tibi nonæ redeunt Decembres:
Festus in pratis vacat otioso
Cum bouæ pagus:
Inter audaces lupus errat agnos:
Spargit agrestes tibi silua frondes:
Gaudet inuisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

Paruo fœtui pec. vt agnis & hœdis. Alij de vernulis intell. *Ven sod.* Quia fine Cer. & B. friget Venus.

Qui tunc ad lupos accedere audent.

Ad Telephvm. *Ode* XIX.

Telephum non ita veterum quarundam historiarum studio vult esse deditum, vt interim quæ ad hilariter & iucundè viuendum spectant negligat.

Quantum

Quantum distet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori,
Narras, & genus Æaci,
Et pugnata sacro bella sub Ilio:
Quo Chium pretio cadum*
*Mercemur; * quis aquam temperet ignibus:*
*Quo præbente domum, & * quota,*
Pelignis careamfrigoribus: taces.
** Da lunæ properè nouæ,*
Da noctis mediæ, da puer auguris
Murenæ: tribus aut nouem
Miscentur cyathis pocula commodis.
Qui musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis iuncta sororibus.
** Insanire iuuat: cur Berecynthiæ*
Cessant flamina tibiæ?
Cur pendet tacita fistula cum lyra?
** Parcentes ego dexteras*
Odi. spargerosas audiat inuidus
Dementem strepitum Lycus,
Et vicina seni non habilis Lyco.
Spissa te nitidum coma,
Puro te similem Telephe vespero,
Tempestiua petit Chloe:
Me lentus Glycera torret amor meæ.

Chij vini cadum.
Quis Balneum calfaciat.
Quota hora fr. propulsemus ad luculentum focum cœnantes.
Da poc. vel cyathum. Propter mediam noctem & lunam & Murauguratum, ternos ter cy. petit. Auson.
Quum iuuet insanire, cur Ber.
Parce ministrantes.

AD PYRRHVM. *Ode* XX.

Pyrrhum monet, tam periculosum esse illi, Nearchum adolescentem à puella quæ cum deperit, conari abstrahere, quàm lœnæ catulos auferre. Pyrrhum raptori, puellam lœnæ, Nearchum (de quo, ceu præda, certatur) lœnæ catulo comparat.

Non

Non vides quanto moneas periclo
Pyrrhe Gætulæ catulos leænæ?
*Dura post paulo fugies * inaudax*
Prælia raptor:
Quum per obstantes iuuenum cateruas
Ibit insignem repetens Nearchum:
Grande certamen, tibi præda cedat
Maior an illi.
Interim dum tu celeres sagittas
*Promis, * hæc dentes acuit timendos:*
** Arbiter pugnæ posuisse nudo*
Sub pede palmam
Fertur: & leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa
** Raptus ab Ida.*

Tiuidus, Ignanus.

Hæc leæna: cui puella comparatur. Vide arga. *Arb.* Near pugnæ arbiter futurus, palmam suppos. ped. fertur. Ganymedes.

Ad Amphoram *Ode* XXI.

Petit ab Amphora vt sibi vinum vetustum in Coruini gratiam promat: atque hinc oblata occasione laudes vini largius hausti commemorat.

O Nata mecum consule Manlio,
** Seu tu querelas, siue geris iocos,*
Seu rixam, & insanos amores,
Seu facilem pia testa somnum:
** Quocunque lectum nomine Massicum*
Seruas, moueri digna bono die:
Descende, Coruino iubente,
*Promere * languidiora vina.*
Non ille, quanquam Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus.
Narratur & prisci Catonis
Sæpe mero caluisse virtus.

Siue querelis & rixis excitandis, siue iocis mouendis aptum est vinum quod continues. Cuiuscunq; cons. nomen inscripti est Massico quod seruas. Vetustate facta leniora.

Tu

Tu lene tormentum ingenio admoues*
Plerunque duro: tu ſapientium
Curas & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Lyæo:
Tu ſpem reducis mentibus anxijs,
*Viresque: & * addis cornua pauperi,*
Poſt te neque iratos trementi
Regum apices, neq; militum arma.
Te Liber, & ſi laeta aderit Venus,
Segneſque nodum ſoluere Gratiæ,
** Vinaque producent lucerna:*
Dum rediens fugat aſtra Phœbus:

In Epiſt. *Commiſſumque seges & vino portus & ira.*

Audacem & pugnacem reddit.

Sic Ode 8. & vigiles lucernas *Perfer in lucem.*

IN DIANAM. *Ode* XXII.

Dianæ conſecrat pinum villæ ſuæ propinquam, & quotannis, verris immolati ſanguine arborem hanc aſperſurum ſe vouet.

Montium cuſtos nemorúmque, virgo,
Quæ laborantes vtero puellas
Ter vocata audis, adimíſque letho,
Diua triformis:
** Imminens villæ tua pinus eſto:*
Quam per exactos ego laetus annos,
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

Pinus quæ villæ imminet, eſto tua: cui quotannis offeram verris immolati ſanguinem

AD PHIDELEN. *Ode* XXIII.

Ab illa poſſe placari Lares exiguis etiam ſacrificijs dicit, & minimè ſumptuoſis: modò hæc à puris manibus proficiſcantur.

Cœlo ſupinas ſi tuleris manus
Naſcente luna, ruſtica Phidile:
Si thure placaris & horna
Fruge Lares, auidáque porca:

Nec

Nec peſtilentem ſentiet Africum
Fœcunda vitis, nec ſterilem ſeges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifera parte anni, i. autumno — ** Pomifero graue tempus anno.*
*Nam quæ niuali paſcitur * Algido*
Monte. Ex voto debita. — ** Deuota, quercus inter & ilices:*
Aut creſcit Albanis in herbis
Victima Pontificum ſecures
Ceruice tinget. te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium,
Quæ paruos habes deos, quos coronas roſu. — *Paruos * coronantem marino*
Rore deos, fragilique myrto.
Imm. aſcelere. Vide annot. — ** IMMVNIS aram ſi tetigit manus,*
Non ſumptuoſa blandior hoſtia,
Mollibit auerſos penates
Farre pio, & ſaliente mica.

Ode XXIIII.

In auaros inuehitur, qui domos domibus ſubinde addunt, in ipſo uiâ mari ædificantes: quam tamen nulla ædificia neceſſitate mortis eos liberare poſſint. Scythus, qui paluſtris domos ſtras trahant, & in commune agros colant, feliciores eſſe ait. Quin etiam eam morum corruptelam & peccandi licentiam apud hos eſſe negat quæ ſit apud Romanos. Ad hæc autem mala extirpanda, vnâ cum prauo illo augendi opes cupiditate, diſciplina aſperiore opus eſſe dicit.

Sic apud Propert. intactæ Arabiæ: quia nondum Rom. arma ſenſerat. — ** INtactis opulentior*
Theſauris Arabum, & diuitis India,
** Cæmentis licet occupes*
Tyrrhenum omne tuis & mare Ponticum:
Lapidibus cæſis ad ædificandum. Vt alibi *cla, trabales* dicit. — *Si figit * adamantinos*
Summis v rticibus dira neceſſitas
Clauos: non animum metu,
Extricabis. — *Non mortis laqueis * expedies caput.*
Campeſtres melius Scythæ,

(*Quorum*

(Quorum plaustra vagas rite trahunt domos)
Viuunt, & rigidi Getæ:
* *Immetata quibus iugera liberas*
Fruges & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
* *Defunctúmque laboribus*
Æqualis recreat sors vicarius.
Illic matre carentibus
*Priuignis mulier temperat * innocens:*
*Nec dotata * regit virum*
Coniux, nec nitido fidit adultero:
Dos est magna parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere castitas:
*Et peccare nefas, aut * precium est mori:*
O quisquis volet impias
Cædes, & rabiem tollere ciuicam:
Si quæret pater vrbium
Subscribi statuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam,
* *Clarus posteritatis: quatenus (heu nefas)*
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
Quid tristes querimoniæ,
Si non supplicio culpa reciditur,
Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt? si neque feruidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Boriæ finitimum latus,
Duratæque solo niues
Mercatorem abigunt? horrida callidi
* *Vincunt æquora nautæ?*
MAGNVM *pauperies * opprobrium iubet*

Quorum agri quũ nullis term. sint inter se separati, liberum est cuique percipere quas producunt fruges.

Defunct. Singulis annis alii, susceptæ per vices cultura, dant quiescendi spatium iis quibus succedunt *Innoc.* Innocenter.

Imperat viro, vt Plaut. *Arg. accepi, dote imperium viuendi.*

Punitur morte peccatum, videl. adulterium.

Clarus futuris posteris.

Vinc. Repete partic. si. Quæ existimatur opprobrium.

Quiduis & facere & pati,
Virtutisque viam deserit arduæ
Vel nos in Capitolium,
Quò clamor vocat & turba fauentium:
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
Mittamus scelerum si bene pœnitet,
Eradenda cupidinis
Praui sunt elementa: & teneræ nimis
Mentes asperioribus
Formandæ studijs. * *nescit equo rudis*
Hærere ingenuus puer,
Venarique timet: ludere doctior
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.
Quum periura patris fides
Consortem socium fallat & hospitem
Indignóque pecuniam
Hæredi properet: scilicet improbæ
Crescunt diuitiæ, tamen
* *Curtæ nescio quid semper abest rei.*

Ingenui pueri dicunt potius Gr. trocho ludere, aut alea, qua quod potiùs discere deberent: nimirum equitare, aut venari.

Aliquid semper deesse videtur, quo fit vt curta esse iudicetur.

AD BACCHVM. *Ode* XXV.

Se Bacchi numine afflatum Augusti laudes velle canere ait: at se primum Romanis inusitatam carminis lyrici artem protulisse significat. Hoc enim innuere existimatur istorum verborum allegoria, --*vt mihi deuito Rupes & vacuum nemus Mirari libet.*

QVò me Bacche rapis tui (specus?
Plenum? quæ in nemora aut quos agor in
Velox mente noua? quibus
Antris egregij Cæsaris audiar

Æternum

Æternum meditans decus
* Stellis inserere & concilio Iouis?
Dicam insigne recens, adhuc
Indictum ore alio. * non secus in iugis
* Ex somno stupet Euias,
Hebrum prospiciens, & niue candidam
Thracen, ac pede barbaro
Lustratum Rhodopen. * vt mihi deuio
Rupes & vacuum nemus
Mirabili libet! ô Naiadum potens,
Baccharúmque, valentium
Proceras manibus * vertere fraxinos,
Nil paruum aut humili modo,
Nil mortale loquar. Dulce * periculum est,
O Lenæe, * sequi deum
Cingentem viridi tempora pampino.

Laudibus in cælum tolliere.

Non aliter Thyades experrectæ admiratione subita percelluntur. *Ex somno*, vna voce, vt Gr. ἐξ ὕπνου. Vulgaris autem erat lectio, *Ex somnis*. *Vt mihi*. Quàm libet mirari rupes. Quanta cum admiratione simul & voluptate specto rupes, &c. Euertere. Non sine periculo rem tantam aggredior, decus Cæs. caneret, sed dulce periculum, sequi deum rapientem. vt in princ. odes.

AD VENEREM. *Ode* XXVI.

Militiæ Cupidineæ valedicturus, arma se amatoria Veneri velle consecrare dicit: eámque rogat vt amicæ suæ Chloes arrogantiam semel castiget.

VIXI puellis nuper idoneus,
Et militaui non sine gloria:
Nunc arma defunctúmque bello
Barbiton hic paries habebit,
Laeuum marinæ * qui Veneris latus
Custodit. hic hic ponite lucidæ
Funalia, & vectes, & arcus
Oppositis foribus minaces.
O, quæ beatam diua tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sythonia niue,
Regina, * sublimi flagello
Tange Chloen semel, arrogantem.

Qui leuo Ven. lateri est contiguus, vel proximus.

In sublime elato, vt ictus sit grauior.

Ad Galateam. *Ode* XXVII.

Galateam à nauigatione deterrere volens, nulla quidem esse omina aut auspicia dicit, quæ eam ab incepto itinere reuocent (qualia enumerat quædam, in pijs obijci solita) sed esse ait quæ tempestatem minentur. Quin etiam Europæ exemplo metum illi incutere conatur.

Impij malo omine duce iter ingrediantur, quale est parræ cantus, & fœta canis, vel lupa, &c.

* *Impios parræ recinentis omen*
Ducat, & prægnans canis, aut ab agro
Rana decurrens lupa Lanuuino,
Fœtaque vulpes:
Rumpat & serpens iter institutum,
* *Si per obliquum similis sagittæ*
*Terruit mannos. ego *cui timebo,*
Prouidus auspex?
Antequam stantes repetat paludes
* *Imbrium * diuina auis imminentum,*
* *Oscinem corui prece suscitabo*
Solis ab ortu.
* *Sis licet felix vbicunque mauis,*
Et memor nostri Galatea viuas:
Teque nec lanus vetet ire picus,
Nec vaga cornix:
Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus Orion? ego, quid sit ater
Adriæ, noui, sinus: & quid albus
* *Peccet Iapix.*
* *Hostium vxores puerique cæcos*
Sentiant motus orientis Austri, &
Æquoris nigri fremitum, & trementes
Verberat ripas.
Sic & Europe niueum doloso
Credidit tauro latus, & scatentem
*Belluis pontum * mediasque fraudes*
*Palluit * audax.*

Quum terruerit equos. *Sim. sag.* Quia in modum sagittæ ex ramis arborum in viatores se vibrat. vide Plin.

Al. *Quid timebo.* Cornix, aquæ augur, suprà Diuina, præscia.

Oscin. Præbentem augurium cantu.

Sis licet f. Per omnia quidem tibi licet esse felici. i. feliciter conficere iter. seu. felix habere iter.

Peccare soleat. *Hoss.* Tales sunt illi motus vt hostibus eos imprecari oporteat.

Cred. Fidem illi habens commisit.

Med. Quas animaduertit quum iam in medio mari esset.

Audax. Audax antea. Vide an & iungi possit cum seq. *Nuper.*

Nuper

Nuper in pratis ſtudioſa florum, &
Debitæ nymphis opifex coronæ,
Nocte ſubluſtri, nihil aſtra præter
Vidit & vndas.
Quæ ſimul centum tetegit potentem
Oppidis Creten, pater ô relictum
*Filiæ nomen, pietaſque, * dixit*
Victa furore,
Vnde? quo veni? leuis vna mors eſt
*Virginum culpæ. * vigilanſne ploro*
Turpe commiſſum? an vitijs carentem
Ludit imago
Vana, quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit? meliuſne fluctus
Ire per longos fuit, an recentes
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuuencum
Dedat iratæ, lacerare ferro, &
Frangere enitar modò multum amati
Cornua tauri.
Impudens liqui patrios penates,
Impudens Orcum moror. ô deorum
Si quis hæc audis, vtinam inter errem
Nuda leones.
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas, teneræque ſuccus
*Defluat * prædæ, ſpecioſa quæro*
Paſcere tigres.
Vilis Europe, pater vrget abſens:
Quid mori ceſſas? potes hac ab orno
Pendulum zona bene te ſequuta
Lædere collum.
Siue te rupes & acuta letho

Vel, Victa furore dixit, vel, Pi. victæ f.

Hócne mihi verè contigit? an ſpecies falſa in ſomnis mihi occurrit?

Impudenter liqui p. p. & impudentiæ eſt etiam mortem differre.

Mihi, quæ eſſe volo præda tigribus.

Al. *Elidere*, vt prima ſyll. pertineat ad præced. verſum.

Adrianæ Thesco, apud Nas. *Nêue traham seruã grandia pensa manu.*

Saxa delectant: age, te procellæ
Crede veloci: nisi herile mauis
*Carpere * pensum,*
Regius sanguis: dominæque tradi
Barbaræ pellex. Aderat quærenti
Perfidum ridens Venus, & remisso
Filius arcu.
*Mox * vbi lusit satis, abstineto*
(Dixit) irarum, calidæque rixæ,
Quum tibi inuisus laceranda reddet
Cornua taurus.
Vxor inuicti Iouis esse nescis?
Mitte singultus: bene ferre magnam
Disce fortunam: tua sectus orbis
Nomina ducet.

Perf. ridens: vel Quærenti illum perf. i. de illius perfidia.

Vbi lus. Quum iam Europam satis ludos fecisset, vel ludificata esset.

Vxor. Ambig. vel, Græco more, pro nescis te esse vxorem Iouis? Vel, nescis te gerere decet vxoré I. Q. d. Nescis hãc personam sustinere.

Nom. Nomen à re accipiet tertia pars orbis.

Ad Lyden. *Ode* XXVIII.

Hortatur eam vt secum Neptunaliorum diem in potu & cantu transigat.

Prome ret. Inuerso ordine dixit: pro eo quod erat dicendum: Prome Cæc. quid enim potius facerem? *Mun.* Vim affer sapientiæ quæ aduersus voluptates munita, abhorret etiam à largiore potu.

Ac, veluti pro, Et tamen, veluti.

Festo quid potiùs die
*Neptuni faciam? * prome reconditum*
Lyde strenua Cæcubum:
Munitaque adhibe vim sapientiæ,
Inclinare meridiem
*Sentit: * ac, veluti stet volucris dies,*
Parcis deripere horreo
Cessantem Bibuli consulis amphoram.
Nos cantabimus inuicem
Neptunum & virides Nereidum comas:
Tu curua recines lyra
Latonam, & celeris spicula Cynthiæ:
Summo carmine, quæ Cnidon
Fulgentésque tenet Cycladas, & Paphon

Summo carm. Summa parte carminis (i. extrema) cant. eam quæ Cn. &c. i. Venerem.

Iunctis

Iunctis viſit oloribus.
Dicetur merita Nox quoque nauia.

AD MAECENATEM.

Ode XXIX.

Mæcenatem ad ſuas epulas inuitat: quas illi gratas fore ſperat, quod diuitibus ad pauperum frugales cœnas ſe conferentibus viciſſitudo illa placeat. Vrbem propter vehementes æſtus & cum vrbe curas ab eo vult relinqui. Non debere mortales de futuris anxios eſſe, ſed ad omnem euentum bene præparatum pectus (vt ipſe alibi loquitur) habere dicit. Sed hoc ſibi (ſimul etiam ſui ſimiles intelligens) facilius eſſe innuit, quàm ijs qui congerendis opibus ſunt dediti.

TYrrhena regum progenies, tibi
Non ante verſo lene mero cado*
Cum flore, Mæcenas, roſarum, &
** Preſſa tuis balanus capillis*
Iamdudum apud me eſt, eripe moræ:
Ne ſemper vdum Tibur & Æſulæ
Decliue contempleris aruum, &
Telegoni iuga parricidæ.*
Faſtidioſam deſere copiam, &
Omitte mirari beatæ
Fumum & opes ſtrepitúmque Romæ,
Plerunque gratæ diuitibus vices,
Mundæque paruo ſub lare pauperum
Cœna, ſine aulæis & oſtro,
Sollicitam explicuere frontem.
Iam clarus occultum Andromedæ pater*
Oſtendit ignem: iam Procyon furit,*
Et ſtella veſani leonis,
Sole dies referente ſiccos.
Iam paſtor vmbras cum grege languido

Quia vinum è cado prompturi cadum vertebant. Ex qua oleum expreſſum eſt ad capillos tuos vngendos.

Tuſculum.

Cepheus. *Proc.* ſtella quæ ante Canic. oritur Indicat autem ferueniſſ. æſtum inſtare.

Riuúmque feſſus quærit, & horridi
Dumeta Syluani: carétque
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu, ciuitatem quis deceat ſtatus,
Curas: & vrbi ſollicitus times
Quid Seres & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaíſque diſcors.
PRVDENS *futuri temporis exitum*
Caliginoſa nocte premit deus:
Ridétque ſi mortalis vltra
Fas trepidat. quod adeſt, memento
* *Componere æquus: cætera fluminis*
Ritu feruntur, nunc edio *alueo*
* *Cum pace delabentis Etruſcum*
In mare, nunc lapides adeſos,
Stirpéſque raptas, & pecus & domos
Voluentis vnà, non ſine montium
Clamore, vicinæque ſyluæ:
Cum fera diluuies quietos
Irritat amnes. ILLE * *potens ſui*
Lætúſque deget, cui licet, * *in diem,*
Dixiſſe, vixi: cras vel atra
Nube polum pater occupato,
Vel ſole puro: non tamen irritum
Quodcunque * *retro eſt, efficiet: neque*
Diffinget, infectúmque reddet,
Quod fugiens ſemel hora vexit.
Fortuna ſæuo læta negotio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.
* *Laudo manentem: ſi celeres quatit*
Pennas, reſigno quæ dedit: & mea

Virtute

Adminiſtrare æquo animo.

Q. d. pacificè. i. leniter.

Potens ſui. Non obnoxius poteſtati fortunæ, vel ſuis affectibus imperans.

In diem. In diem vixi vel, In diem dixiſſe Præteriit.

Laudo manentem. Gaudeo eam manere: ſed ſi vult auolare, reddo quæ dedit: & me finibus meæ virtutis includo.

Virtute me inuoluo, probámque
*Pauperiem * sine dote quæro.*
** Non eſt meum, ſi mugiat Africis*
Malus procellis, ad miſeras preces
Decurrere: & votis paciſci,
Ne Cypriæ Tyriæque merces
Addant auaro diuitias mari.
**Tunc me biremis præſidio ſcapha,*
Tutumque per Ægeos tumultus
Aura feret, geminúſque Pollux.

Sine dote, tanquam de vxore, quæ ſatis dotata eſt, ſi bene morata.
Non eſt meum. Nihil ad me attinet. Cura hęc ad me non pertinet.
Tunc me b. Vide Annot.

Ode XXX.

Scribendis carminibus lyricis ſe melius conſuluiſſe immortalitati nominis ſui dicit, quã ſi obtiniſſet vt ſibi æreæ ſtatuæ aut pyramides erigerentur. Præcipuámque laudis materiam fore innuit, quòd primus ex Latinis in hoc carminum genere Græcos imitatus fuerit. Sic Naſo de ſuo Metamorph opere,

Iámque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas, &c.

*Exegi * monumentum ære perennius,*
Regalíque ſitu pyramidum altius:
*Quod non imber edax, non Aquilo * impotens*
Poſſit diruere, aut innumerabilis
*Annorum ſeries, & * fuga temporum.*
Non omnis moriar: multáque pars mei
** Vitabit Libitinam. vſque ego poſtera*
Creſcam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.
Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus,
Et qua pauper aquæ Daunus, agreſtium
** Regnator populorum, ex humili potens*
Princeps Æolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos. ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam.

Mon. Opus quod erat ingenij mei monumentum.
Impotenti ira ſæuiens.
Lapſus, curſus.
Immortalis erit. Nam Lib. dea erat funerum.
Al. *Regnauit* ex vet. lib. & ex grammaticis. Erit autem conſtructio Gr. verborũ, βασιλεύειν, κρατεῖν, & ſimilem.

Q. HORATII FLACCI ODARVM SEV CARMINVM LIBER IIII.

Ad Venerem. *Ode* I.

Quum iampridem amoribus vale dixisset, queritur apud Venerem, se rursum ad eos sollicitari: quum alioqui ipsa etiam ætas ab illis abhorreat. Eam ergo hortatur vt potiùs ad Paulum Maximum se conferat. Tandémque se vnius Ligurini amori succumbere fatetur. Videntur autem intermissis amoribus, simul & carmina lyrica intermissa fuisse.

INtermissa venus diu,
*Rursus bella * moues. parce, precor, precor.*
Non sum qualis eram bonæ
** Sub regno Cynaræ. desine, dulcium*
Mater sæua Cupidinum,
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperijs. abi
Quò blandæ iuuenum te reuocant preces.
Tempestiuius in domo
*Pauli, * purpureis * ales oloribus,*
** Comessabere Maximi:*
Si torrere iecur quæris idoneum.
Nanque & nobilis, & decens,
Et pro sollicitis non tacitus reis,
*Et * centum puer artium,*
Late signa feret militiæ tuæ.
*Et * quandoque potentior*
Largis muneribus riserit æmuli,
Albanos prope te lacus

Alii cum interrog.

Dum Cyn. mihi esset domina.

Al. *porphyreis. Ales olor.* Velociter currens & propemodum volans curru oloribus iuncto.

Al. *Commissabere Cens.* Cui est ingenium ad quæstuis laudabiles artes promptum.

Quandoque pot. Quoties effeceris vt ipse apud amicam superior sit æmulo suo.

Ponet

Ponet marmoream, sub trabe citrea.
Illic plurima naribus
Duces thura: lyræque & berecynthiæ
Delectabere tibiæ
Mistis carminibus, non sine fistula.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
**In morem Salium, ter quatiens humum.*
*Me nec * fœmina, nec puer*
Iam, nec spes animi credula mutui,
Nec certare iuuat mero:
Nec vincire nouis tempora floribus.
Sed cur, heu Ligurine, cur
Manat rara meas lacryma per genas?
Cur facundæ parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Nocturnis te ego somnijs
*Iam captum * teneo: iam volucrem sequor*
Te per gramina Martij
Campi; te per aquas, dure, volubiles.

quantumuis munifico, tibi marmoreum signum statuet.

Vt ode 36. lib. 1. *Neu, morem in Salium sit requies pedum.*

Fœm. Ex sequente, sumendum *iuuat.*

Teneo, Tenere videor. Si *Sequor*, sequi videor.

AD ANTONIVM IVLVM.

ODE II.

Pindarum esse eiusmodi poëtam dicit, vt si quis eum imitari conetur, non minus famæ suæ periculum sit aditurus quàm si cum Icaro pennis Dædaleis cœlo se credere audeat. Deinde vt Pindarum cycno altè volanti, ita se api grata thyma laboriosè carpenti comparat: ideóque ipsum Antonium ad celebrandam maiore plectro Cæsaris victoriam hortatur. Tradunt autem veteres scholiastæ hunc Antonium fuisse M. Antonij triumuiri filium.

PIndarum quisquis studet æmulari, I-
*-ule, * ceratis ope Dædalea*

Cera iunctis

* *Nititur*

Conatus eius similis est conatui Icari.

* Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas * aluere ripas,
Feruet immensúsque ruit profundo
Pindarus ore:

Ita auxerunt vt extra suas ripas erumpat.

Laurum Delphicam sic vocat lib. 3. ode vlt.

* Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces noua dithyrambos
Verba deuoluit, numerisque fertur
* Lege solutis:

Minus afflictis quam alij.

Seu deos regesque canit, deorum
Sanguinem, per quos cecidere iusta
Morte Centauri: cecidit tremendæ
Flamma Chimæræ:
Siue, quos Elea domum reducit
Palma * cœlestes: pugilemue equúmue
Dicit, & centum potiore signis
Munere donat:
Flebili sponsæ iuuenemue raptum
Plorat: & vires animumque morés-
-que aureos * educit in astra, nigróque inuidet Orco.
Multa Dircæum leuat aura cycnum,
Tendit, Antoni, quotiès in altos
Nubium tractus. ego apis Matinæ
More modóque,
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, uuidíque
Tiburis ripas, operosa paruus
Carmina fingo.
Concines maiore poëta plectro
Cæsarem, quandoque trahet feroces
Per * sacrum cliuum, merita decorus
Fronde,

Vt ode 1. *metáque fer. Euitata rotis. p. nob. Terrarum dominos euehit ad deos.* Tollit laudibus in cœlum. Sic Cic. *Laudes nostras in astra sustulit.* Pindarum altè volanti cycno, propter grandiloquentiam & suauitatem, se apicomparat: tanquam innuens sua carmina humilia quidem esse sed dulcia.

Sacrum. Capitolinum. Nam qui triumphabant, per viam sacram & forum Rom. in Capitolium vehebantur.

*Fronde, * Sicambros:* — Al. *Sygambros.*

Quo nihil maius meliúsue terris
Fata donauere, boníque diui:
*Nec dabunt, quamuis * redeant in aurum* — Redeunt aurei seculi tempora.
Tempora priscum.
*Concines * lætósque dies, & vrbis* — Lætitiam pub. ob impetratum à dijs red. Augusti: quam testabitur pop. ferijs & ludis
Publicum ludum, super impetrato
Fortis Augusti reditu forúmque
Litibus orbum.
*Tum meæ (si quid loquar * audiendum)* — Dignum auditu. Et canam, ô dies pulcher.
Vocis accedet bona pars: &, ô sol
Pulcher, ô laudande, canam, recepto
Cæsare felix.
Túque dum procedis, Io triumphe,
Non semel dicemus, Io triumphe,
Ciuitas omnis: dabimúsque diuis
Thura benignis.
Te decem tauri, totidémque vaccæ, — Soluet voto.
*Me tener * soluet vitulus relicta*
Matre, qui largis inuenescit herbis
** In mea vota.* — Ad persoluenda vota mea.
Fronte curuatos imitatus ignes
Tertium Lunæ referentis ortum,
** Qua notam duxit, niueus videri,* — Qua fronte notã accepit, ita vt candor ibi spectatur. Vel, In qua notatus est candore spectabili, quum reliquò corpore sit fuluus. Existimatur autem imitatus Gr. genus loquendi, λευκὸς ἰδέσθαι.
Cætera fuluus.

AD MELPOMENEN. *Ode* III.

Melpomenę acceptum ferri debere poëtices donum ait: quòd si, quem in ipsa natiuitate beneuolis oculis intuita fuerit, is ad nullum aliud quam poëtices studium sit animum appulsurus, nec aliunde gloriam sibi comparaturus. Deinde illi de laude quam ipse ex lyricis versibus reportat, gratias agit.

QVem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris:

Illum

Illum non labor Isthmius
Clarum reddet, Nobilitabit. *Clarabit pugilem, non equus impiger*
Curru ducet Achaico
*Victorem, neque res bellica * Delijs*
Del. fol. Appollinari, laurea, vt ede praced. *Ornatum foliis ducem,*
Quòd regũ tumidas contuderit minas,
Ostendit Capitolio:
Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt,
Et spissæ nemorum comæ,
Efficiet. * *Fingent Æolio carmine nobilem,*
Romæ principis vrbium
Dignatur soboles inter amabiles
Vatum ponere me choros:
Et iam dente minus mordeor inuido,
O testudinis aureæ
Dulcem quæ strepitum Pieri temperas:
O multis quoque piscibus
Donatura cycni, si libeat, sonum:
Totum muneris hoc tui est,
Quòd monstror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ:
Qualem min. ſ. al. olim inuentas propulit, &c. Qualémue leonem, &c. id eſt, Qualis eſt ales min. ful. quem jumen. Prop. nido, inſc. laborum. *Quòd spiro, & placeo (si placeo) tuũ est.*

Ode IIII.

Drusi Neronis, qui fuit Augusti Cæsaris priuignus, victoriam de Rhætis & Vindelicis celebrat. Quin etiam Claudii Neronis fortia quædam facta commemorat, tandem verò & totius gentis Romanæ fortitudo ore ipsius hostis (nimirum Annibalis) laudatur. Sed de Druso loquens poeta, disciplinam & educationem multum ad virtutem posse ostendit, tanquam aliquam harum eius laudum partem in Augustum deriuans.

Qvalem ministrum fulminis alitem,
(Cui rex deorum regnum in aues vagas
Permisit, expertus fidelem

Iupiter

Iupiter in Ganymede flauo)
Olim iuuentus & patrius virgo
Nido laborum propulit inscium?
Vernique, iam nimbis remotis,
Insolitos docuere nisus
Veni pauentem: mox in ouilia
Demisit hostem uiuidus impetus:
Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis atque pugnæ,
Qualémue lætis caprea pascuis
Intenta, fulua matris ab vbere
Iam lacte depulsum leonem,
Dente nouo peritura uidit:
Videri Rhœti bella sub Alpibus
*Drusum gerentem & Vindelici: * quibus*
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quærere distuli:
(Nec scire fas est omnia) sed diu
Latéque victrices caterua,
Consilijs iuuenis reuictæ,
Sensere quid mens rite, quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset, quid Augusti paternus
In pueros animus Nerones.
Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina sed vim promouet insitam:
Rectique cultus pectora roborant:
**Vtcunque defecere mores,*
Dedecorant bene natæ culpæ*

aut qualis est catulus leonis, quē &c, talem. Drusum videre Rhœti, &c.

Qui cur Amazonicis securibus vtantur in prælio, non iam quærendum censui.

Quandocunque, vel Vbicunque. Bene nata, vt si dicas Gr. τὰ δεγενόντα. Quæ quandam naturæ bonitatem erant nacta.

Quid

Quid debeas ô Roma Neronibus,
Testis Metaurum flumen & Asdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma risit adorea:*
Dirus per vrbes Afer vt Italas,
Ceu flamma per tedæas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas.
Post hoc secundis vsque laboribus
Romana pubes creuit: & impio
Vastata Pœnorum tumultu
Fana deos habuere rectos:*
Dixítque tandem perfidus Annibal,
Cerui, luporum præda rapacium,
Sectamur vltro quos opimus
**Fallere & effugere est triumphus:*
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio,
Iactata Tuscis æquoribus sacra,
Natósque, maturósque patres
Pertulit Ausonias ad vrbes:
Duris vt ilex tonsa bipennibus*
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animúmq; ferro.
Non Hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem:
Monstrúmue summiscere Colchi*
Maius, Echioniæue Thebæ.
** Merses profundo, pulchrior euenit:*
Luctere, multa proruit integrum*
Cum laude victorem: gerétque
Prælia coniugibus loquenda.
Carthagini iam non ego nuncios

Victoria & gloria vel, Victoria gloriosa. Qui primus dies parta victoria lætitiam attulit Rom. ex quo Ann. Italiam percursauit vt fl. tedas, vel Eurus vadas.

Deorum statuas erectas, quæ fuerant deiectæ.

Latere.

Vt ilex amputatis ramis eo magis crescit, sic Ro. ipsæ etiam cædes vires & animum addunt.

Vide Annot.

Si merses.

Cui sint integræ vires.

Mittam

Mittam ſuperbos. occidit, occidit
Spes omnis & fortuna noſtri
Nominis, Aſdrubale interempto.
*Nil Claudiæ non * efficient manus:* Al. *perficient.* Sunt autem poetæ verba.
Quas & benigno numine Iupiter
Defendit & curæ ſagaces
*Expediunt * per acuta belli.* Per maxima quæque diſcrimina. Alij (minus verisimiliter) de ijs quæ quis in bello excogitat acumine ingenij & ſolertia.

AD AVGVSTVM. *Ode* V.

Auguſtum, vt redditum ſuum omnibus optatiſſimum maturet, precatur: & quàm felix ſit eius beneficio rerum Romanarum ſtatus, commemorat. Vnde illum, non aliter quàm olim in Græcia Caſtorem & Herculem, coli dicit.

DIuis orte bonis, optime Romule
Cuſtos gentis, albe iam nimium diu:
Maturum reditum pollicitus patrum
Sancto concilio, redi. Sancto conuentui ſenatorum.
Lucem redde tuæ dux bona patriæ.
Inſtar veris enim vultus vbi tuus
Affulſit, populo gratior it dies,
*Et ſoles melius * nitent.* Nitere videntur. Filium qui iuuenis eſt.
*Vt mater * iuuenem, quem Notus inuido*
Flatu Carpathij trans maris æquora
Cunctantem ſpatio longius annuo
Dulci deſtinet à domo,
Votis omnibúſque & precibus vocat,
*Curuo nec faciem * littore demouet:* Ad quod Appulſurum ſperat.
Sic deſiderijs icta fidelibus
Quærit patria Cæſarem.
Tutus bos etenim rura perambulat,
Nutrit rura Ceres, almáque Fauſtitas:
Pacatum volitant per mare nauita:
Culpari metuit fides:

Boni mores & lex Iulia de adulteriis compresserunt fœditatem nefariam.

Nullis polluitur casta domus stupris:
** Mos & lex maculosum edomuit nefas:*
*Laudantur * simul prole puerperæ:*
Culpam pœna premit comes.
Quis Parthum paueat? quis gelidum Scythen?
Quis Germania quos horrida parturit
Fœtus, incolumi Cæsare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?

Sim. pr. Quum antea in adulteriis, liberi parentes ore non referrent.

Totum diem vsque ad vesp. moratur in vinetis suis. Sic Virgil. *Condere soles, Alt.* Secundis m.

** Condit quisque diem collibus in suis,*
Et vitem viduas ducit ad arbores:
*Hinc ad vina redit lætus, & * alteris*
Te mensis adhibet deum.
Te multa prece, te prosequitur mero
*Defuso pateris: & * Laribus tuum*
Miscet numen, vti Gracia Castoris,
Et magni memor Herculis.

Lares colens, simul & tuum numen colit.

Longas o vtinam dux bone ferias
*Præstes Hesperiæ: dicimus * integro*
Sicci mane die, dicimus vuidi,
Quum sol Oceano subest.

Vt *solido die*, ode 3. l. 1.

Ad Apollinem. Ode VI.

Apollinis & Dianæ laudes hac ode canit, quæ est carmen sæculare: etiam ostendunt hæc eius verba, *-ego diis amicum, Saculo festas referente luces, Reduduit carmen.*

Qui Niobes magniloquam & superbam ling. in eius prole vltus es: & Tityon Latonam rapere conatum: nec non Ach.

Dive, quem proles Niobæa magnæ
Vindicem linguæ, Titióque raptor
Sensit, & Troiæ prope victor altæ
Phthius Achilles,
Cæteris maior, tibi miles impar:
Filius quamuis Thetidos marinæ
Dardanus turres quateret tremendas

Cuspide

Cuſpide pugnax.
Ille, mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impulſa cupreſſus Euro,
*Procidit late, poſuitque * collum*
Puluere Teucro.
** Ille, non incluſus equo, Mineruæ*
Sacramentito, male feriatos
Troas & letam Priami choreis
Falleret aulam:
Sed palàm captis grauis (heu nefas, heu)
Neſcios fari pueros Achiuis
Vreret flammis, etiam latentes
Matris in aluo:
** Ni tuis victus Veneríſque gratæ*
Vocibus diuûm pater, annuiſſet
Rebus Æneæ potiore ductos
Alite muros.
Doctor argutæ fidicen Thaliæ,
Phœbe, qui Xantho lauis amne crines:
** Dauniæ defende decus camœnæ,*
** Leuis Agyeû.*
Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomémque dedit poëtæ.
Virginum primæ, puerique claris
Patribus orti,
** Deliæ tutela deæ, fugaces*
Lyncas & ceruo cohibentis arcu,
Lesbium ſeruate pedem, meique
*Pollicis * ictum.*
*Rite * Latonæ puerum canentes,*
*Rite creſcentem * face * noctilucam,*
** Proſperam frugum, celerémque pronos*
Volucre menſes,

Al. *collum in pul.*

Si Paris Achillem non occidiſſet, te ſagittam & manum eius dirigente, non equum eſſet commentus Achilles ad Troiam capiendam ſed in eam aperto Marte captam crudelis omnibus modis fuiſſet.

Niſi Iupiter Æneæ rebus ita fauiſſet vt concederet illi muros auſpicio meliore condere.

Latinæ, vt Ode 1. lib. 2. *Dauniæ cædes.*

Del. Sic Car. *Dianæ ſumus in fide Puellæ & Pueri integro.*

Ictum. Modulationem lyrici carm. Quod dicit quaſi lyram ipſam percutiat P. *Lat p.* Apoll. filium Lat.

F. Lumine.

F. Noctu lucentem.

Proſperantem fruges, & celerem in voluendis menſ.

Nupta iam dices, Ego dijs amicum
Sæculo festas ferente luces,
Reddidi carmen, docilis modorum
Vatis Horati.

Ad Torqvatvm.
Ode VII.

Immortalia ne speres, monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.

Hi enim istius odes versus argumentum prioris eius partis complectuntur. Addit verò, & reparari vitam semel amissam non posse, & quo die simus eam amissuri incertum esse. Interim igitur nos, animo nostro obsequentes, fuit rebus illis debere quæ alioqui in auidas hæredis manus venturæ essent.

Nunc decrescit quum hyeme cruissent. Præter rip. suas eunt. i. ripas suas non excedunt, sed intra alueum labuntur. P. Vel iunge accus. cum decrese. Vide An. *Annus.* Annorum temporum vicissitudo. Sic Cat. *Soles occidere & redire possunt, Nobis &c.* Decid. eò quò deciderunt. Æn. & Tullus. *Summæ* Ad summam dierum quos ad hoc vsque tempus vximus. *Quæ d. a.* Quæ in obsequendo animo tuo, seu animi tui desiderijs, consumpseris.

Dissugere niues: redeunt iam gramina campis,
Arboribúsque coma.
Mutat terra vices, & * decrescentia ripas
Flumina * prætereunt.
Gratia cum Nymphis geminísque sororibus audet
Ducere nuda choros.
Immortalia ne speres, monet * annus, & al-
Quæ rapit hora diem. (mum
Frigora mitescunt zephyris: ver proterit æstas,
Interitura, simul
Pomifer autumnus fruges effunderet: & mox
Bruma recurret iners.
Damna tamen celeres reparant cœlestia Lunæ:
Nos vbi * decidimus
Quò pius Æneas, quò Tullus dives, & Ancus,
Puluis & vmbra sumus.
Quis Scit an adiciat hodiernæ crastina * sum-
Tempora dij superi? (mæ
Cuncta manus auidas fugient hæredis, amico
* Quæ dederis animo.

Quum

Quum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria,
Non Torquate genus, non te facundia, non te
Restituet pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec Lethæa valet Theseus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

AD C. MARTIVM CENSORINVM. *Ode* VIII.

Se nihil aliud amicis quàm carmina donare posse dicit: quod munus quanto alijs omnibus præstantius sit, ostendit.

DOnarem pateras gratáque commodus
Censorine meis æra sodalibus:
Donarem tripodas, præmia fortium
Graiorum: neque tu pessima munerum
Ferres: diuite me scilicet artium,
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus
Solers nunc hominem ponere, nunc deum.
Sed non hæc mihi vis: nec tibi talium
Res est aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus: carmina possumus
Donare, & pretium dicere muneri.
Non inciſa notis marmora publicis,
Per quæ spiritus & vita redit bonis
Post mortem ducibus: non celeres fugæ,
Reiectæque retrorsum Annibalis minæ
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant

In ea re commodum me sod. exhiberem, quòd donarem p.
Aera pro signis aut vasis æreis.
Acciperes, si quidem abundarem signis, & tabulis pictis in quibus Parth. & Sc. artis suæ specimen ediderunt.
Solers in fingendo nunc h.
Vis pro facultate, seu copia.
Ostendere quàm pretiosum munus sit carmen. P.

P. Corn. Scipionis, qui inde dictus est Africanus.

Laudes, quàm Calabræ Pierides: neque,
*Si chartæ * ſileant quòd bene feceris,*
*Mercedem tuleris. * quid foret Iliæ*
Mauortíſque puer, ſi taciturnitas
Obſtaret meritis inuida Romuli?
Ereptum Stygijs fluctibus Æacum
Virtus & fauor & lingua potentium
Vatum diuitibus conſecrat inſulis.
*Dignvm laude virum Muſa vetat * mori,*
** Cœlo Muſa beat. ſic Iouis intereſt*
Optatis epulis impiger Hercules:
** Clarum Tyndaridæ ſidus ab infimis*
Quaſſas eripiunt æquoribus rates:
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

Sil. tua benefacta & merita. Quo eſſet in honore? Vel potius, Quæ eius memoria extaret?

Immortale reddens eius nomẽ. *Cœlo beat.* Beatũ efficit, quum receptum eſſe in cœlum omnibus carmine ſuo perſuadet. Cuius rei addit exempla. *Clarum.* Repete aduerb *ſic.* Item in ſeq.

Ad Lollivm. *Ode* IX.

Lollij laudes cantaturus, prius eam quam concepit de carminum ſuorum immortalitate ſpem prædicat. Neque enim Homeri tantùm ſed aliorum etiam eo inferiorum carmina viuera. Deinde multorum res geſtas obliuione deletas eſſe dicit, quòd illis poetæ defuerint. Poſtremo ne idem & Lollio vſu veniat, cuius virtutes celebrat.

Nè forte credas interitura quæ
Longè ſonantem natus ad Aufidum,
** Non antè vulgatas per artes*
Verba loquar ſociãda chordis.
Non, ſi priores Mæonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricæ latent,
Cæaque, & Alcæi minaces,
Steſichorique graues camœnæ.
Nec, ſi quid olim luſit Anacreon,
Delenit ætas, ſpirat adhuc amor,
Viuúntque commiſſi colores

Sic lib. 3. ode vlt. *Princeps Æoliũ cur ad Italos deduxiſſe modos.*

* Æolio

* Æoliæ fidibus puellæ.
* Non sola comptos arsit adulteri
Crines, & aurum vestibus illitum
Mirata, regalésque cultus,
Et comites, Helene Lacæna:
Primúsque Teucer tela Cydoniò
Direxit arcu: non semel Ilios
Vexata: non pugnauit ingens
Idomenéus Sthenelúsue solus
Dicenda Musis prælia: non ferox
Hector, vel acer Deiphobus graues
Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus puerísque, primus.
Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotíque longa
Nocte: carent quia vate sacro.
* PAVLVM sepultæ distat inertiæ
Celata virtus. non ego te meis
Chartis inornatum sileri,
Tótue tuos patiar labores
Impunè, Lolli, carpere liuidas
Obliuiones. est animus tibi
Rerúmque prudens, & secundis
Temporibus dubiísque rectus:
* Vindex auaræ fraudis, & abstinens
* Ducentis ad se cuncta pecuniæ:
Consúlque non vnius anni,
* Sed quoties bonus atque fidus
Iudex honestum prætulit vtili, &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu: & per obstantes cateruas
Explicuit sua victor arma.

Sapphus.
Quanuis de sola Hel. memoriæ id proditum sit, tamen & aliæ idem antea fecerant, nec primus Teuc. fuerat insignis iaculator, *non semel Ilios vexata*, &c. sed ideo ignorantur quòd ipsis non contigerit vates, vt illis. Sic mox, *carent quia vate sacro*.

Non multum distat ab inertia virtus, si vt de illa, ita de hac quoque fileatur. P.

Punitor auaritiæ, P.
Cui cuncta parent.
Quoties incorruptum te iudicem præbes & fortiter pro rep. te geris, toties consularibus fascibus ornari te tua virtus.

Non poſſidentem multa, vocaueris
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter vti,
Durámque callet pauperiem pati:
Peiúſque letho flagitium timet:
Non ille pro caris amicis
Aut patria timidus perire.

Ad Ligvrinvm. *Ode* X.

Futurum eſſe dicit vt quum ei flos ætatis exaruerit, doleat quod in illo flore mens eadem quæ poſtea ſibi non fuerit.

Prima barba. P.

O Crudelis adhuc, & Veneris muneribus potẽs,
*Inſperata tuæ quum veniet * pluma ſuperbiæ:*
Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ:
Nunc & qui color eſt punicæ flore prior roſæ,
Mutatus, Ligurinum in faciem verterit hiſpidam:
Dices, Heu (quoties te in ſpeculo videris alterum)
Quæ mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?

Ad Phylidem. *Ode* XI.

Phyllidem amicam ad celebrandum ſecum Mæcenatis natalem inuitat. De Telepho autem iam illi cogitandum non eſſe dicit, quippe qui alius puellæ amore captus ſit: ac certè Phaethontem & Bellerophontem documento illi eſſe, vt ſibi diſparem vitet.

Albi. vini.

Est mihi nonum ſuperantis annum
*Plenus * Albani cadus: eſt in horto*
Phylli nectendis apium coronis:
Copia.
*Eſt edera * vis*
Renidet. Splendet.
Multa, qua crines religata fulges:
Rident argento domus: ara caſtis

Vincta

Vincta verbenis, auet immolato
** Spargier agno.*
Cuncta festinat manus: huc & illuc
Cursitant mistæ pueris puellæ:
*Sordidum flammæ * trepidant rotantes*
Vertice fumum.
Vt tamen noris quibus aduoceris
Gaudijs: idus tibi sunt agendæ:
Qui dies mensem Veneris marinæ
Findit Aprilem:
Iure solennis mihi sanctiorque
*Penè natali proprio: * quod ex hac*
Luce Mæcenas meus affluentes
Ordinat annos.
*Telephum, quem tu * petis, occupauit*
**(Non tuæ sortis inuenem) puella*
Dines & lasciua: tenétque grata
Compede vinctum.
Terret ambustus Phaeton auaras
Spes: & exemplum graue præbet ales
Pegasus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem,
Semper vt te digna sequare: & vltra
Quàm licet sperare, nefas putando,
Disparem vites. age iam meorum
Finis amorum.
(Non enim posthac alia calebo
Fœmina) condisce modos, amanda
Voce quos reddas. minuentur atræ
Carmine curæ.

Surſum feruntur cum tremulo quodam motu.

Quòd ſit natalis Mæcenatis.

Quem expetis. In quem propenſa es. *Non t. ſ.* Diſparem tibi, vt ſeq.

AD VIRGILIVM. *Ode* XII.

Vnà cum Vere (à cuius deſcriptione incipit) tempora ſitim adduxiſſe dicit

dicit (vtpote de adulto iam vere loquens) ideóque ad sua pocula eum inuitat: sed ea conditione vt ipse vnguenti nardini onychem afferat.

IAM veris comites, quæ mare temperant,
*Impellunt * animæ lintea Thraciæ:*
Iam nec prata rigent, nec fluuij strepunt
Hyberna niue turgidi.
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
*Infelix * auis, & Cecropiæ domus*
Æternum opprobrium, quod male barbaras
Regum est vlta libidines.
Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ouium carmina fistula:
*Delectántque * deum, cui pecus & nigri*
Colles Arcadiæ placent.
Adduxere sitim tempora, Virgili:
Sed pressum Calibus ducere Liberum
Si gestis, iuuenum nobilium cliens,
** Nardo vina merebere.*
Nardi paruus onyx eliciet cadum,
*Qui nunc Sulpicijs accubat * horreis,*
Spes donare nouas largus, amaráque
Curarum eluere efficax.
Ad quæ si properas gaudia, cum tua
*Velox * merce veni. non ego te meis*
Immunem meditor tingere poculis,
Plena diues vt in domo.
Verùm pone moras, & studium lucri:
** Nigrorúmque memor, dum licet, ignium,*
** Misce stultitiam consilijs breuem.*
** Dulce est * desipere in loco:*

An Thr. Venti Thracij, vid. l. Fauonij. Alij Etesias intell.

Hirundo veris nuntia.

Pana.

Sed si vinum Calenum haurire cupis, nardus tua erit mei vini pretium. Supra dixit *vuam prelo Caleno domitam.*

Horreis. vt suprà *Deripere horreo cess. amphoram.* O 28. l. 3.

Merce. vt dixit, *nardo vina merebere.*

Nigr. ign. Lugubrium, Rogalium. Misce ludicra & iocosa serijs.

Desipere. Solutiore risu desipientes imitari: modo id alieno tempore non fiat.

IN LYCEN. *Ode* XII.

Lycæ meretrici insultat, tanquam suæ ferocię (de qua queritur ode 10. libri

libri 3.) pœnas danti, quas illi imprecatus est: quum iam senectus totam mutarit ab illa quæ olim fuerat, ita vt quum & formosa haberi, & se iuuenem gerere velit, à iuuenibus contrà fastidiatur.

AVdiuere, Lyce, dij mea vota, dij
Audiuere, Lyce. fis anus, & tamen
Vis formosa videri:
Ludísque, & bibis impudens:
*Et cantu * tremulo pota Cupidinem*
Lentum sollcitas. ille virentis &
Doctæ psallere Chiæ
Pulchris excubat in genis.
Importunus enim transuolat aridas
Quercus: & refugit, te quia luridi
Dentes, te quia rugæ
*Turpant & capitis * niues.*
Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ,
*Nec * clari lapides, * tempora quæ semel*
Notis condita fastis
Inclusit volucris dies.
*Quò fugit * Venus? heu quóue color decens?*
Quò motus? quid habes illius? illius
*Quæ spirabat * amores?*
Quæ me surpuerat mihi,
*Felix post Cynaram, notáque, & * artium*
Gratarum facies? sed Cynaræ breues
Annos fata dederunt:
Seruatura diu parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen:
Possent vt iuuenes visere feruidi,
Multo non sine risu,
Dilapsam in cineres facem.

Qualis est senilis

Canities.

Al *cari* id est pretiosi. Q. d. Præteritũ iuuentutis tempus non possunt referre. Per phr. temporum præteritorũ. *Venus* pro venustate. Vt Gr. πνέουσα ἔρατας, & Κύπριν. Instructa ijs omnibus quæ aliqua aliciendi amoris arte valent.

AD AVGVSTVM. *Ode* XIIII.

Augusto nullos á senatu populóque Romano honores deferri dicit, qui virtutes eius æquare possint. Victorias, quas eius priuigni de vanis gentibus reportarunt, celebrat, tanquam ad ipsius Augusti felicitatem simul & gloriam pertinentes: quòd nimirum bella auspicijs illius gesserint. Tandem igitur quaslibet gentes, etiam quæ inremotissimis terræ partibus sitæ sint, eius imperium agnoscere & venerari ait.

QVÆ cura patrum, quæue Quiritium,
**Plenis honorum muneribus tuis*
Auguste virtutes in æuum
Per titulos memorésque fastos
**Æternet? ô, quà sol habitabiles*
*Illustrat oras, *maxime principum,*
**Quem leges expertes Latinæ*
Vindelici didicere nuper,
Quid Marte posses: milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus,
Brenosque veloces, & arces
Alpitus impositas tremendis
*Deiecit acer *plus vice simplici.*
Maior Neronum mox graue prælium
Commisit, immanésque Rhœtos
Auspicijs pepulit secundis:
Sectandus in certamine Martio,
Deuota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis:
**Indomitas propè qualis vndas*
Exercet Auster, Pleïadum choro,
*Scindente nubes: *impiger hostium*
Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per ignes.
**Sic tauriformis voluitur Aufidus,*
Qui regna Dauni præfluit Appuli:

Quasi nullis honoribus plenè meritis eius satisfacere possint senatus populúsque Rom.

Aeternet, Æternas reddat, Immortalitati consecret.

Max. p. Max. omnium orbis habitabilis principũ.

Quem didicere quid posses. Hellenismus, vet. Lat. vsitatus.

Plus quam semel, vt quidam exp. Por. intell. eum in illis deijciendis intulisse cladem duplam, & ita non simplici vice reddidisse eam quam illi intulerant.

Impiger host v. t. mittere, &c. qualis est Auster quum exercet & agitat vndas, Pleiadum ch. sc. n.

Sic taur. Iunge cum seq. vt *Cl. vasto impetu dir.*

Quum

Quum ſæuit, horrendámque cultis
Diluuiem meditatur agris.
Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata vaſto diruit impetu:
Primóſque & extremos metendo,
Strauit humum, * *ſine clade victor:*
*Te copias, te conſilium & * tuos*
Præbente dinos. nam tibi, quo die
Portus Alexandrea ſupplex
Et vacuam patefecit aulam,
* *Fortuna luſtro proſpera tertio*
Belli ſecundos reddidit exitus,
Laudémque & optatum peractis
Imperijs * *decus arrogauit.*
Te Cantaber non antè domabilis,
Medúſque & Indus, te profugus Scythes
Miratur! ô tutela præſens
Italiæ, dominæque Romæ:
Te, fontium qui cœlat origines
Nilúſque, & Iſter, te rapidus Tigris,
Te, belluoſus quis remotis
Obſtrepit Oceanus Brittannis,
Te, non pauentis funera Gallíæ,
Duræque tellus audit Iberiæ:
Te cæde gaudentes Sicambri
* *Compoſitis venerantur armis.*

Sine vlla ſuorum iactura.

Tuos, Tibi fauentes. Indicat autẽ bellum illud auſpicijs eius geſtum fuiſſe.

Quia ita euenit vt poſt annos XV. Druſus eo die Rhœtos Vindel. vinceret, quo die Aug. Alexandriam vicerat. P. Alij, poſt XIII. annos. *Decus arr.* Decus de conſcr. intell. P. Quidam de cognomine patris patriæ.

In ſua ſede recõditis. Quidam, Pacatis bellis.

AVGVSTI LAVDES.

Ode XV.

Auguſti laudes hac quoque oda canit, licet à canendis eius prælijs ab Apolline deterritum ſe fuiſſe dicat. Potiſſimum autem laudat eum quòd pacem ſuis reddiderit, & refrænata quæ cum ſumma licentia vagabatur morum corruptela, ea artes reuocarit per quas imperium à maioribus fuerat amplificatum.

Phœbus

Phœbus volentem prælia me loqui,
Victas & vrbes, increpuit lyra:
* Ne parua Tyrrhenum per æquor
Vela darem. tua Cæsar ætas
Fruges & agris rettulit vberes:
Et signa nostro restituit Ioui,
Derepta Parthorum superbis
Postibus: & vacuum duellis
* Ianum Quirini clausit: & ordinem
Rectum, * & vaganti frena licentiæ
Iniecit: * amouitque culpas:
Et veteres reuocauit artes,
Per quas Latinum nomen & Italæ
Creuere vires, famáque, & imperi
Porrecta maiestas ad ortum
Solis, ab Hesperio cubili.
Custode rerum Cæsare, non furor
Ciuilis aut vis * eximet otium:
Non ira, quæ procudit enses,
Et miseras * inimicat vrbes.
Non qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iulia: non Getæ,
Non Seres, infidiue Persæ,
Non Tanaim prope flumen orti.
Nósque & profestis lucibus & sacris,
Inter iocosi munera Liberi,
Cum prole, matrónisque nostris,
Rite deos prius apprecati,
Virtute functos, more patrum, duces,
Lydis remisto carmine tibijs,
Troiámque, & Anchisen, & almæ
Progeniem Veneris canemus,

Alleg. ne magna modis parua temarem, vt O. 3. lib. 3.

Quidam Ianum Quirinum legi volunt, quidam Fanum Quirini. Al. *euaganti*. Al. *Emouit*.

Al. *exigeti*. i. expellet.

Inimicas inter se reddit, Ad inimicitias compellit.

Q.

Q. HORATII FLACCI EPODΩN LIBER.

Ad Maecenatem. *Epodi* I.

Mæcenati ad bellum Actiacum proficiscenti comitem se offert, non tam quòd præsentia sua quicquam commodi sit ei laturus, quàm quòd minus de salute eius sollicitus sit futurus.

IBIS * *liburnis inter alta nauium,*
Amice, propugnacula:
Paratus omne Cæsaris periculum
Subire, Mæcenas, tuo.
Quid nos? quibus te vita sit superstite
Iucunda: si contrà, grauis:
* *Vtrúmne iussi persequemur otium,*
Non dulce, ni tecum simul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molles viros?
Feremus. & te vel per Alpium iuga,
Inhospitalem & Caucasum,
Vel Occidentis vsque ad vltimum sinum,
Forti sequemur pectore?
Roges, tuum labore quid inuem meo,
Imbellis, ac firmus parum.
Comes minore sum futurus in metu,
Qui maior absentes habet:
Vt assidens implumibus pullis auis,
*Serpentium allapsus * timet,*
Magis relictis: non, vt adsit auxilio
Latura plus præsentibus.
Libenter hoc & omne militabitur

Liburnicis nauibus dictis à Liburnia parte maioris Illyriæ.

Otiabimúrne vt antea, quum otium sine te iniucundum futurum sit?

Magis timet rei.

Bellum

Bellam in tuæ ſpem gratiæ:
Non vt iuuencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis:
Pecuſue Calabris ante ſidus feruidum*
Lucana mutet paſcua:
*Nec vt * ſuperni villa candens Tuſculi*
*Circæa * tangat mœnia.*
Satis ſupérque me benignitas tua
Ditauit. haud paraueró.
Quod aut auarus, vt Chremes, terra premam,
Diſcinctus aut perdam vt nepos.

Sic Ep. 2. l. 2. *Calabris ſaltibus adiecti Lucani. Sup.* In colle ſiti.

Pertingat vſque ad Circ. m. videl. Tuſculum, vt villę ædificia pertingant vſque ad ipſam vrbem.

Epodi II.

Varias vitæ ruſticæ laudes hæc ode complectitur: præſertim verò ab animi tranquillitate eam laudat.

Beatus ille, qui procul negotijs,
(Vt priſca gens mortalium)
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore:
Neque excitatur claſſico miles truci,*
Neque horret iratum mare:
Forúmque vitat & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos:
Inutiléſque falce ramos amputans,
Feliciores inſerit:
Aut in reducta valle mugientium
Proſpectat errantes greges:
Aut preſſa puris mella condit amphoris:
Aut tondet infirmas oues:
Vel, quum decorum mitibus pomis caput
Autumnus arnis extulit,

Neque militiam exercet, ita vt neceſſe ſit excitari claſſico truci.

Vt

Vt gaudet insitiua decerpens pyra,
Certantem & vuam purpurae!
Qua muneretur te Priape, & te pater
Syluane, tutor finium.
Libet iacere, modò sub antiquailice,
Modò in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquae:
Queruntur in syluis aues:
*Fontésque lymphis * obstrepunt manantibus,*
*Somnos * quod inuitet leues.*
*At quum tonantis * annus hybernus Iouis*
Imbres, niuésque comparat:
Aut trudit aeres hinc & hinc multa cane
Apros in obstantes plagas,
*Aut * amite leui rara tendit retia,*
Turdis edacibus dolos:
*Pauidúmque leporem, & * aduenam laqueo gruem,*
Iucunda captat praemia.
Quis non malorum quas amor curas habet,
Haec inter obliuiscitur?
** Quòd si pudica mulier in partem iuuet*
Domum atque dulces liberos:
(Sabina qualis, aut perusta solibus
Pernicis vxor Appuli)
** Sacrum vetustis extruat lignis focum,*
Lassi sub aduentum viri:
Claudénsque textis cratibus laetum pecus,
*Distenta * siccet vbera:*
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemptas apparet:
Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magísue rhombus, aut scari,
*Siquos eois * intonata fluctibus*

Pro simplici Strepunt, i. Strepitum edunt qui inuitet. Potest verò & propriam significe. retinere. Vide annot.

Annus hyb. Anni tempus hyb.

Furcula ex qua rete suspenditur ad capiendas aues.

Transmarinam.

Al. *Quid si.*

Al. *Sacrum & ver.*

Mulgeat. Mulgendo exhauriat.

Si quos sc. cum tonitru excitata tempestas in fluct.

maris Orient. vertat ad hoc mare Tyrrh.

Hyems ad hoc vertat mare:
Non Afra auis descendat in ventrem meum,
Non attagen Ionicus,
Iucundior, quàm lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum:

Quidam exp. Ægroto. Rectius de graui ob duram aluum.

*Aut herba lapathi prata amantis, & * graui*
Malua salubres corpori:
Vel agna festis cæsa terminalibus,
Vel hœdus ereptus lupo.

Quàm iuuat.

*Has inter epulas, * vt iuuat pastas oues,*
Videre properantes domum:
Videre fessos vomerem inuersum boues
Collo trahentes languido:
Positósque vernas, ditis examen domus,
Circum renidentes Lares.

Rel. o. pec. vt iam-iam fut. rust. sed ad ingenium rediens & ad innatam sibi auaritiã, quærit rursum p. collocare in fœnus feudare, quũ eam paulo antè re collegisset, exactam ab ijs quibus fœnori data erat.

Hæc vbi loquutus fœnerator Alphius,
Iam iam futurus rusticus,
** Omnem relegit idibus pecuniam:*
Quærit calendis ponere.

AD MAECENATEM.
Esus allij detestatio.
EPODI III.

Quidam dist. post *loq.* vt sit pro Loquutus sum. *Edit.* ex vet. cod. & schol. pro *Edat* vt sat. vlt. Sic Plaut. *comedit* pro comedat.

PArentis olim siquis impia manu
Senile guttur fregerit:
** Edit cicutis allium nocentius.*
O dura messorum ilia.

Quid veneni hoc est, quod s. pro Quod est venenum? Quale genus veneni? *Fef.* Latuit, i. me inscio fuit in sc.

** Quid hoc veneni sæuit in præcordijs?*
Nam viperinus his cruor
*Incoctus herbis me * fefellit? an malas*
Canidia tractauit dapes?
Vt Argonautas præter omnes candidum

Medea

*Medea *mirata est ducem,*
Ignota tauris illigaturum inga,
Perunxit hoc Iasonem:
Hoc delibutis vlta donis pellicem;
Serpente fugit alite.
*Nec tantus vnquam siderum insedit *vapor*
Sticulosæ Appuliæ:
*Nec *munus humeris efficacis Herculis*
Inarsit æstuosius.
At, siquid vnquam tale concupieris,
Iocose Mæcenas, precor
Manum puella suauio opponat tuo,
Extrema & in sponda cubet.

Mirata amare cœpit.

Pro calore, vt apud Lucr.

Palla quam Deianira misit Herculi cruore Nessi centauri imbutam. Vide p. 118.

AD MENAM, LIBERTVM POMPEII magni: in cuius, ex mutata conditione, arrogantiam inuehitur.

EPODI IIII.

*LVpis & agnis quanta *sortitò obtigit,*
Tecum mihi discordia est,
Ibericis peruste funibus latus,
Et cruræ dura compede,
Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.
Videsne, sacram metiente te viam
*Cum *bis ter vlnarum toga,*
Vt ora vertat huc & huc euntium
Liberrima indignatio?
**Sectus flagellis hic triumuiralibus,*
Præconis ad fastidium,
Arat Falerni mille fundi iugera,
*Et Appiam *mannis terit:*

Sorte naturali q. d. Quanta innata est illis disc.

Nimiam laxitatem reprehendit. vt Cic. in Cat. 2. *Manicatis & talaribus tunicis, velis amictos non togis.*

Sect. f. indignantium verba. Qui erant equi virorum princ. A.

Sedilibus ordinibus.

* *Sedilibúsque magnus in primis eques*
Othone contempto ſedet.

Quid prodeſt armari claſſem ab Auguſto contra ſernos, quos armauit S. Pomp. ſi. M. ſeruus ac latro trib. eſt mil. & claſſis præfectus? A.

* *Quid attinet tot ora nauium grauí*
Roſtrata duci pondere
Contra latrones atque ſeruilem manum,
Hoc hoc tribuno militum?

In Canidiam Veneficam.

Epodi V.

Loquentem inducit puerum quendam, quem aliquot veneficæ ſub terra defoderant mento tenus, fame necandum: vt ex eius decore & medulla poculum amatorium conficerent. Huius preces primùm, deinde imprecationes aduerſus eas deſcribit. Exiſtimatur autem Gratidiam Canidiæ nomine ſignificari.

At ô deorum quiſquis in cœlo regis
Terras & humanum genus,

Quid ſibi vultiſte tum. Quid ita tumultuamini?

* *Quid iſte fert tumultus? & quid omnium*
Vultus in vnum me truces?
Per liberos te, ſi vocata partubus
Lucina veris affuit:
Per hoc inane purpuræ decus precor,
Per improbaturum hæc Iouem.
Quid vt nouerca me intueris, aut vti
Petita ferro bellua?

Hic loqui incipit Horat. Prætexta (quam purp. dixit) & bulla.

* *Vt hæc trementi queſtus ore, conſtitit*
* *Inſignibus raptis puer,*
Impube corpus, quale poſſet impia
Mollire Thracum pectora:
Canidia brenibus implicata viperis
Crines & incomptum caput,

Iubet Can. ſiam. aduri Colch impube corpus. Sed alij, Puer, impube corp. pro appoſ.

* *Iubet ſepulcris caprificos erutas,*
Iubet cupreſſus funebres.
Et vncta turpis ouæ ranæ ſanguine,
Plumámque nocturnæ ſtrigis.

Herbáſque

Herbásque quas Cholcos atque Iberia
Mittit, venenorum ferax,
Et ossa ab ore rapta ieiunæ canis,
*Flammis aduri * Colchicis.*
At expedita Sagana, per totam domum
Spargens auernales aquas,
Horret capillis, vt marinus asperis
*Echinus, aut * currens aper.*
Abacta nulla Veia conscientia,
Ligonibus duris humum
Exhauriebat, ingemens laboribus:
Quo posset infossus puer
** Longo die bis térue mutatæ dapis*
Inemori spectaculo:
Quum promineret ore, quantum extant aquæ
Suspensa mento corpora:
** Exerta vti medulla, & aridum iecur*
Amoris esset poculum:
** Interminato quum semel fixa cibo*
*Intabuissent * pupulæ,*
Non defuisse masculæ libidinis
Ariminensem Foliam,
Et otiosa credidit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum:
Quæ sidera excantata voce Thessala,
Lunámque cœlo deripit.
Hîc irresectum sæua dente liuido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? O rebus meis
Non infideles arbitræ,
Nox, & Diana, quæ silentium regis,
Arcana quum fiunt sacra:
Nunc nunc adeste: nunc in hostiles domos

Magico ritu præparatis: ob Medeam Colchicam A.

Cursu incitatus & iratus, tunc enim setæ in dorso eriguntur.

Quidam, *Longo spect.* Sed alij *l. die* exp. æstiuo.

Al. *Exacta*, vel *Execta*.

Al. cuius esu arcebatur. P. acies oculorum.

Iram atque numen vertite.
Formidolosis dum latent sylvis feræ,
Dulci sopore languidæ,
Senem (quod omnes rideant) adulterum
*Latrent * Suburanæ canes,*
Nardo perunctum: quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.
Quid accidit? cur dira barbaræ minus
Venena Medeæ valent?
Quibus superbam fugit ulta pellicem,
Magni Creontis filiam,
Quum palla, tabo munus imbuit, novam
Incendio nuptam abstulit?
Atqui nec herba nec latens in asperis
*Radix * fefellit me locis.*
** Indormit unctis omnium cubilibus*
Oblivione pellicum.
Ah, ah, solutus ambulat venefica
Scientioris carmine.
*Non vsitatis Vare * potionibus*
*(O * multa fleturum caput)*
Ad me recurres: nec vocata mens tua
*Marsis redibit * vocibus.*
Maius parabo, maius infundam tibi
** Fastidienti poculum.*
Priúsque cœlum sidet inferius mari,
*Tellure * porrecta super:*
Quàm non amore sic meo flagres vti
Bitumen atris ignibus.
Sub hæc puer, iam non vt ante, mollibus
** Lenire verbis impias:*
*Sed dubius vnde * rumperet silentium,*
*Misit * Thyesteas preces.*

Sic vet. In vulg. *Suburranæ*, vel *Suburanæ*. Vide Annot.

Latuit. Duplex esse potest verborum ordo. Vide ann.

Al. *cantiquibus*. Pœnas magnas daturum.

Carminibus.

Fastidiente me.

Superiecta.

Lenibus. *Rump.* Loqui inciperet.

Thyest. Thyesteis similes imprecationes.

Venena,

Venena, magnum fas, nefásque, non valent
Conuertere humanam vicem.
Diris agam vos: dira detestatio
Nulla expiatur victima,
Quin, vbi perire iussus expirauero,
Nocturnus occurram furor:
Petámque vultus vmbra curuis vnguibus:
(Quæ vis deorum est manium)
Et inquietis assidens præcordijs,
Pauore somnos auferam,
Vos turba vicatim & hinc saxis petens
Contundet, obscœnas anus.
Pòst, insepulta membra different lupi,
Et exsulinæ alites.
Neque hoc parentes, (heu) mihi superstites,
Effugerit spectaculum.

Vide Annot.

In diuersas partes auferent.

IN CASSIVM SEVERVM.
EPODI VI.

QVID immerentes hospites vexas, canis
Ignauus aduersum lupos?
Quin huc inanes, si potes, vertis minas,
Et me remorsurum petis?
Nam, qualis aut Molossus, aut fuluus Lacon,
(Amica vis pastoribus)
Agam per altas aure sublata niues,
Quacunque præcedet fera.
Tu quum timenda voce complesti nemus,
Proiectum odoraris cibum.
Caue, caue, namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua:
Qualis Lycambæ spretus infido gener,

Canem vocat quòd oblatraret sua obtestatione & maledicus esset.

Persequar.

Archilochus, qui Lyc. quòd filiam sibi desponsam denegasset, ad suspendium maledicis versibus suis adegit.

Acer hoſt. Hipponax.

*Aut * acer hoſtis Bubalo.*
Ars, ſiquis atro dente me petiuerit,
Inultus vt flebo puer?

AD POPVLVM ROMANVM execratio belli ciuilis in Brutum & Caſſum.

EPODI VIII.

QVò, quò ſceleſti ruitis? aut cur dextris
Aptantur enſes condita?
Terreſtribus & naualibus prælijs. *Parúmne * campis atque Neptuno ſuper*
Fuſum eſt Latini ſanguinis?
Non vt ſuperbas inuidæ Carthaginis
Romanus arces vreret:
Nondum bello laceſſit. *Intactus aut Britannus vt deſcenderet*
Sacra catenatus via:
Sed vt, ſecundum vota Parthorum, ſua
Vrbs hæc periret dextera.
Non niſi in diſpar genus feris pro diſparis generis. Al. *in diſpar genus.* Vide Annot. *Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus*
*Vnquam niſi in diſpar * feris.*
Furórne cecus, an rapit vis acrior?
An culpa? reſponſum date.
Perc. conſcientia ſceleris. *Tacent: & ora pallor albus inficit:*
*Mentéſque * perculſa ſtupent.*
Sic eſt: acerba fata Romanos agunt,
Sceluſque fraternæ necis:
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

IN ANVM LIBIDINOSAM. EPODI VIII.

Non puder te rog. Vel. Oportúne? Decétne? *ROgare longo putidam te ſæculo,*
Vires quid enervet meas?

Quum

Quum ſit tibi dens ater, & rugis vetus
Frontem ſenectus exaret:
Hiétque turpis inter aridas nates
*Podex, velut * cruda bouis.*
Sed incitat me pectus, & mammæ putres,
Equina quales vbera:
Ventérque mollis, & femur tumentibus
Exile ſuris additum.
Eſto beata, funus atque imagines
Ducant triumphales tuum:
Nec ſit marita quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet.
Quid, quòd libellis Stoici inter ſericos
Iacere pulnillos amant?
Illiterati num minus nerui rigent?
Minúſue languet faſcinum?
Quod vt ſuperbo prouoces ab inguine,
Ore allaborandum eſt tibi.

Indomitæ, vel vetulæ. A. quidam, Quæ cruditate laborans, cibum non concoquit, ſed eijcit. *Sed inc.* Ironicè. q.d. Scilicet inc.

AD MAECENATEM.

De Cæſaris aduerſus Antonium & Cleopatram victoria, quam ſpe præcipit, & velut præſentit. EPODI IX.

*QVando * repoſitum Cæcubum ad feſtas dapes,*
Victore lætus Cæſare.
Tecum ſub alta (ſic Ioui gratum) domo,
Beate Macenas, bibam,
Sonante miſtum tibijs carmen lyra,
Hac Dorium, illis Barbarum?
*Vt nuper, actus quum freto * Neptunius*
Dux fugit, vſtis nauibus,
Minatus vrbi vincla, quæ detraxerat

Repoſitum, Ad hoc reſeruatum.

Hac lyra. ſon. Dor. illis tib. barbarum, Vide ann. *Nept.* Sex. Pomp. Magni fil. qui ſe Neptuni fil. eſſe prædicabat.

* Seruis

Ser. quos ad natale prælium duxerat. Quidam, *fœmina vallum & arma.* Vide Annot.

* *Seruis amicus perfidis*
Romanus (eheu posteri negabitis)
Emancipatus * *fœminæ,*
Fert vallum & arma miles, & spadonibus
Seruire rugosis potest:
Interque signa turpe militaria
Sol aspicit * *conopeum.*

C. velum ad culices arcendos: quos Gr. κώνωπας appellant. Al. *At huc.* Al. *in portu.* Quidam ad infortunium referunt. *Cita.* Legitur & *sua* pro *cita.* M. In mora es cett. triumphalibus iam paratis. Illum ducem cui sup.

* *Ad hunc frementes verterunt bis mille equos*
Galli canentes Cæsarem:
Hostiliumque nauium in * *portu latent*
Puppes * *sinistrorsum* * *citæ.*
Io triumphe, tu * *moraris aureos*
Currus, & intactas boues.
Io triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportasti ducem,
Neque Africano: * *cui super Carthaginem*
Virtus sepulcrum condidit.
Terra Marique victus hostis, Punico
Lugubre mutauit sagum:
Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus,

Non suis. Non secundis. Aduersis.

Ventis iturus * *non suis.*
Exercitatas aut petit Syrtes Noto:
Aut fertur incerto mari.
Capaciores affer huc puer scyphos,
Et Chia vina aut Lesbia:
Vel, quod fluentem nauseam coerceat,
Metire nobis Cæcubum.
Curam metumque Cæsaris rerum inuat
Dulci Lyæo soluere.

In Maeuium Poetam, cui tempestatem & naufragium imprecatur. Epodi X.

Mala

MALA *soluta nauis exit* * *alite,*
Ferens olentem Mæuium.
Vt horridis vtrunque verberes * *latus*
Auster memento fluctibus:
Niger rudentes Eurus, * *inuerso mari,*
Fractósque remos differat.
Insurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementes ilices.
Nec sidus atra nocte amicum appareat,
Qua * *tristis Orion cadit.*
Quietiore nec feratur æquore,
Quàm Graia victorum manus:
Quum Pallas vsto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.
O quantas instat nauitis sudor tuis,
Tibíque pallor luteus,
Et illa non virilis eiulatio,
Preces & auersum ad Iouem:
Ionius vdo cum remugiens sinu
* *Notus carinam ruperit.*
* *Opima quòd si præda curuo littore*
Porrecta mergos iuuerit,
Libidinosus immolabitur caper
Et agna tempestatibus.

Auspicio malo, vt suprà. *Maia ducis aui domum.* *Latus* nauis qua vehitur. Agitato & velut perturbato.

Nimbosus, Virg. Excitat autem grauiss. tempestates in occasu suo.

Al. *sinas Noto car.* Quòd si naufragi corpus fuerit præda mergis, immol, &c.

AD PETTIVM, VEL PECTIVM: *se amore auocari à scribendis, vt antea, versiculis.*

EPODI XI.

PEtti, *nihil me, sicut antea, iuuat*
Scribere versiculos
Amore perculsum graui:
Amore, qui me, præter omnes, expetit

Al. *Pecti.*

Mollibus

Mollibus in pueris
Aut in puellis vrere.

Annus tertius ex quo destiti furioso Inachiæ amore teneri.

*Hic tertius *December, ex quo destiti*
Inachia furere,
Syluis honorem decutit.
Heu me, per vrbem nam pudet tanti mali
Fabula quanta fui.
Conuiuiorum & pœnitet,
In queis amantem & languor & silentium
Arguit, & latere
Petitus imo spiritus.

Al. Contráne luc.

Contráque lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium
Querebar, applorans tibi:

Bacchus. quòd ebrij sint inuerecundi.

Simul calentis inuerecundus deus*
Feruidiora mero
Arcana promôrat loco.
Quod si meis inæstuat præcordijs
Libera bilis, vt hac
Ingrata ventis diuidat

Queremonias, A Vide Annot. de hoc & seq.

** Fomenta, vulnus nil malum leuantia:*
Desinet imparibus
Certare summotus pudor.
Vbi hac seuerus te palam laudaueram,
Iussus abire domum,
Ferebar incerto pede
Ad non amicos (heu) mihi postes, & (heu)
Limina dura, quibus
Lumbos & infregi latus:
Nunc, gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia,
Amor Lycisci me tenet:
Vnde expedire non amicorum queat

Libera

Libera consilia,
Nec contumelia graues
Sed alius ardor aut puella candida,
Aut teretis pueri,
Longam renodantis comam.

IN ANVM QVANDAM FOEDAM ac fœtidam, nec non libidinosam. *Epodi* XII.

QVid tibi vis mulier nigris dignissima barris?
Munera cur mihi, quidue tabellas
Mittis, nec firmo iuueni, neque naris obesa?
Nanque sagacius vnus odoror,
Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis, Narium vitium, quum illis quoddam tuberculum præter naturam sinbrubrum innascitur.
Quàm canis acer, vbi lateat sus.
Quis sudor vietis & quàm malus vndiq; membris
Crescit odor, quum pene soluto
Indomitam properat rabiem sedare: nec illi
Iam manet humida creta, colorque
Stercore fucatus Crocodili: iámque subando
Tenta, cubilia, tecti áque rumpit.
Vel mea quum senis agitat fastidia verbis:
Inachia langues minus, ac me.
Inachiam ter nocte potes: mihi semper ad vnum
Mollis opus: pereat malè quæ te
Lesbia, quærenti taurum, monstrauit inertem:
Quum tibi Cous adesset Amyntas.
Cuius in indomito constantior inguine nervus,
Quàm nona collibus arbor inhæret:
Muricibus Tyrijs iteratæ vellera lanæ
Cui properabantur? tibi nempe.
Ne foret æquales inter conuiua, magis quem

Diligeret

Diligeret mulier ſua quàm te.
O ego non felix, quam tu fugis, vt pauet acres
Agna lupos, capræque leones.

Ad Amicos,
Vt genio indulgendi occaſionem ex tempeſtate ſimulq́ ex ætate capiant.
Epodi XIII.

Tanta vis eſt imbrium & niuium vt Iouem ipſum ſolio deducere & ſecum trahere videantur.

*Horrida tempeſtas cœlũ contraxit, & * imbres*
Niueſq́ deducũt Iouẽ. Nũc mare, nũc ſyluæ
Threïcio Aquilone ſonant. rapiamus amici
Occaſionem de die: Dumque virent genua,
Et decet, obducta ſoluatur fronte ſenectus.
Tu vina Torquato moue Conſule preſſa meo.

Vt alibi, *Permitte diuis cætera.* Perſica, vel Aſſyria. *Cyll.* Mercuriali, cuius inuentor eſt Mere. *Cen.* Chiron Achilli. *Aſſ.* Sic *Aſſaraci domus* Virg. à Troianis oriundi.

** Cætera mitte loqui: deus hæc fortaſſe benigna*
*Reducet in ſedem vice. Nunc & * Achæmenia*
*Perfundi nardo iuuat, & fide * Cyllenea*
Leuare diris pectora Sollicitudinibus:
*Nobilis vt grandi cecinit * centaurus alumno,*
Inuicte mortalis, dea Nate puer Thetyde,
*Te manet * Aſſaraci tellus, quam frigida parui*
Findũt Scamãdri flumina, Lubricus & Simois.
Vnde tibi reditum certo ſub tegmine Parcæ
Rupere: nec mater domum Carula te reuehet.
Illic omne malum vino cantúque leuato,

Vinum & cantũ vocat alloquia ægrim. i. ſolatia.

*Deformis ægrimonia Dulcibus * alloquijs.*

Ad Maecenatem,
Cui ſe de non abſolutis iambis excuſat, ob Phrynes amorem. Epodi XIIII.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Oblitionem ſenſibus,

Pocula

Pocula letheos vt si ducentia somnos
Arente fauce traxerim:
Candide Mecenas occidis sæpe rogando.
Deus, deus nam me vetat,
Inceptos, olim promissum carmen, iambos
** Ad vmbilicum adducere.* Absoluere.
Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teïum:
Qui persæpe cava testudine fleuit amorem,
Non elaboratum ad pedem.
*Vreris ipse miser, * quòd si non pulchrior ignis* Si Helena, Troiani incendij causa, pulchrior non fuit, tua puella.
Accendit obsessam Ilion,
Gaude sorte tua: me libertina neque vno
Contenta Phryne macerat.

AD NEAERAM AMICAM, *Querimonia de eius periurio.* EPODI XV.

NOX erat, & cœlo fulgebat luna sereno
Inter minora sidera,
Quum tu, magnorum numen lesura deorum,
In verba iurabas mea.
Arctius atque edera procera astringitur ilex,
** Lentis adhærens brachijs:*
Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion Flexilibus, Sequacibus. Semper fore mutuum amorem.
Turbaret hybernum mare,
Intonsósque agitaret Apollinis aura capillos,
Fore hunc amorem mutuum.
O dolitura mea multum virtute Neæra. *Viri est.* Siquid virile habet Fl. Siquid virilis animi ei inest.
*Nam siquid in Flacco * viri est,*
Non feret assiduas potiori te dare noctes, Parem in amore & æqualem, vt Cl. Quæ in amore paria faciat.
*Et quæret iratus * parem.*

Nec

Nec semel offensa cedet constantia formæ,
Si certus intrarit dolor.
At tu, quicunque es felicior, atque meo nunc
Superbus incedis malo,
Sis pecore & multa dives tellure licebit,
Tibique Pactolus fluat:
Nec te Pythagoræ fallant arcana renati:
Formáque vincas Nireа:
Eheu translatos alio merebis amores:
Aſt ego vicissim risero.

AD POP. ROMANVM.

Deploratio Romæ suis viribus ruentis in bellis ciuilibus: & adhortatio ad relinquendam ob ea patriam.

EPODI XVI.

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas:
Suis & ipsa Roma viribus ruit.
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Etrusca Porsenæ manus,
Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouisque rebus infidelis Allobrox,
Nec fera cærulea domuit Germania pube,
Parentibúsque abominatus Annibal:
Impia perdemus * deuoti sanguinis ætas:*
*Ferisque * rursus occupabitur solum.*
Barbarus heu cineres insistet victor & vrbem
Eques sonante verberabit vngula:
Quaque carent ventis & solibus, ossa Quirini,
*(Nefas * videre) dissipabit insolens.*
*Fortè, quid * expediat, communiter, aut melior pars*
Malis carere quæritis laboribus.

Perdemus Romã quam neque finitimi, &c.

D. sang. Quorum sanguis cædi mutuæ deuotus esse videtur, ad expiãda maiorum scelera.

Rursus, vt occupatum erat antequam haberet ædificia. Al. videri.

Expediat facere, quid facto sit opus, vt careatis.

Nulla

Nulla sit hac potior sententia: Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas:
Agros atque lares proprios, habitandáque fana* Al. Patrios.
Apris reliquit & rapacibus lupis:
Ire pedes quocunque ferent, quocunque per undas
Notus vocauit, aut proterua Africus.
Sic placet? an melius quis habet suadere? secunda
Ratem occupare quid moramur alite?
*Sed iuremus in hac: * simul imis saxa renârint*
Vadis leuata, ne redire sit nefas:
** Neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando*
Padus Matina lauerit cacumina:
In mare seu celsus procurrerit Apenninus:
Nouáque monstra iunxerit libidine
*Mirus amor. iuuet vt tigres * subsidere cerui,*
Adulteretur & columba miluio:
*Credula nec * flauos timeant armenta leones:*
Amétque salsa leuis hircus aquora.
Hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulces,
Eamus omnis execrata ciuitas:
** Aut pars indocili melior grege. mollis & exspes*
Innominata perprimat cubilia.
Vos, quibus est virtus muliebrem tollite luctum,
Etruscæ præter & volate littora,
*Nos manet Oceanus * circumuagus: arua, beata*
*Petamus arua, * diuites & insulas:*
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret vsque vinea:
Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ:*
*Suámque * pulla ficus ornat arborem:*
Mella cana manant ex ilice: montibus altis
Leuis crepante lympha desilit pede.
Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ:

Ne prius reuertamur, quàm saxa è fundo maris in summam aquam emerserint, & quàm Padus fluuius ad montis Matini cacumen peruenerit. Sic Luc. r. *Et pecudes & equæ maribus subsidere possent.* Al. rauos.

Qui vulgo imperito præstamus. *Quo terra omnis est circumfusa.* Cic. Quæ fortunatæ à Lat. dicuntur, Græcorum exemplo. *Fall.* spem vt in Epist. *Spem metuit seges.* *Pulla*, Nigra, vel Nigricans: quod maturitatem indicat. *Suam* autem, id est, naturalem, non insitam.

Distenta vt supra.

*Refértque * tenta grex amicus vbera:*
Nec vespertinus circumgemit vrsus ouile,
Nec intumescit alta viperis humus:
Pluráque felices mirabimur: vt neque largis
Aquosus Eurus arua radat imbribus:
Pinguia nec siccis vrantur semina glebis:
Vtrúmque rege temperante cœlitum.

Argois remigibus.

*Non huc * Argoo contendit remige pinus:*
Neque impudica Colchis intulit pedem:
*Non huc * Sidonij torserunt cornua nautæ,*
** Laboriosa nec cohors Vlyssei.*
Nulla nocent pecori contagia, nullius astri
*Gregem æstuosa torret * impotentia.*
Iupiter illa pia secreuit littora genti,
Vt inquinauit ære tempus aureum:
Ære, dehinc ferro duravit secula: quorum
Pys secunda vate me datur fuga.

Cadmo duce. Corn. Tac. Ann. lib. 2. Cum his autem & præcedentibus subaudienda hæc Porphyrionis, *Sic enim huc venissent, noluissent recedere.*

Impot. Sæuitia impotens. Vel Ferocia impotēs. vt *ferox & impotens* à Cic. coniunguntur.

Vt inq. Ex quo inq. vel postquā.

Ad Canidiam Veneficam, Palinodia seu deprecatio ironica, sub qua latet alia eius accusatio.

IAM iam efficaci do manus scientiæ
Supplex, & oro regna per Proserpinæ,
Per & Dianæ non mouenda numina.
Per atque libros carminum valentium
Refixa cœlo deuocare sydera,
*Canidia parce * vocibus tandem sacris,*
*Citúmque retro solue, solue * turbinem.*
** Mouit nepotem Telephus Nereium,*
In quem superbus ordinarat agmina
Mysorum, & in quem tela acuta torserat,
Luxere matres illæ addictum feris

V.f. Carm. magicis. Vel, ditis & imprecationibus abstine.

Turb. Magicum rhombum: qui & Thessalicus.

M. n. Achilles inimicis suis inexorabilem se non præbuit.

Alitibus

Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem,
Postquam relictis mœnibus rex procidit
(Heu) peruicacis ad pedes Achillei.
Setosa duris exuere pellibus
Laboriosi remiges Vlyssei
Volente Circe membra: tunc mens, & sonus
* *Relatus, atque notus in vultus honor.* Al. *Relapsus.*
Dedi satis superque pœnarum tibi,
Amata nautis multum & institoribus.
Fugit iuuentas, & verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida:
Tuis * *capillus albus est odoribus.* Canitiem mihi attulerunt tua vnguenta veneficijs mixta.
Nullum à labore me reclinat otium:
Vrget diem nox, & dies noctem, neque est
Leuare * *tenta spiritus præcordia.* *Tenta spir.* Respirando leuare non possum præcordia, quæ spiritu sunt distenta.
Ergo * *negatum vincor vt credam miser,* *Neg.* Vincor vt credam quod negatum à me fuit hactenus, id est, Adigor ad credendum quod negaueram. Canidiæ Sab. cantiones vim habere ad perturbandos animos, &c.
Sabella pectus increpare carmina,
Capútque Marsa dissilire nænia.
Quid amplius vis? ô mare & terra, ardeo, Al. *Virens.*
Quantum neque atro delibutus Hercules
Nessi cruore, nec Sicana feruida
* *Furens in Ætna flamma, tu, donec cinis*
Iniurioſis aridus ventis ferar,
Cales venenis officina Colchicis.
Quæ finis? aut * *quod me manet stipendium?* Cuius pœnæ irrogationem vis me expectare? Castor & Pollux quum indignati Stesichoro, quòd Helenam versibus suis infamasset, visum ei ademissent, postea reddiderunt, vbi palinodiam cecinit.
Effare: iussas cum fide pœnas lunam:
Paratus expiare, seu poposceris
Centum iuuencos: siue mendaci lyra
Voles sonari, tu pudica, tu proba,
Perambulabis astra sidus aureum.
* *Infamis Helenæ Castor offensus vice,*
Fratérque magni Castoris, victi prece
Adempta vati reddidere lumina.

Et tu (potes nam) solue me dementia,
** O nec paternis obsoleta sordibus,*
Nec in sepulchris pauperum prudens anus
Nouendiales dissipare pulueres.
Tibi hospitale pectus, & puræ manus:
*Tuúsque venter * partumeius: & tuo*
Cruore rubros obstetrix pannos lauit,
Vtcunque fortis exilis puerpera.

O nec p. Palinodia ironica qua affirmat quæ se negare dicit.

Partui aptus. Qui partum edere potest & solet, vt quidam exp. Sed vet. schol. nomen proprium putant: vt dicatur Part. filius eius esse, non suppositicius. Leg. & *Patumeius*: item *Pactumeius*.

CANIDIAE RESPONSIO *qua veniam Horatio denegat.*

QVID *obseratis auribus fundis preces?*
Non saxa nudis surdiora nauitis
** Neptunus alto tundit hybernus salo.*
** Inultus vt tu riseris Cotytia*
Vulgata, sacrum liberi Cupidinis?
*Et exquilini * pontifex venefici*
Impunè vt vrbem nomine impleris meo?
Quid proderit ditasse Pelignas anus,
Velociúsue miscuisse toxicum,
Si tardiora fata te votis manent?
Ingrata misero vita ducenda est, in hoc,
Nouis vt vsque suppetas doloribus.
*Optat quietem Pelopis * insidus pater,*
Egens benignæ Tantalus semper dapis:
Optat Prometheus obligatus aliti:
Optat supremo collocare Sisyphus
In monte saxum: sed vetant leges Iouis.
** Voles modò altis desilire turribus,*
Modò ense pectus Norico recludere:
Fruſtráque vincla gutturi innectes tuo,
Fastidiosa tristis ægrimonia.
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques?

Neptunus. Mare hybernis tempest. concitatum.

Inult. Itane permittam vt tu inultus ris. Cot. quæ sacra erant nocturna, flagitiosa a Cotytione dea.

Pont. Constitutus à me arbiter & censor veneficiorum quæ in Ecclesiaro.

Al. *insidi.*

Sic tu voles, &c.

Meaque

Meæque terra cedet insolentiæ.
** An, quæ mouere cereas imagines,*
Vt ipse nosti curribus, & polo
Deripere Lunam vocibus possum meis:
Possum crematos excitare mortuos,
Desideríque temperare poculum:
Plorem artis in te nil agentis exitum?

Q. d. An quæ res adeo difficiles arte mea magica efficere possum, nullam tandem viam, qua te vlciscar, inueniam? Videtur enim *Plorem* ita dicta, vt *Inultus vt flebo puer?* Legitur autem variè vlt. versus: de quo in Annot.

Q. HORATII FLACCI CARMEN SECVLARE,

Pro imperij Ro. incolumitate.

PHœbe, syluarúmque * potens Diana,
Lucidum cœli decus, ô colendi
Semper, & culti, date quæ precamur
** Tempore sacro:*

Pot. i. domina.

Quod Sibyllini monuere versus,
Virgines lectas, puerósque castos,
** Dis, quibus septem placuere colles,*
Dicere carmen.

Die festo, vel diebus festis. vt Ode 12. l. 2. *sacro Diana celebrè die.* Dijs Romæ præsidibus & custodib. seu tutelaribus.

Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis & celas, aliúsque & idem
Nasceris: possis nihil vrbe Roma
Visere maius.

Rite maturos aperire partus
** Lenis Ilithyia, tuere matres:*
Siue tu Lucina probas vocari,
Seu Genitalis.

Lenis in aperiendis part. Quæ leni manu fœtus in lucem profers. Alij intell. facilem & propitiam.

Diua, producas sobolem: patrúmque
Prosperes decreta super iugandis
Fœminis, prolísque nouæ feraci
Lege marita:
** Certus vt denos decies per annos*
*Orbis * & cantus referátque ludos,*
** Ter die claro, totiésque grata*
Nocte frequentes.
Vósque veraces cecinisse Parcæ,
Quod semel dictum est, stabilísque rerum
*Terminus * seruat, bona iam peractis*
Iungite fata.
Fertilis frugum pecorísque tellus
** Spicea donet Cererem corona:*
Nutriant fœtus & aquæ salubres,
Et Iouis aura.
Condito mitis placidúsque telo
Supplices audi pueros Apollo:
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas:
*Roma si vestrum est opus, * Iliæque*
Littus Etruscum tenuere turmæ,
** Iussa pars mutare lares & vrbem*
Sospite cursu:
*Cui per ardentem * sine fraude Troiam*
*Castus Æneas * patriæ superstes*
Liberum muniuit iter, daturus
Plura relictis:
Dij probos mores docili iuuentæ,
Dij senectuti placidæ quietem,
Romulæ genti date rémque prolém-
-que, & decus omne.
Quíque vos bobus veneratur albis

Al. *Certus vndenos d. p. a. Orbis, vt cantus*, &c. vt intell. ludos sæculares centesimodecimo quoquo anno fieri solitos fuisse.

Ter die. Tribus diebus totidémque noctibus.

Al. *Serues.*

Spices. Tibull. *Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona Spicea.*

Troianæ.

Iussu Apollinis Æneam sequuta.

Sine damno vllo effugiem dedit. P. i. Qui patria euersa euasit.

* *Clarus*

* *Clarus Anchiſæ Veneríſque ſanguis,*
Imperet bellante prior, iacentem*
Lenis in hoſtem.
Iam marí terraque manus potentes
Medus Albanáſque timet ſecures:
Iam Scythæ reſponſa petunt, ſuperbi*
Nuper, & Indi:
Iamfides, & pax, & honor, pudórque
Priſcus, & neglecta redire virtus
Audet: apparetque beata pleno
Copia cornu.
Augur & fulgente decorus arcu
Phœbus, acceptúſque nouem Camœnis,
Qui ſalutarí leuat arte feſſos
Corporis artus.
Si Palatinas videt æquus* arces:*
Rémque Romanam, Latiúmque felix,*
Alterum in luſtrum meliuſque ſemper
** Proroget æuum.*
Quæque Auentinum tenet Algidumq́,
* *Quindecim Diana preces virorum*
* *Curet, & votis puerorum amicas*
** Applicet aures.*
* *Hæc Iouem ſentire, deóſque cunctos,*
Spem bonam certámque domum reporto,
Doctus & Phœbi chorus & Dianæ
Dicere laudes.

Auguſtas. Is enim à Iulio Cæſare: Iulius autem ab Iulo.
Prior. Superior, Præſtantior.
Expectant quid ſibi imperetur. Alludit ad epithetum ἐργυεόξος.
Propitius, Placidus.
Arces. Al. *aras.*
Felix quidã exp. Secundus, Proſper: diſtinguendo poſt *Latiúmque.*
Al. *Proroget.*
Quia Quindecim virũm collegio ludorum ſæcularium cura mandabatur, vt ſcr. Tac. libr. 2.
Al. *Curat.*
Al. *Applicat.*
Hæc Iouem ſent. Ego chorus peritus canendi laudes Ph. & D. reporto domum ſpem bonam certãmque, Iouem deóſque cunctos his aſſentiri, vota noſtra habere rata.

Q. HORATII FLACCI SERMONVM SIVE SATYRARVM LIBER I.

SATYRA PRIMA.

Inuehitur primùm in prauam hominum consuetudinem, qua fit vt nunquam sua sorte sint contenti, nec in suo vitæ instituto sibi placeant, sed alienum suo anteferant, & suæ conditionis semper eos pœniteat. D. inde auaritiam, capta ex hoc sermone occasione, insectatur.

Qvi fit, Mæcenas, vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
*Contentus viuat? laudet * diuersa sequentes?* Diuersa studia seq. Quibus est aliud vitæ institutum.
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contrà mercator, nauim iactantibus austris,
*Militia est potior. * quid enim? concurritur: horæ* Cur n. non sit potior? Quid n. cõtra dicat, qui hoc neget?
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat iuris legúmque peritus,
Sub galli cantum consultor vbi ostia pulsat.
** Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbẽ est,* Agric. qui cum vadimonio prom. se' iudicio stat. rum.
Solos felices viuentes clamat in vrbe.
** Cætera de genere hoc (adeo sunt multa) loquacem* *Cætera de genere hoc* Lucr. hemistichium.
Delassare valent Fabium. ne te morer, audi
Quò rem deducam. siquis deus, En ego, dicat,
Iam faciam quod vultis. eris tu, qui modò miles,
Mercator: tu, consultus modò, rusticus. hinc vos,
Vos hinc mutatis discedite partibus. eia,
Quid statis? nolunt. atqui licet esse beatis.
Quid causæ est, meritò quin illis Iupiter ambas

Iratus buccas inflet? neque se fore posthac
Tam facilem dicat, votis vt præbeat aurem?
*Præterea, * ne sic vt qui iocular i, ridens*
Percurram. quanquam ridentem dicere verum
*Quid vetat? vt pueris olim dant * crustula blandi*
Doctores, elementa velint vt dicere prima.
Sed tamen amoto quæramus seria ludo.
Ille grauem duro terram qui vertit aratro:
Perfidus hic caupo, miles, nautæque, per omne
Audaces mare qui currunt: hac mente laborem
Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aiunt quum sibi congesta sint cibaria: sicut
Paruula (nam exemplo est) magni formica laboris
Ore trahit quodcunq; potest, atq; addit aceruo,
Quem struit, haud ignara ac non incauta futuri.
*Quæ, * simul inuersum cōtristat * Aquarius annū,*
Non vsquam prorepit: & illis vtitur antè
Quæsitis, patiens. quum te neq; feruidus æstus
Dimoueat lucro, neq; hyems, ignis, mare, ferrum,
Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter:
Quid iuuat immensum te argenti pondus & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
** Quod si comminuas, vilem redigatur ad assem:*
At ni id fit, quid habet pulchri constructus aceruus?
Millia frumenti tua triuerit area centum,
*Non tuus * hoc capiet venter plus quàm meus: vt si*
** Reticulum panis venales inter onusto*
Fortè vehas humero, nihilo plus accipias quàm
*Qui nil portarit. vel dic, quid referat * intra*
Naturæ fines viuenti, iugera centum, an
Mille aret. at suaue est ex magno tollere aceruo:
Dū ex paruo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cameris granaria nostris?

Ne hęc ita percurram, vt qui ioc. percurrit. Relinquitur autem oratio suspensa, per hyperb. *Crustula.* Placentas, aut earum frusta.

Simulatque aduenit hyems. Aquarium sol ingreditur mense Ian.

At si minuas, insumendo paulatim Verba sunt auari: cui Hor. At ni &c. *Hoc.* Propter hoc, Ideo. Alij *Hoc.* δεικτικῶς. Q. d. Ne hoc quidem pilo plus, &c. Rit Sacculi genus *Ven.* seruos. Contento ijs quæ naturæ necessitas poposcit.

*Vt tibi si sit opus * liquidi non amplius vrna,* Aquæ. ũ ũd ẽ ẽ
Vel cyatho: & dicas, Magno de flumine mallem
Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere. eo sit,
**Plenior vt siquos delectet copia iusto,* Alleg. vt qui mediocritate non contenti sunt, ijs immensarum opum cupido sit exitio.
Cum ripa simul auulsos ferat Ausidus acer.
At qui tantuli eget quanto est opus, is neque limo
Turbatã haurit aquã, neq; vitã amittit in vndis.
*At bona pars hominum, decepta * cupidine falsi,* Cupiditatis præda.
Nil satis est, inquit: quia tanti, quantum habeas, sis.
Quid facias illi? iubeas miserum esse libenter,
Quatenus id facit. vt quidam memoratur Athenis
Sordidus, ac diues, populi contemnere voces
Sic solitus, Populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congestis vndique saccis
*Indormis inhians: & * tanquam parcere sacris* Parc. t. fact.
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
*Nescis * quò valeat nummus? quem præbeat vsum?* Quò val. Ad quem vsum. Al. Quid.
Panis ematur, olus, vini sextarius: adde,
Queis humana sibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctesque diesque
Formidare malos fures, incendia, seruos,
*Ne te compilent fugientes: hoc iuuat? * horum* Talium, quæ tantus metus sequatur.
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.
At si condoluit temptatum frigore corpus,
*Aut alius casus lecto te * affixit: habes qui* Al. *Affixit.*
Assideat, fomenta paret, medicum roget vt te
Suscitet, ac reddat gnatis, charisque propinquis.
Non vxor saluum te vult, non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri atque puellæ.
Miraris, quum tu argentò post omnia ponas,

Si nemo præstet quem non merearis amorem?
Vide annot. ** At si cognatos, nullo natura labore*
Quos tibi dat, retinere velis seruaréque amicos:
Infelix operam perdas: vt siquis asellum
In campo doceat parentem currere frænis.
Denique sit finis quærendi: quóque habeas plus,
Pauperiem metuas minus: & finire laborem
Partis opibus quas cupiebas. *Diues* Ita diues vt met. enim non numeraret. Ita ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. *Incipias, * parto quod auebas: nec facias quod*
*Numidius quidam (non longa est fabula) * diues,*
Vt metiretur nummos: ita sordidus vt se
Non vnquam seruo melius vestiret: ad vsque
Supremum tempus, ne se penuria victus
Vel vxor, vel concubina. Q. d. ipsa etiam Clytemn. fortior. *Mæn.* & *Nom.* luxuriosi. *Opprimeret, metuebat, at hunc * liberta securi*
*Diuisit medium, * fortissima Tyndaridarum.*
*Quid mi igitur suades? vt viuam * Mæuius? aut sic*
Vt Nomentanus? pergis pugnantia secum
Nequam. *Frontibus aduersis componere. non ego, auarum*
*Quum veto te fieri, * vappam iubeo ac nebulonem.*
Libertum Mæc. *Est inter * Tanaim quiddam socerúmque Viscilli.*
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra citráque nequit consistere rectum.
Vide annot. *Illuc, vnde abijt, redeo: * nemón' vt auarus,*
Se probet, ac potiùs laudet diuersa sequentes?
Quódque aliena capella gerat distentius vber,
Tabescat? neque se maiori pauperiorum
Turbæ comparet? hunc atq; hunc superare laboret?
Sic festinanti semper locupletior obstat.
Vt quum carceribus missos rapit vngula currus,
Instat equis auriga, suos vincentibus illum
Contemnens illum quem præterijt, vt auarus minus diuites cont. ditiores assequi studet. ** Præteritum temnens extremos inter euntem.*
Inde fit vt rarò, qui se vixisse beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat, vti conuiua satur, reperire queamus.

Iam

Iam satis est: ne me Crispini scrinia Lippi
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

SATYRA II.

Exemplis dictum illud confirmat, *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.* Insanas quorundam circa adulteria libidines insectatur.

* *AMbubaiarum collegia, pharmacopolæ,*
Mendici, mimæ, balatrones: hoc genus omne
Mœstum ac solicitum est cantoris morte Tigelli.
*Quippe benignus erat. contrà * hic ne prodigus esse*
Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo, duramque famem depellere possit.
Hunc si perconteris, aue cui atque parentis
*Præclaram ingrata * stringat malus ingluuie rem,*
*Omnia * conductis coemens obsonia nummis:*
Sordibus atque animi quòd parui noluit haberi,
Respondet, laudatur ab his, culpatur ab illis.
*Fusidius * vappe famam timet ac nebulonis,*
Diues agris, diues positis in fœnore nummis.
* *Quinas hic capiti mercedes exsecat: atque*
Quanto perditior quisque est, tanto acrius vrget,
* *Nomina sectatur, modò sumpta veste virili,*
Sub patribus duris, tyronum. maxime, quis non,
*Iupiter, exclamat, simulatque audiuit, * at in se*
Pro quæstu sumptum facit. hic, vix credere possis
Quàm sibi non sit amicus: ita vt pater ille, Terenti
Fabula quem miserum nato vixisse fugato,
Inducit, non se peius cruciauerit atque hic.
Si quis nunc quærat quò res hæc pertinet: illuc,
Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.
Malthinus tunicis demissis ambulat, est qui
Inguen ad obscœnum subductis vsq; facetus:
Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.
Nil medium est. sunt qui nolint tetigisse nisi illas

Vagarum & impudic. mulierum. Alii tibicinas vel tibicines intell. Vide annot. Alius, qui est auarus.

Velut in fascem aut cumulum compressam profundat. Fœnori acceptis. Sic *Vappam ac neb.* sat. præc.

Quinas centes. de sorte de iucit. *Cap.* vt Gr. τὴν κεφαλάγω. *N. sect.* Dat operam vt habeat in nominibus tyrones, illis fœneraus. *At in se p.q. s.f.* At (dices) pro magnitudine quæstus in suum victum & cultum sumptus facit.

Quarum subsuta talos tegat instita veste:
Contrà alius, nullam nisi olenti in fornice stantem.
Quidam notus homo quum exiret fornice, Macte
Virtute esto, * inquit sententia dia Catonis.
Nam simulac venas inflauit tetra libido,
Huc iuuenes aequum est descendere, non alienas
Permolere vxores. Nolim laudarier inquit,
Sic me, mirator cunni Cupennius, ubi.
Audire est operæpretium, * procedere rectè
Qui mœchis non vultis, vtromni parte laborent:
Vtque illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque hæc rara, cadat dura inter sæpe pericla.
Hic se præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæsus: fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turba: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones. quinetiam illud
Accidit, vt cuidam testes, * caudamque salacem
* Demetteret ferrum. iure, omnes: Galba negabat.
Tutior at quanto merx est in classe secunda?
Libertinarum dico: Salustius in quas
Non minus * insanit, quam qui mœchatur. at hic si,
Quà res, quà ratio suaderet, quaque modestè
Munificum esse licet, vellet bonus atque benignus
Esse; * daret quantum satis esset, nec sibi damno
Dedecorique foret. verùm * hoc se amplectitur vno,
Hoc amat, hoc laudat: Matronã nullam ego tango.
Vt quondam Marsaus amator * Originis ille
Qui patrium mimæ donat fundumq, laremq,
Nil fuerit mi (inquit) cum vxoribus vnquã alienis.
Verum est cum mimis, est cum meretricibus: vnde
Fama * malũ grauius, quàm res trahit. an tibi abũde
* Personam satis est, non illud quicquid vbique
Officit, euitare? bonam deperdere famam,

Inquit illi Cato. Periphr.

Qui gaudetis mœchis suam nequitiam infeliciter cedere.

Penem amputaret.

Iure omnes factum dicebant.

Insanos sumptus facit.

Non plus daret quam satis esset.

Hoc vno sibi placet. Meretricis.

Mal. gr. Damnum gr. accipit fama quàm res famil. quàm facultates. * Pers. matronæ, euitare, & interim

Rem

Rem patris oblimare, malũ eſt vbicunq; quid inter-
--eſt in matrona, ancilla, peccéſne togata?
Vllius in Fauſta, Syllæ gener (hoc miſer vno
Nomine deceptus) pœnas dedit vſque, ſupérque
Quàm ſatis eſt: pugnis cæſus, ferróque petitus,
Excluſus foras, quum Longárenus foret intus.
Huic ſi mutonis verbis mala tanta videntis
Diceret hæc animus: Quid vis tibi? nũquid ego à te
Magno prognatum depoſco Conſule cunnum,
Velatumque ſtola, meaque conſerbuit ira?
Quid reſponderet? Magno patre nata puella eſt.
At quanto meliora monet, pugnantiáque iſtis,
Diues opis naturaſuæ. ſi tu modò rectè
Diſpenſare velis, ac non fugienda petendis
Immiſcere. tuo vitio, rerúmne labores,
Nil referre putas? quare, ne pœniteat te,
De ſine matronas ſectarier: vnde laboris
Plus haurire mali eſt, quã ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter nimeos viridéſque lapillos,
(Silicet hoc Charinte tuũ) tenerum eſt femur, aut
Rectius, atq; etiam melius perſæpe togatæ. (crus
Adde huc, quòd mercem ſine fucis geſtat: apertè
Quod venale habet, oſtẽdit: nec, ſi quid honeſti eſt,
Iactat, habétque palàm: quærit quo turpia celet.
Regibus hic mos eſt: vbi equos mercantur, apertos
Inſpiciunt: ne, ſi facies (vt ſæpe) decora
Molli ſulta pede eſt, emptorem inducat hiantem,
Quòd pulchræ clunes, breue quòd caput, ardua cer-
Hoc illi rectè, ne corporis optima Lynceis (vix.
Contemplere oculis, Hypſæa cacior, illa
Quæ mala ſunt ſpectes. ô crus, ô brachia: verùm
Depygis, naſuta, brauis latere, ac pede longo eſt.
Matrónæ, præter faciem, nil cernere poſſis,

eandem famæ & rei famil. iacturã in alijs mul. facere.

Pulchri, ſpecioſi.

Cupiditate illius accenſum, Emere illam percupientem.

Rectè faciunt.

Cætera, ni Catia eſt, demiſſa veſte tegentis.
Si matronæ concupies, lege vetitum, & multis difficult. obſeptum. Conſt. Cinerarij, qui calamiſtris crines inuehebant. Vel, Nil obſtat Cois tibi.
Si * interdicta petes, vallo circumdata, (nam te
Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officient res:
Cuſtodes, lectica, * ciniſlones, paraſitæ,
Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla:
Plurima, quæ inuideant purè apparere tibi rem.
Altera * nil obſtat: Cois tibi penè videre eſt
Vt nudam: ne crure malo, ne ſit pede turpi:
Metiri poſſis oculo latus. an tibi maius
Inſidias fieri, pretiúmque auellier, antè
Quàm mercem oſtendi? leporem venator vt alta
Vide annot. Quidam rep. Captat. de quo vide annot.
In niue ſectatur, * poſitum ſic tangere nolit:
* Canta, & apponit. meus eſt amor huic ſimilis: nã
Tranſuolat in medio poſita, & fugientia captat.
Hiſcine verſiculis ſperas tibi poſſe dolores,
Atque æſtus, curáſque graues è pectore pelli?
Nonne cupidinibus ſtatuit natura modum? quem,
Quid latura ſibi, quid ſit dolitura negatum,
Inutilia & vana ab vtil. & neceſſarijs diſcernere.
Quærere plus prodeſt, & * inane abſcindere ſoldo?
Num, tibi quum fauces vrit ſitis, aurea quaris
Pocula? num eſuriens faſtidis omnia præter
Pauonẽ rhombúmq; ? tumẽt tibi quæ inguina, nũ, ſi
Ancilla, aut verna eſt præſto puer, impetus in quem
Continuò fiat, malis tentigine rumpi?
Non ego. nanq; parabilem amo Venerem facilemq;.
Illam poſt paulo: ſed pluris, ſi exierit vir.
Gallis hanc, Philodemus ait: ſibi, quæ neque magno
Stet pretio, neque cunctetur, quum eſt iuſſa, venire.
Candida rectáq; ſit: munda hactenus, vt neq; longa
Nec magis alba velit, quàm det natura, videri.
Hæc vbi ſuppoſuit dextro corpus mihi læuum,
Ilia & Ægerina eſt: donemus quodlibet illi.
Nec vereor, ne dum futuo, vir rure recurrat:

Ianua frangatur. latret canis, vndique magno
Pulsa domus strepitu resonet, vel pallida lecto
Desiliat mulier, miseram se conscia clamet:
Cruribus hæc metuat, doti deprensa, egomet mi.
Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo:
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.
Deprendi miserum est: Fabio vel iudice vincam.

SATYRA III.

Eos primùm reprehendit, qui quum ad sua ipsorum vitia conniueant, in alienis videndis acumine oculorum valent. Deinde amatorum & patrum exemplo leuiora vitia in amicitia dissimulanda esse docet. Postremò ad reprehensionem Stoici paradoxi dilabitur, quo paria esse peccata dicunt.

OMnibus hoc vitiũ est cãtoribus, inter amicos
Vt nunquam inducãt animũ cantare, rogati:
Iniussi nunquam desistant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. * *Cæsar, qui cogere posset.*
Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non
Quicquam proficeret. si collibuisset, * *ab ouo*
Vsque ad mala * *citaret. Io Bacche, modò summa*
Voce, modò hac resonant quæ chordis quattuor ima,
Nil æquale homini fuit illi, * *sæpe velut qui*
Currebat fugiens hostem: per sæpe velut qui
* *Iunonis sacra ferret. habebat sæpe ducentos,*
Sæpe decem seruos: modò reges atque tetrachas,
Omnia magna loquẽs: modò: Sit mihi mẽsa tripes, et
Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus,
Quanuis crassa, queat. Decies centena dedisses
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. noctes vigilabat ad ipsum
Mane, diem totum stertebat. nil fuit vnquam
Sic * *impar sibi. nunc aliquis dicat mihi, Quid tu?*
Nulláne habes vitia? immò alia, haud fortasse mino-
Mauius absentẽ Neuiũ quũ carperet, Heus tu (ra.

Cæs. quum essetis qui cogendi potest, habere.
Ab ouo Ab initio cœnę, vsque ad secundam mensam.
Citaret. Clara voce inuocaret Bacchum.
S. u. q. Qui sæpe curr. velut fug.
Iun. s. quæ qui ferebant, tardissimè incedebant.

Vt suprà. Nil æquale h. fuit illi.

(Quidam)

(Quidnam ait) ignoras te? an vt ignotũ dare nobis
Verba putas? Egomet mi ignosco, Mevius inquit.
Stultus & improbus hic amor est, dignusq; notari.
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum
Sep. Epid. pro quelibet. Quam aut aquila, aut *serpens Epidaurius? at tibi
Euenit, inquirat vitia vt tuarursus & illi. (contrà
Sagaciter odorantibus. Huius ætatis. Iracundior est paulo minus aptus* acutis
Ep. 1. l. 1. Si curtatus ineq. tonſ. capillos. Ibidem, ſi toga diſſidet impar. Naribus. * horum hominum, ridere possit, eo quod
* Rusticius tonso toga defluit, & male laxus
In pede calceus hæret. at est bonus, vt melior vir
Non alius quisquã. at tibi amicus: at ingeniũ ingens
Inculto latet hoc sub corpore. denique teipsum
Alleg. de vitijs quæ innascuntur animis qui doctrina & præceptis non excoluntur. * Concute, num qua tibi vitiorum inseuerit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala. nanque
Neglectis vrenda filix innascitur agris.
Præuert. Prius sermonem eò conuertamus. Illuc * præuertamur. amatorem quod amicæ
Pol. Narium morbus. Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc
Delectant: veluti Balbinum* polypus Agnæ.
Vellem in amicitia sic erraremus: & isti
Errori nomen virtus posuisset honestum.
At, pater vt gnati, sic nos debemus amici,
Si quod sit vitium, non fastidire. strabonem
Appellat pætum pater; & pullum, male parvus
Si cui filius est: vt abortivus fuit olim
Sisyphus. hunc, varum, distortis cruribus, illum
Balbutit scaurum, pravis fultum male talis.
Parcius hic vivit? frugi dicatur. ineptus
Et iactantior hic paulo est? concinnus amicis
Postulat vt videatur. at est truculentior, atque
Plus æquo liber? simplex fortisque habeatur.
Ingenio ſcripſiſſe præditus. * Caldior est? acres inter numeretur, opimor,
Hæc rès & iungit, iunctos & seruat amicos.

At

At nos virtutes ipſas inuertimus, atque
** Sincerum cupimus vas incruſtare. probus quis*
Nobiſcum viuit? multum eſt demiſſus homo. illi
Tardo, cognomen pinguis damus. hic fugit omnes
Inſidias, nullique malo latus obdit apertum?
(Quum genus hoc inter vitia verſetur, vbi acris
Inuidia atque vigent vbi crimina) pro bene ſano
Ac non incauto, fictum aſtutumque vocamus.
Simplicior ſiquis (qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi Mæcenas) vt forte legentem
*Aut tacitum * impellat quouis ſermone moleſtus:*
Communi ſenſu plane caret, inquimus. eheu
Quàm temere in noſmet legem ſancimus iniquam.
Nam vitijs nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt,
Qui minimis vrgetur. amicus dulcis, vt æquũ eſt,
Cum mea compenſet vitijs bona: pluribus hiſce,
*(Simodo plura mihi bona ſunt) * inclinet amari,*
Si volet. hac lege, in trutina ponetur eadem,
*Qui, * ne tuberibus propriis offendat amicum,*
Poſtulat. ignoſcat verrucis illius. æquum eſt,
Peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus.
*Denique, * quatenus excidi penitus vitium iræ,*
Cætera item nequeunt ſtultis hærentia: cur non
Ponderibus moduliſque ſuis ratio vtitur? ac res
Vt quæq; eſt, ita ſupplicijs delicta coercet?
Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus,
Semeſos piſces tepidumq; ligurierit ius,
In cruce ſuffigat: Labeone inſanior inter
Sanos dicatur. quanto hoc furioſius atque
Maius peccatum eſt? paulum deliquit amicus:
*Quod niſi concedas, habeare inſuauis: * acerbus*
Odiſti: & fugis, vt Druſonem debitor æris,
Qui, niſi quum triſtes miſero venere Calendæ,

Quæ ſincera & pura ſunt ſuapte natura, impuro tectorio deformamus.

Quidam leg. *Appellat.*

Virt. cum vitijs comparans, propendeat in virt. & earum pondere vitia eleuet. *Qui ne* t. Alleg. Qui grauiora pecc. vult ſibi ignoſci, ignoſcat ei leuiora. *Quat.* e. Quandoquidem extirpari vitia nequeunt, cur non ſaltem trutina rationis examinamus & caſtigamur?

At tu id non concedis ei & ignoſcis, ſed eum acerbè odiſti.

Mercedem

Mercedem aut nũmos vnde vnde extricat: amaras
Porrecto ingulo historias, captiuus vt, audit.*
Comminxit lectum potus: mensáue catillum
Euandri manibus tritum deiecit: ob hanc rem,
Aut positum ante mea quia pullum in parte catini
Sustulit esuriens: minus hoc iucundus amicus
Sit mihi? quid faciam, si furtum fecerit? aut si
Prodiderit commissa fide? sponsumue negarit?
Queis paria esse fere placuit peccata, laborant,
Quũ ventũ ad verũ est: sensus moresq; repugnant,
Atque ipsa vtilitas, iusti propè mater & æqui.
Quum prorepserunt primis animalia terris,
Mutũ & turpe pecus, glandẽ atq; cubilia propter,
Vnguibus & pugnis: dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricauerat vsus.
Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
Nominaque inuenire. dehinc absistere bello.
Oppida cœperunt munire: & ponere leges,
Nequis fur esset, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Causa: sed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos Venerem incertam rapientes, more ferarum,
Viribus editior cadebat, vt in grege taurus.
Iura inuenta metu iniusti fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis euoluere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum,
Diuidit vt bona diuersis, fugienda petendis.
Nec vincet ratio hoc, tantundem vt peccet idemq;
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus diuũm sacra legerit. adsit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Ne scutica dignum, horribili sectere flagello.
Nam vt ferula cædas meritum maiora subire

Verbera,

Vide annot.

Vetus iff. ideoque pretiosissimum.

Qualis in illum esse debeam. si &c.
Fide pro fidei.
Paria. Promissum inficiatus sit.
Ad Stoici paradoxi confutationem tandem aperte descendit.

Sicut secernit bona à malis. *Nec vin.* Nec inuenie ur rationi consentaneum esse vt omnia pcc sint paria. Nocti sacril. commiserit.

Verbera non vereor: quum dicas esse pares res
*Furta latrocinijs, & * magnis parua mineris*
Falce recisurum simile te, si tibi regnum
Permittant homines. Si dives, qui sapiens est,
Et sutor bonus, & solus formosus, & est rex: (quit
** Cur optas quod habes? Non nosti quid pater (in-*
Chrysippus dicat: Sapiens crepidas sibi nunquam
*Nec soleas fecit sutor, tamen est sapiens. * quo?*
Vt, quamuis tacet Hermogenes, cantor tamen atq;
Optimus est modulator: vt Alfenus vafer, omni
Abiecto instrumento artis, clausaque taberna,
Sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis
*Est opifex solus. sic rex. * vellunt tibi barbam*
Lasciui pueri: quos tu nisi fuste coerces,
Vrgeris turba circum te stante: miserque
** Rumperis, & latras, magnorum maxime regum.*
*Ne longum faciam: * dum tu quadrante lauatum*
Rex ibis: neque te quisquam stipator, ineptum
Præter Crispinum, secto abitur: & mihi dulces
Ignoscent, siquid peccauero stultus, amici.
Inque vicem illorum patiar delicta libenter:
Priuatúsque magis vivam te rege beatus.

Eadem pœna puniturum; parua pecc. qua magna.

Cur addis hanc condit. *Si tibi regnum perm. h*

Quomodo? Alij, Quò istuc pertinet? Legitur & Qui.

Tibi ineptienti illudentes: vel, paruum tuam regiam potest metuentes. *Rump.* clamore. Quandiu vt vnus è vulg. bal. quadr. pro mercede persolues.

SATYRA IIII.

Lucilium veteres comicos Græcos sequutum, mordacem fuisse ait: sua tamen scripta non itidem legi ostendit, quum bona pars hominum sibi vitij alicuius conscia, se ibi perstringi sciat. Se alioqui virulentia carere, ac tantum iocose & velut paterna quadam castigatione ad deterrendos à vitijs homines vti profitetur.

EVpolis, atq; Cratinus, Aristophanésque poetæ,
Atque alij quorum comœdia prisca virorũ est:
Siquis erat dignus describi, quòd malus aut fur:
Quòd mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus: multa cum libertate notabant.
**Hinc omnis pendet Lucilius, hosce sequutus,*

Ex horum exemplo, vel imitatione.

Mutatis

Sagax. Acri iudicio præditus.

Mutatis tantùm pedibus numerísque facetus,
** Emunctæ naris, * durus componere versus.*
Nam fuit hoc vitiosus, in hora sæpe ducentos,
Durus, in comp. v. Vt magnam rem, Quasi futuri essent res magni & admiratione digni.
** Vt magnum, versus dictabat, stans pede in uno.*
Quum fluerit lutulentus, erat quod tollere velles.
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem:
*Scribendi rectè. nam * vt multum, nil moror. ecce,*
Vt mal. scribatur. Min. digito in signum contemptus. Vide annot.
*Crispinus * minimo me prouocat: accipe, si vis.*
Accipe iam tabulas. detur nobis locus, hora,
Custodes: videamus uter plus scribere possit.
Dij bene fecerunt, inopis me, quódque pusilli
Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis.
At tu conclusas hircinis follibus auras,
Vsque laborantes dum ferrum molliat ignis,
Vt mauis, imitare. beatus Fannius, vltrò
Cuius imago & capsæ cum libris in bibliotheeas vltro receptæ sunt. P.
** Delatis capsis & imagine: quum mea nemo*
Scripta legat, vulgo recitare timentis: ob hanc rem,
Quod sût quos genus hoc minimè iuuat: vt pote plu-
Culpari dignos. quemuis media erue turba: res
Aut ob auaritiam, aut misera ambitione laborat:
Hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum:
Hunc capit argenti splendor, stupet Albius ære:
Hic mutat merces surgente à sole, ad eum quo
Vespertina tepet regio: quin per mala præceps
Fertur, vti puluis collectus turbine: nequid
De summa perdat. Verba sunt illorum vitiosorum, Fugiendus est hic vt taurus cornupeta.
** Summa deperdat metuens, aut amplíet vt rem.*
Omnes hi metuunt versus, odere poetas,
** Fœnum habet in cornu, longè fuge: dúmodo risum*
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico:
Et, quodcunque semel chartis illeuerit omnes
Gestiet à furno redeuntes scire, lacúque,
Et pueros & anus. agedum pauca accipe contra.
Primùm ego me illorũ, dederim quibus esse poetas,

Excerpam

Excerpam numero. neq́, enim concludere versum
Dixeris esse satis: neque, siquis scribat vti nos,
Sermoni propriora, putes hunc esse poetam.
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os
*Magna *Sonaturum, * des nominis huius honorem.* Sen. Quod sonare possit. Illi dies.
Idcirco quidam, comœdia, nécne poema
Esset, quæsiuere: quòd acer spiritus ac vis
Nec verbis nec rebus inest: nisi quòd pede certo Esset poema néne.
Differt sermoni sermo merus. at pater ardens
*Sæuit, quòd meretrice * nepos insanus amica* Luxuriosus.
Filius, vxorem grandi cum dote recusset:
Ebrius & (magnum quod dedecus) ambulet ante
Noctem cum facibus. nunquid Pomponius istis
Audiret leuiora, pater si viueret? ergo
Non satis est puris versum perscribere verbis:
Quem si dissoluas, quinis stomachetur eodem
*Quo * personatus pacto pater. his, ego quæ nunc,* Comicus, qui in comœdia personam patris sustinet.
Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si.
**Tempora certa modósque: & quod prius ordine* Pedes suos & numeros, vt Lipede certo Differsor.
verbum est,
Posterius facias, præponens vltima primis:
Non, vt si soluas, POSTQVAM DISCORDIA TERRA
BELLI FERRATOS POSTES, PORTASQVE REFREGIT:
** Inuenias etiam disiecti membra poetæ.* Si dissoluas & meos & Luc. versus, non ita comperies aliqua poetica remanere, vt in his Ennij.
Hactenus hæc: aliàs, iustum sit nécne poema.
Nunc illud tantùm quæram: meritóne tibi sit
Suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer
*Ambulat, & Caprius, rauci malè, cúmque * li-* Lib. in quibus descripta sunt maleficorum nomina & crimina.
bellis:
Magnus vterque timor latronibus: at bene siquis
Et vinat puris manibus, contemnat vtrunque.

*Vt

Quanuis sis sim. Patr. illis, cur metuas me, si non vitem C. & S. similis sim? & nulla tab. aut columna lib. meos venales habeat?

In ipsis balneis.

Voluptatem capis ex obtrectatione.

Ex quo audisti hoc quod mihi objicis?

Quauis. ratione Quouis modo, vt dicitur etiam Qualibet.

Asp. Dicterijs incessere: *præter. e. q. pr. aquam.* i. conuiuatorem. Postea vbi est potus hunc quoque aspergit. Quidam leg. *aqua.* iung. cum *quauis.*

Nigr. Virulentis. *Vt t. e. m.* Non candidè nec sincere.

Hic nig. s. Sub his verbis, quibus dicis te mirari quo pacto sit absolutus, quum tamen re illi bene velle dicas, latet liuor quidam maleuolus.

A scriptis meis.

* *Vt sis tu similis Cœli Berríque, latronum,*
Non ego sim Capri, neque Sulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat neque pila libellos,
Quæis manus insudet vulgi, Hermogenísq; Tigelli?
Non recito cuiquam, nisi amicis, ídque coactus?
Non vbiuis, corámue quibuslibet in medio qui
*Scripta foro recitent, sunt multi: quíq; * lauantes:*
Suauè locus voci resonat conclusus. inanes
Hoc iuuat, haud illud quærentes, non sine sensu,
*Tempore num faciant alieno. * lædere gaudes:*
*Inquis: & hoc studio prauus facis. * vnde petitum*
Hoc in me iacis? est autor quis denique eorum.
Vixi cum quibus? absentem qui redit amicum,
Qui non defendit, alio culpante: solutos
Qui captat risus hominum, famámque dicacis:
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit: hic niger est, hunc tu Romane caueto
Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos:
*E quibus vnus auet * quanis * aspergere cunctos,*
Præter eũ qui præbet aquã: pòst, hũc quoq; potus,
Condita quum verax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis, & vrbanus, libérque videtur,
*Infesto * nigris. ego, si risi quòd ineptus*
Pastillas Rufillus olet, Gorgonius hircum,
Liuidus & mordax videor tibi? mentio siqua
De Capitolini furtis iniecta Petilli
*Te coram fuerit: defendas * vt tuus est mos:*
Me Capitolinus conuictore vsus amicó-
--que à puero est, causáque mea permulta rogatus
Fecit: &, incolumis lætor quòd viuit in vrbe:
Sed tamen admiror quo pacto iudicium illud
*Fugerit. * hic nigra succus loliginis, hæc est*
*Ærugo mera. quod vitium procul abfore * chartis,*

Atque

Atque animo prius, vt ſiquid promittere de me
Poſſum aliud, verè promitto. liberius ſi
Dixero quid, ſi forte iocoſius: hoc mihi iuris
Cum venia dabis. * *inſuenit pater optimus hoc me,* Huic rei me aſſuefecit. Alij, vt fugerem hoc. Vide annot.
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Quum me hortaretur, parcè, frugaliter, atque
Viuerem vti contentus eo quod mi ipſe paraſſet:
Nonne vides, Albi vt malè viuat filius? vtq;
Barrus inops? magnũ documentũ, ne patriam rem
Perdere quis velit. A turpi meretricis amore
Quum deterreret, Sectani diſſimilis ſis.
Ne ſequerer mœchas, conceſſa quum Venere vti
Poſſem: deprenſi non bella eſt fama Treboni,
Aiebat. ſapiens, vitatu quidque petitu
Sit melius, cauſas reddet tibi: mi ſatis eſt, ſi
Traditum ab antiquis morem ſeruare, tuamque,
Dum cuſtodis eges, vitam famámque tueri
Incolumem poſſim. ſimulac * *duraverit ætas* Corroborauerit. Non pendebis ex aliena diſciplina. Non egebis monitis cuſtodis, ſeu pædagogi.
Membra animúmq; tuum, nabis ſine cortice. ſic me
Formabat puerum dictis: & ſiue inbebat
Vt facerem quid, Habes autorem quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus ſelectis obiiciebat:
Siue vetabat, An hoc inhoneſtum & inutile factu
Nécne ſit, addubites, flagret rumore malo quum
Hic atque ille? Auidos vicinum funus vt agros
Exanimat, mortiſque metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitijs. ex hoc ego ſanus ab illis,
Perniciem quæcúmq; ferunt: mediocribus, & queis
Ignoſcas, vitijs teneor, fortaſſis & iſthinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus, Non negligo quæ ad formandos mores meos pertinent: dices apud me, Rect.
Conſiliũ propriũ. neq; enim, quum lectulus aut me
Porticus excepit, * *deſum mihi: Rectius hoc eſt:*

Non belle fecit.

Hoc faciens, vitam melius: ſic dulcis amicis
*Occurram. hoc quidam * non belle: nũ quid ego illis*
Imprudens olim faciam ſimile? Hæc ego mecum

Chartas perd. A Vide annot. Locum dare, vel Ignoſcere, vt ſ.

Compreſſis agito labris. vbi quid datur oti,
** Illudo chartis. hoc eſt mediocribus illis*
*Ex vitijs vnum. cui ſi * concedere nolis,*
Multa poetarum veniat manus, auxilio quæ
Sit mihi. nam multo plures ſumus: ac veluti te
Iudæi cogemus in hanc concedere turbam.

Satyra V.

Iter ſuum ab vrbe Roma Brundiſium vſque deſcribit, exemplo Lucilij, qui itidem quoddam iter ſuum deſcripſerat. Narrat autem quæ riſu digna in eos contigerunt: inter quæ primum locum obtinet duorum ſcurrarum Sarmenti & Meſſij facetа contentio.

Al. accepit. Partiti ſumus in duo dies iter quod confici poteſt vno ab ijs qui ſunt expeditiores.

*Egreſſum magna me * excepit Aricia Roma*
Hoſpitio modico: rhetor comes Heliodorus,
Græcorum longè doctiſſimus. inde Forum Appi,
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.
*Hoc iter ignaui * diuiſimus, altius ac nos*
*Præcinctis vnum. minus eſt graue * Appia tardis.*
Hic ego, propter aquam, quòd erat deterrima, vẽtri
** Indico bellum, cœnantes haud animo æquo*
Expectans comites. iam nox inducere terris
*Vmbras, & cœlo diffundere * ſigna parabat.*
Tum pueri nautis, pueris conuitia nautæ
*Ingerere. huc * appelle. trecentos inſeris: ohe*
*Iam ſatis eſt. dum æs exigitur, dum * mula ligatur,*
Tota abit hora. mali culices, ranæque paluſtres
Auertunt ſomnos. abſentem cantat amicam
*Multa prolutus vappa nauta, atq; * viator*
Certatim. tandem feſſus dormire viator
*Incipit: ac * miſſæ paſtum retinacula mulæ*
Nauta piger ſaxo religat, ſtertítque ſupinus.

Aperti ſumus in duo dies iter quod confici poteſt vno ab ijs qui ſunt expeditiores.
App. via non ingrata t. ob crebra diuerſoria.
Signa cœleſtia. *Huc app.* Verba puerorum. *Tr. inſ.* Nimium multos imponis. vel eorundem verba, vel nautæ.
M. quæ nauim trahat.
V. Qui mulam regebat.

Nautæ. perel. ſaxo vel. mulæ miſſæ paſtum, i. nauem ſaxo alligat, funibus quibus mula eam traxerat.

Iámque

Iámque dies aderat, quum nil procedere lintrem
*Sentimus: donec * cerebroſus proſilit vnus,*
Ac mulæ nautæque caput lumboſque ſaligno
*Fuſte dolat. quarta vix demum * exponimur hora.*
Ora manuſque tua lauimus Feronia lympha.
Millia tum pranſi tria repſimus: atque ſubimus
Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.
Huc venturus erat Mæcenas optimus, atque
Cocceius: miſſi magnis de rebus vterque
Legati, auerſos ſolsti componere amicos.
Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illuere. Interea Mæcenas aduenit, atque
*Cocceius: Capitóque ſimul Fonteius, * ad vnguem*
*Factus homo, * Antoni, non vt magis alter, amicus*
* *Fundos Aufidio Luſco prætore libenter*
Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ,
Prætextam, & latum clauum, prunæque catillum.
* *In Mamurrarum laſſi deinde vrbe manemus,*
*Murena præbente domum, Capitone * culinum.*
Poſtera lux oritur multo gratiſſima. nanque
Plotius & Varius Sinueſſa Virgiliúſque
Occurrunt: animæ, quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me ſit deuinctior alter.
O qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim iucundo ſanus amico.
Proxima campano ponti quæ villula tectum
*Præbuit: & parochi * quæ debent ligna ſalémque.*
*Hinc muli Capuæ clitellas * tempore ponunt.*
Luſum it Mæcenas: dormitum ego, Virgiliúſque.
Nanque pila lippis inimicum & ludere crudis.
*Hinc nos Cocceij recipit * pleniſſima villa,*
* *Quæ ſupereſt Claudi cauponas. nunc mihi paucis*
Sarmenti ſcurræ pugnam Meſſíque Cicerri

Cer. Cerebro male affecto. Mente commota. Vel. Iracundus.
Exp. è nau.

Omni elegantiæ genere politus. Sic am. Ant. vt non alius magis Fundi, vrbs in via Appia.
Al. *Vatillum* Paruum vas cui imponuntur prunæ: at hic incenſis in eo odor. Ioui hoſpitali ſacra fiunt. A.
In M. vrbe. Formis.
Cul. Cœnam.

Quæ tenentur ſeppeditare miſſis publicè.
Tempori, Tempeſtiuè.

Plen. bonis, Abundantiſſ.
Quæ eſt ſupra Cl.

Musa velim memores: & quo patre natus uterq;
Litigarint. Alij leg. *Comularint.* M. Cl. Oſci ſunt cl. g. Meſſij. Ironicè dictũ, quum Oſcis nihil eſſet ignobilius & magis infame.
** Contulerit lites. * Meſſiclarum genus Oſci,*
Sarmenti domina extat. ab his maioribus orti
Ad pugnam venere. prior Sarmentus, Equite
Eſſe feri ſimilem dico. Ridemus: & ipſe
Meſſius accipio. caput & mouet. O, tua cornu
Ni foret execto frons (inquit) quid faceres? quum
Sic mutilus minitaris? At illis fœda cicatrix
Setoſam læui frontem turpauerat oris.
Lœui, Infiniſtra parte faciei, Vitium faciei, videlicet verrucas magnas, quæ Camp. in temporibus inaſcuntur.
*Campanum in * morbũ, in faciem permulta iocatus,*
Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa rogabat,
Nil illi larua aut tragicis opus eſſe cothurnis:
*Multa Cicerrus ad hæc: donaſſet iam ne * catenam*
Cat. compedes.
Ex voto Laribus, quærebat. ſcriba quòd eſſet,
Deterius nihilo domina ius eſſe. rogabat
Denique cur vnquam fugiſſet: cui ſatis vna
Farris libra foret, gracili ſic, támque puſillo.
Prorſus iucundè cœnam produximus illam.
Hoſpitis domus arſit.
*Tendimus hinc rectà Beneuẽtũ: vbi ſedulus *hoſtes*
Penè arſit, macros dum turdos verſat in igne,
Nam vaga per veterem dilapſo flamma culinam
Vulcano. ſummum properabat lambere tectum.
Conuiuas auidos cœnam ſeruóſque timentes
Tum rapere, atq; omnes reſtinguere velle videres.
Incipit ex illo montes Appulia notos
Ventus Appuliam infeſtans.
*Oſtentare mihi, quos torret * Atabulus: & quos*
Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Trivici
Villa recepiſſet, lacrymoſo non ſine fumo,
Vdos cum foliis ramos vrente camino.
Hîc ego mendacem ſtultiſſimus vſque puellam
Rapit me, vel opprimit.
*Ad mediam noctem expecto. ſomnus tamen * auferi*
Intentum veneri: tum immundo ſomnia viſu
Nocturnam veſtem maculant, ventrémq; ſupinum.

Quatuor

*Quatuor hinc * rapimur viginti & millia rhœdis,* Vehimur celeriter.
*Mansuri * oppidulo quod versu dicere non est,* Equotutio.
Signis perfacile est. venit vilissima rerum
Hic aqua: sed panis longe pulcherrimus vltro
Callidus vt soleat humeris portare viator. *Lap.* panis. Qui locus non diti aquæ vina(i. nihilo magis abundans aqua) quam Equotuitum. Ita quidam.
*Nam Canusi * lapidosus: aquæ non ditior vrna*
Quis locus a forti Diomede est conditus olim.
Flentibus hinc Varius discedit mœstius amicis.
Inde Rubos fessi peruenimus, vtpote longum Ob aquæ penuriam. Vide alias rat. in annot.
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.
Postera tempestas, melior: via peior, aduſque
*Bari mœnia piscosi. de hinc Gnatia * lymphis* In vestibulo templi.
Iratis extructa dedit risusque, iocosque:
*Dum flamma sine, thura liquescere * limine sacro* *Cup.* Gnatia, i. sacerdos templi illius.
*Persuadere * cupit. credat Iudæus * apella:* *Ap.* Recutitus, Verpus.
Non ego. nanq; deos didici securum agere ænum:
Nec siquid miri faciat natura, deos id
Tristes ex alto cœli demittere tecto.
Brundusium longæ finis chartaque, viaque,

SATYRA VI.

Reprehendit vanum populi Rom. de nobilitate iudicium, quòd eam stemmatum antiquitate non virtute metiretur, & nobilitate illa non præditos ad magistratus non libenter admitteret. Sibi non eadem ratione amicitiam Mæcenatis qua tribunatum posse quenquam inuidere: quum hæc non fortunæ fuerit, sed virtutis commendatione quæsita sit. Tandemque suam conditionem longè meliorem in vita priuata ostendit quàm in magistratu esse posset.

*NOn, quia, Mæcenas, * Lydorũ quicquid Etrus-* Lydi quicunque indol. Etr. f. eorum nemo gen.
Incoluit fines, nemo generosior est te: (scos
Nec, quod auus tibi maternus fuit, atq; paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint:
*Vt plerique solent, * naso suspendis adunco* Deridet, μωκᾶται. Quidam, Vafrè deridet.
Ignotos: vt me, libertino patre natum.

Quum referre negas, qualis sit quisque parente
Natus, dum ingenuus: persuades hoc tibi verè,
Ante potestatem Tulli, atque ignobile regnum,
Multos sæpe viros nullis maioribus ortos,
Et vixisse probos, amplis & honoribus auctos.
*Contrà, * Læuinum, Valeri genus, vnde superbus*
Tarquinius regno pulsus fuit, vnius assis
Non vnquam pretio pluris licuisse: notante
Iudice, quem nosti, populo: qui stultus honores
Sæpe dat indignis, & famæ seruit ineptus:
*Qui stupet in titulis & imaginibus. * quid oportet*
Nos facere, à vulgò longe lateéque remotos?
Nanque esto: populus Læuino mallet honorem
*Quam Decio mandare, * nouo: censórq; moueret*
Appius, ingenuo si non essem patre natus:
Vel meritò, quoniam in propria non pelle quiêssem.
*Sed fulgente trahit constrictos * gloria curru*
*Non minus ignotos generosis. * quò tibi Tulli*
Sumere depositum clauum? fieríque tribunum?
Inuidia accrenit, priuato quæ minor esset.
*Nam vt quisq; insanus * nigris medium impedijt crus*
Pellibus, & latum demisit pectore clauum:
Audit cõtinuò, Quis homo hic est? quo patre natus
Vt siqui ægrotet quo morbo Barrus, haberi
Et cupiat formosus, eat quacunque, puellis
Iniiciat curam quærendi singula: quali
Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, cines, vrbem sibi cura,
Imperium fore, & Italiam, & delubra deorum:
Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,
Omnes mortales curare & quærere cogit.
Tune Syri; Damæ, aut Dionysi filius, audes
Deiycere è saxo cines? aut tradere Cadmo?

L. V. L. Poplic. sit. nunquam pluris æstimatum esse vno asse. Vilist. & contemptist. fuisse.

Si pop. quum talis sit, tamen Læuinum hominem alioqui nobilisst. contempsit, quod esset deneger: quid oportet, &c. N. hominí nouo: cuius maiores ornari non fierant pop. honoribus.

Gloriæ cupido.

Quò tibi profuit? In quem vsum tibi cessit? Senat. vestitu cœpit vti.

Tribuni officio fungi, cuius iussu deijciuntur c. è saxo, aut traduntur C. carnifici.

At

*At Nouius collega * gradus post me sedet vno.*
*Nāq; est ille, pater quod erat meus. * hoc tibi Paulus*
Et Messala videris. at hic, si plaustra ducenta,
Concurrántque foro tria funera, magna sonabit
Cornua quod, vincatq; tubas: saltem tenet hoc nos.
Nunc ad me redeo, libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum,
Nunc, quia Mæcenas tibi sum conuictor: at olim,
Quòd mihi pareret legio Romana tribuno.
Dissimile hoc illi est, quia non vt forsan honorem
Iure mihi inuideat quiuis, ita te quoque amicum:
Præsertim cautum dignos assumere, praua
Ambitione procul. felicem dicere non hoc
Me possum casu, quòd te sortitus amicum.
Nulla etenim mihi te fors obtulit. optimus olim,
Virgilius, post hunc Varius, dixere quid essem.
Vt veni coram, singultim pauca loquutus,
(Infans nanque pudor prohibebat plura profari)*
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo,
Sed quod eram narro. respondes (vt tuus est mos)
Pauca. abeo: & reuocas nono post mense, iubesque
Esse in amicorum numero. magnum hoc ego duco,
Quòd placui tibi, qui turpi secernis honestum,
Non patre præclaro. sed vita & pectore puro.
Atqui si vitijs mediocribus ac mea paucis
Mendosa est natura, alioqui recta (velut si
Egregio inspersos reprendas corpore nænos)
*Si neque auaritiam, neque sordes, nec * mala lustra*
Obijcit verè quisquam mihi: purus & insons
(Vt me collaudem) si viuo, & charus amicis:
*Causa fuit pater his: qui macro * pauper agello*
*Noluit in * Flaui ludum me mittere, * magni*

Respondet, At coll. est libertus, quum sim libertinus.
Hanc ob rem tibi P. & N. vid.
At hic ita valet voce vt strepitum pl. & qui editur in fun. possit superare. huius saltem rei admiratione tenemur.

Ab effectu: qui infantes reddit. ifari non finit quæ cogitamus.

Placui non patre præcl. i. splendore generis. Vel. *Qui t. fec. h. non p. pr.* Flagitiosas libidines.
Quamuis pauper. *Pl.* docentis artem numerandi & calculos ponendi.
Quidam fœneratorem fuisse intel. ob. v. 75. *Ibam, ect. i. ara.*

Quò pueri magnis è centurionibus orti,
Læuo suspensi loculos, tabulámque lacerto,
Ibant octonis referentes idibus æra.
Sed puerum est ausus Romam portare, docendum
Artes quas doceat quiuis eques, atque senator
Semet prognatos, vestem, seruósque sequentes
Ex partim autto. *In magno vt populo siquis vidisset,* * *auita*
Ex re præbere sumptus mihi crederet illos.
Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat. quid multa? pudicum
(Qui primus virtutis honos) seruauit ab omni
Non solùm facto, verùm opprobrio quoque turpi:
Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim
Coactores, publicanorũ ministri. Item, argentariorum min. qui in auctionibus pretia rerum vendit. exigebant. Vel ipsi arg. qui & collectarij: vt A. *Si preco paruas: aut (vt fuit ipse) coactor*
Mercedes sequerer: neq; ego essẽ quæstus. ob hoc nũs
Laus illi debetur, & à me gratia maior.
Nil me pœniteat sanum patris huius: eóque
Non, vt magna dolo factum negat esse suo pars
Quòd non ingenuos habeat clarósque parentes
Sic me defendam. longè mea discrepat istis
Et vox & ratio. nam si natura iuberet
Post certum annorum spatium renasci, & eligere ex quibus nasci vellet. * *A certis annis ætatem remeare peractam,*
Atque alios legere ad fastum quoscunq; parentes
Optaret sibi quisque: meis contentus, honestos
Fascibus & sellis nolim mihi sumere: demens
Iudicio vulgi, sanus fortasse tuo: quòd
Nollẽ onus (haud vnquam solitus) portare molestũ.
Nam mihi continuò maior quærenda foret res.
Atque salutandi plures: ducendus & vnus
Et comes alter, vti ne solus rúsue peregré-
-ue exirem: plures calones atque caballi
Cui cauda est decurtata. *Pascendi: ducenda petorita. nunc mihi * curto*
Ire licet mulo, vel, si libet, vsque Tarentum:

Mantica

Mãtica cui lumbos onere vlceret, atq; eques armos.
Obijcet nemo ſordes mihi, quas tibi Tulli,
Quum Tyburte via prætorem quinque ſequuntur
Te pueri, laſanum portantes œnophorúmque.
Hoc ego commodius quàm tu, præclare ſenator.
** Millibus atque alijs, viuo. quacunque libido eſt,*
Incedo ſolus: percontor quanti olus, ac far:
*Fallacem * circum, veſpertinúmque pererro*
*Sæpe forum: aſſiſto * diuinis: inde domum me*
Ad porri & ciceris refero laganíque catinum.
Cœna miniſtratur pueris tribus: & lapis albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet: aſtat echinus
*Vilis, cum patera guttus, * Campana ſuppellex.*
Deinde eo dormitum, non ſollicitus, mihi quòd cras
*Surgendum ſit mane. * obeundus Marſya, quiſe*
** Vultum ferre negat Nouiorum poſſe minoris.*
*Ad quartam iaceo: poſt hanc vagor: aut ego * lecto*
*Aut * ſcripto quod me tacitum iuuet. vngor oliuo,*
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.
Aſti vbi me feſſum ſol acrior ire lauatum
*Admonuit, fugio * rabioſi tempora ſigni.*
*Pranſus non anide, * quantum interpellet inani*
Ventre diem durare, domeſticus otior. hæc eſt
Vita ſolutorum miſera ambitione grauique:
His me conſolor, victurus ſuauius, ac ſi
Quæſtor auus, pater atq; meus patruúſq; fuiſſent.

Quidam put. legendum, *Multis atq; alijs.*
Ob aſtrol. & diuinatores, quibi frequentes erant. rebus diuinis, Sacrificijs.
Fict lis.
Obeũda pars fori in qua eſt Marſyæ ſtatua.
Quia ad hanc ſtatuam turpiſſ. fœnerabatur.
Lecto aut ſcripto.
Dies caniculares, æſtuoſos.
Non plus pranſus quàm quòd vetet me totum d. ventre inani permanere.

SATYRA VII.

Rixam Rupilii cognomento Regis cum Græculo quodam Perſio deſcribit. Proſcriptus enim ub Auguſto Rex. fugit ad Brutum, vbi Horatio tunc tribuno militum ignobilitatem exprobraſſe fertur, qui nunc eam contumeliam vlciſci velit.

*PRoſcripti Regis Rupili * Pus atque venenum*
** Hybrida quo pacto ſit Perſius vltus, opinor*
Omnibus

Pus venenoſum, Liuorem ſeu virulentiam peſtilentem.
Semiromanus: ex patre Gr. & matre Ro.,

Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe.
Perſius hic permagna negotia dines habebat
Clazomenis, etiam lites cum Rege moleſtas:
Durus homo, atq; odio qui poſſet vincere Regem:
Confidens, tumiduſque: adeo ſermonis amari,
Proverb. longè superaret. *Moleſti ex ſunt iure.* i. idem ſibi jus vſurpant, quod fortes, &c. *Siſennas, Bæros vt * equis præcurreret albis.*
Ad regem redeo. poſtquam nihil inter vtrunq;
*Conuenit (hoc etenim ſunt omnes iure * moleſti,*
Quo fortes, quibus aduerſum bellum incidit. inter
Hectora Priamiden, animoſum atq; inter Achillem
Ira fuit capitalis, vt vltima diuideret mors:
Non aliam ob cauſſam, niſi quòd vir tus in vtroq;
Ignauos. *Summa fuit. duo ſi diſcordia vexet * inertes:*
Aut ſi diſparibus bellum incidat, vt Diomedi
Ignauior. *Cum Lycio Glauco: diſcedat * pigrior, vltro*
Muneribus miſſis) Bruto prætore tenente
Horum par. vt dicitur par gladiatorum. *Ditem Aſiam, Rupili & Perſi * par pugnat, vti non*
Compoſitus melius cum Bitho Bacchius: in ius
Acres procurrunt, magnum ſpectaculum vterque.
Perſius exponit cauſam, videtur ab omni
Ruebat. Tanto impetu ad maledicentiam ferebatur, quantus eſt torrentis, qui abripere quicquid obuium eſt ſolet. *Conuentu: laudat Brutum, laudatque cohortem.*
Solem Aſiæ Brutum appellat, ſtellaſque ſalubres,
Appellat comites, excepto Rege: canem, illum,
*Inviſum agricolis ſidus, veniſſe. * ruebat*
Flumen vt hibernum, fertur quò rara ſecuris.
Arb. E pectore multam vim dicacium verborum fundente. qualia ſunt vindemiatores ſeu putatores arbuſti à viatore prouocati. *Tum Prænestinus ſalſo multumque fluenti*
*Expreſſa * arbuſto regerit conuitia, durus*
Vindemiator, & inuictus, cui ſæpe viator
Ceſſiſſet, magna compellans voce cucullum.
At Græcus, poſtquam eſt Italo perfuſus aceto,
In *Vindem.* tynæreſis. *Perſius, exclamat, per magnos Brute deos te*
Oro, qui reges conſueris tollere, cur non (rum eſt.
Dignum eſt quòd ſit. *Hunc regem iugulas? operum hoc (mihi crede) tuo-*

SATYRA VIII.

Priapum deum, cuſtodem hortorum, inducit querentem de Canidia & Sagana veneficis, & quæ ab illis in occulto fierent deſcribentem.

OLim truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Quũ faber incertus ſcãnũ faceréne Priapũ:
Maluit eſſe deum: deus inde ego, furum auiumq́
*Maxima formido. nam fures * dextra coercet,* Falcem tenens, ſcu fuſtem.
Obſcœnóque ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatq́ nouis conſidere in hortis.
*Huc prius anguſtis eiecta cadauera * cellis* Tugurijs, Vbi humabantur ſerui.
Conſeruus vili portanda locabat in arca.
Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum,
Pantolabo ſcurræ, Nomentanóque nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Cippus in agro erectus teſtabatur datos eſſe in p. in fr.
Hic dabat: hæredes monumentum ne ſequeretur.
Nunc licet Eſquilijs habitare ſalubribus, atque
Aggere in aprico ſpatiari, quo modò triſtes
Albis informem ſpectabant oſſibus agrum.
*Quum mihi non tantum furesq́ feraq́, * ſueta* *Sueta.* triſyl. per diæreſin.
Hunc vexare locum, curæ ſunt atq́ labori:
Quantum in carminibus quæ verſant atq́ venenis
Humanos animos, has nullo perdere poſſum
Nec prohibere modò, ſimulac vaga luna decorum
Protulit os, quin oſſa legant, herbaſq́ nocentes.
Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis, paſſóq́ capillo,
Cum Sagana maiore vlulantem. (pallor vtraſque
Fecerat horrendas aſpectu) ſcalpere terram
*Vnguibus, & pullam * diuellere mordicus agnam* Dilacerare, Diſcerpere.
Cœperunt. cruor in foſſam confuſus: vt inde
Manes eliceret, animas reſponſa daturas.

Lanea

Lanea & effigies erat, altera, cerea: maior
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat, seruilibus, vtque
Iam peritura, modis. Hecaten vocat altera sæuam,
Altera Tisiphonen. serpentes atque videres
Infernas errare canes: Lunámque rubentem,
Ne foret his testis, post magna latere sepulchra.
Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Coruorum: atq; in me venient mictũ atq; cacatum
*Iulius & * fragilis * Pedatia, fúrque Voranus. (tes*
Singula quid memorem? quo pacto alterna loquen-
Vmbræ cum Sagana resonarent triste & acutum?
Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ
Abdiderint furtìm terris? & imagine cerea
Largior arserit ignis? & vt non testis inultus
Horruerim voces Furiarum & facta duarum?
*Nam, * displosa sonat quantum vesica, pepedi*
*Diffisa nate * ficus, at ille currere in vrbem.*
*Canidiæ dentes, altum Saganæ * caliendrum*
Excidere, atque herbas, atq; incantata lacertis
Vincula, cum magno risúque iocóque videres.

Fr. Mollis, Effœminatus. Vnde mutato gen. dicitur. Ped. pro Pediatius. Fuit autem eques Rom.

Disrupta cum sonitu.

Ficulnus ego Pr. Cal. Comam suppositiam. vel. c. ornamentum.

Satyra IX.

Describit cuiusdam, in quem fortè inciderat, importunam & pertinacem garrulitatem: qua iactabundè quædam, nonulla impudenter, omnia stultè deblaterans, diu inuitum detinuerit, & propemodum enecarit.

IBam fortè via Sacra (sicut meus est mos)
Nescio quid meditans nugarum, & totus in illis:
** Accurrit quidam notùs mihi nomine tantùm,*
*Arreptáq; manu, * Quid agis dulcissime, rerum?*
Suauiter, vt nũc est, inquã: & cupio omnia quæ vis.
Quum assectaretur, Num quid vis? occupo. at ille,
Noris nos (inquit) docti sumus. Hîc ego, Pluris

In vulg. Occurrit.

Quid rerum agis, dulc.

Hoc

Hoc (inquã) mihi eris. Miserè discedere querens,
Ire modò ocyus, interdum consistere: in aurem
Dicere nescio quid puero. quum sudor ad imos
Manaret talos, ô te Bollane cerebri
Felicem, aiebam tacitus. quum quidlibet ille
Garriret, vicos, vrbem laudaret: vt illi
Nil respondebam, Misere cupis (inquit) abire:
Iamdudum video. sed nil agis: vsque tenebo.
Persequar. hinc quò nũc iter est tibi? Nil opus est te
Circumagi: quendam volo visere, non tibi notum:
Trans Tiberim longè cubat is, prope Cæsaris hortos.
Nil habeo quod agã: & nõ sum piger: vsq; sequar te.
Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus,
Quum grauius dorso subijt onus. Incipit ille,
Si bene me noui, non Viscum pluris amicum,
Non Varium facies. nam quis me scribere plures
Aut citiùs possit versus? quis membra mouere
Mollius? innideat quod & Hermogenes, ego canto.
**Interpellandi locus hic erat, Est tibi mater?*
Cognati queis te saluo est opus? Haud mihi quis-
*Omnes *composui. *Felices. nunc ego resto: (quã:*
Confice. nanque instat fatum mihi triste, Sabella
Quod puero cecinit, diuina nota anus vrna.
Hunc neq; dira venena nec hosticus auferet ensis:
Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra:
Garrulus hunc quando consumet cunque, loquaces,
Si sapiat, vitet, simulátque adoleuerit ætas.
Ventum erat ad Vestæ, quarta iam parte diei
Præterita: & casu, tunc respondere vadato
Debebat: quod ni fecisset, perdere litem:
Si me amas, inquit, paulum hîc ades. Inter eam si
*Aut valeo *stare, aut noui ciuilia iura:*
Et propero quò scis, Dubius sum quid faciã, inquit.

Inijciendi alium sermonem quo ille interrumperetur.

Condidi in vrna reliquias eorum. Al. *Composui fessũ*. Vide ann. de hoc & de seq.

Stare, in iudicio seu in iure.

Tene

Téne relinquam, an rem. Me, sodes. Non faciã, ille.
Et precedere cœpit. ego (vt contendere durum est
Cum victore) sequor. Mæcenas * quomodo tecum?
Hinc repetit. Paucorũ hominũ, & mẽtis bene sanæ
Nemo dexterius fortuna est vsus. Haberes
Magnum adiutorem, posset qui ferre secundas,
Hunc hominem velles si tradere. dispeream ni
Summôsses omnes. Non isto viuimus illic
Quo tu rere modo. domus hac nec purior vlla est,
Nec magis his aliena malis. nil mi officit vnquam,
Ditior hic, aut est quia doctior. est locus vnicuique suus. Magnũ narras, vix credibile. Atqui
Sic habet. * Accendis, quare cupiam magis illi
Proximus esse. Velis tantummodo: quæ tua virtus,
Expugnabis. & est qui vinci possit: eóque
Difficiles aditus primos habet. Haud mihi deero:
Muneribus seruos corrumpam: non, hodie si
Exclusus fuero, desistam: tempora quæram:
Occurram in triuijs: deducam. NIL sine magno
Vita labore dedit mortalibus. Hæc dum agit, ecce,
Fuscus Aristius occurrit, mihi charus: & illum
Qui pulchre nosset. consistimus. Vnde venis? &,
Quò tendis? * rogat: & respondet, vellere cœpi,
Et * prensare manu lentissima brachia, nutans,
Distorquens oculos, vt me eriperet. male salsus
Ridens dissimulare: meum iecur vrere bilis.
Certè nescio quid secretò velle loqui te
Aiebas mecum. Memini bene: sed meliori
Tempore dicam: hodie tricesima sabbata. vin' tu
* Curtis * Iudæis oppedere? Nulla mihi (inquam)
Religio est. At mi, sum paulo infirmior, vnus
Multorum, ignoscet: aliàs loquar. Hunccine solem
Tam nigrum surrexe mihi? fugit improbus, ac me

Sub

Qualem se erga te præbet? vel, tibi exhibet? Quomodo se erga te gerit? Secundum in amicitia Mæcen. locum obtinere. Commendare me illi. Facere vt me in amicitiam acciperet.

Accendis eo maiori cupiditate illius amicitiæ.

Rogat: & idem à me rogatus. Resp. vicissim. Al. *prestare*. Fortasse, vellere & prestare hr.

Curt. Recutitis. Iudæorum religionem contemnere & irridere?

Sub cultro linquit. casu venit obuius illi
Aduersarius: &, Quò tu turpissime? magna
Exclamat voce: &, Licet antestari? Ego verò*
Oppono auriculam, rapit in ius. clamor vtrinque,
Vndique concursus: sic me seruauit Apollo.

Licétne te, Horati, testem sumere aduersus eum? Hoc autem dicendo prehendebat auriculam.

SATYRA X.

Hac Satyra respondet ijs quos offenderat supra, Satyra quarta, quum Lucilij versus reprehenderet: ac suæ reprehensionis rationem reddit, qua eam fuisse iustam ostendit.

NEmpe incomposito dixi pede currere versus
Lucili. quis tam Lucili fautor ineptè est,
Vt non hoc fateatur? at idem, quòd sale multo*
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamẽ hoc tribuens, dederim quoq; cætera. nã sic
Et Laberi mimos, vt pulchra poemata, mirer.
Ergo non satis est risu diducere rictum
Auditoris: & est quædam tamen hîc quoq; virtus,
Est breuitate opus: vt currat sententia, neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures.
Et sermone opus est modò tristi, sæpe iocoso:
Defendente vicem modò rhetoris, atque poetæ,
Interdum vrbani, parcentis viribus, atque
Extenuantis eas consultò. ridiculum acri
Fortius, & melius magnas plerunque secat res,
Illi, scripta quibus comœdia prisca viris est,
Hoc stabant, hoc sunt imitandi: quos neq; pulcher*
Hermogenes vnquam legit, neq; Simius iste,*
Nil præter Caluum & doctus cantare Catullum.
At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis*
Miscuit. ô seri studiorum, quídne putetis*
Difficile & mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contingit ac sermo lingua concinnus vtráque

Salſ. & non sine acrimonia atque mordacitate vrbis vitia notarit.

Stab. Probabantur. Hac re efficiebant ne exploderentur.

Ineptus imitator. Rem magnam, Gr. ὀψιμαθεῖς. Sic & Prisc. legit, qui ait partic. istam esse hîc confirm. aut enuntiantem.

Suauior

Suauior: vt Chio nota si commista Falerni est.
Quum versus facias, teipsum percontor, an & quū
Dura tibi peragenda rei sit causa Petilli,
Scilicet oblitus patriaeque patrisque Latini,
** Quum Pedius causas * exudet Poplicola, atque*
Coruinus, patrijs intermiscere petita
*Verba foris malis, * Canusini more bilinguis.*
Atque ego quum Graecos facerem, natus mare citra,
Versiculos: vetuit me tali voce Quirinus,
Post mediam noctem visus, quum somnia vera:
*In syluam non ligna feras * insanius, ac si*
Magnas Graecorum malis implere cateruas.
*Turgidus Alpinus * iugulat dū Memnona, dumq;*
Diffingit Rheni luteum caput: hac ego ludo
Quae nec in aede sonent certantia iudice Tarpa,
Nec redeant iterū atq; iterum spectanda theatris.
Arguta meretrice potes, Dauoque Chremata
Eludente senem, comis garrire libellos,
Vnus virorum, Fundani Pollio regum
*Facta canit, * pede ter percusso: forte epos acer,*
Vt nemo, varius: ductu molle atque facetum,
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camoenae.
** Hoc erat, experto frustrà Varrone Atacino*
Atq; quibusdā alijs, melius quid scribere possem.
** Inuentore minor. neq; ego illi detrahere ausim*
Haerentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum, saepe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. age, quaeso,
Tu nihil in magna doctus reprendis Homero?
Nil comis tragici mutat Lucilius Acci?
Non videt versus Enni grauitate minores,
Quum de se loquitur, non vt maiore reprensis?
Quid vetat & nosmet Lucili scripta legentes,

Cū sudore agat quum vterq; sudet in causis Latinè fermone componendis.

Canusinorum more, qui partim Graecè, partim Latinè loquebantur.

Tam insanis, hoc faciendo, quàm si feras ligna, &c. *Iug.* Vide annot.

Iamb. senarijs, qui & trimetri.

Satyricum carmen. Alij, *illud molle* atque E. Lucilio.

Quarere

Quærere num illinc, num rerum dura negarit
*Versiculos natura magis * factos, & euntes*
Mollius? ac si quis pedibus quid claudere senis
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus. Etrusci
Quale fuit Cassi rapido feruentius amni
Ingenium: capsis quem fama est esse libriscque
Ambustum propriis. fuerit Lucilius, inquam,
*Comis & urbanus: fuerit * limatior idem,*
Quàm rudis, & Græcis intacti carminis autor:
Quámque poetarum seniorum turba: sed ille,
Si foret hoc nostrum fato dilatus in ævum,
Detereret sibi multa: recideret omne quod vltra
Perfectum traheretur: & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, vinos & roderet vngues.
*Sæpe * stylum vertas, iterum quæ digna legi sint;*
Scripturus: neque te vt miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus. an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Nõ ego nã satis est equitẽ mihi plaudere: vt audax,
*Contemptis aliis, explosa, * Arbuscula dixit.*
*Mẽ moueat * cimex Pantilius? aut crucier quod*
Vellicet absentem Demetrius? aut quòd ineptus
*Phannius Hermogenis * lædat conuiua Tigelli:*
Plotius, & Varius, Mæcenas, Virgiliusque,
Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atque
Fuscus: & hæc vtinam Viscorum laudet vterq;
Ambitione relegata, te dicere possim
Pollio, te Messa, tuo cum fratre: simulque
Vos Bibuli, & Serui: simul his te candide Furni:
Complures alios, doctos ego quos & amicos
Prudens prætereo: quibus hæc, sint qualiacunque,
Arridere velim: dolituru, si placeant spe

* Elaboratos, Accuratos.

* Limatior quàm necesse esse autori carm. rudis & Gr. id est. Alij aliter.

* Stylo inuerso inducas & obliteres quæ scripseris.

* Mima: quæ & meretrix. Fœtidus.

* Obtrectet.

Deterius nostra. Demetri, teque Tigilli
Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.
I puer, atque meo citus hæc subscribe libello.

Q. HORATII FLACCI SERMONVM SIVE SATYRARVM LIBER II.

Satyra Prima.

Sibi datum à Trebatio consilium de scribendis rebus gestis Augusti potiùs quàm satyris (vtpote in quibus alij aliud desiderent) exponit: &c. cur ei parere non possit, ostendit.

Sunt quibus in satyra videar nimis acer, & vltra
**Legē tendere opus, sine nervis altera, quicquid*
Composui, pars esse putat: similesque meorum
Mille die versus deduci posse. Trebati,
Quid faciā, præscribe. Quiescas. Ne faciam, inquis,
Omnino versus? Aio. Peream male, si non
Optimum erat: verum nequeo dormire. Ter vncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto:
Irriguumque mero sub noctem corpus habento.
Aut, si tantus amor scribendi te rapit, aude
Cæsaris invicti res dicere, multa laborum
Præmia laturus. Cupidum, pater optime, vires
Deficiunt. Neque enim quiuis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereuntes cuspide Gallos,
Aut labentis equo describat vulnera Parthi.
Attamen & iustum poteras & scribere fortem,

* Scipiadam,

Legitimos fines satyricæ reprehensionis.

*Scipiadam, vt ſapiens Lucilius. Haud mihi deero,
Quum res ipſa feret. niſi dextro tempore, Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem:
*Cui malè ſi palpare, recalcitrat vndiq; tutus.
Quanto rectius hoc, quàm triſti lædere verſu
Pantolabum ſcurram, Nomentanúmq; nepotem:
Quũ ſibi quiſq; timet, quãquã eſt intactus, & odit?
Quid faciam? ſaltat Milonius, vt ſemel * icto
Acceſſit feruor capiti, numeruſq; lucernis.
Caſtor gaudet equis, ouo prognatus eodem,
Pugnis. * quot capitum viuunt, totidem ſtudiorũ
Millia. me pedibus delectat claudere verba,
Lucili ritu, noſtrum melioris vtroque.
Ille velut fidis arcana ſodalibus olim
Credebat libris: neque, ſi malè ceſſerat, vſquam
Decurrens * alio, neque ſi bene. quo ſit vt omnis
Votiua pateat veluti deſcripta tabella
Vita ſenis, ſequor hũc * Lucanus an Appulus, anceps
Nam Venuſinus arat finem ſub vtrunq; * colonus,
Miſſus ab hoc, pulſis (vetus eſt vt fama) Sabellis,
Quò ne per vacuum Romano incurreret hoſtis:
Siue quòd Appula gens, ſeu quòd Lucania bellum
Inciteret violenta. ſed hic ſtylus haud petet vltro
Quenquã animantẽ: & me veluti cuſtodiet enſis
Vagina tectus, quem cur diſtringere coner,
Tutus ab infeſtis latronibus? O pater & rex
Iupiter, vt pereat poſitum rubigine telum,
Nec quiſquam noceat cupido mihi pacis. at ille,
Qui me commorit (melius non tangere, clamo)
*Flebit, & inſignis tota cantabitur vrbe.
Seruius iratus leges minitatur & vrnam:
Canidia albuti, quibus eſt inimica, venenum:
Grande malum Turius, ſi quis ſe iudice certet.

Vt Luc. iuſtitiam & fortitud. Scipionis verſ. ſuis celebrauit.

Cui ſi aſſentatione inepta blandiaris, ita eſt aduerſus eam munitus, vt ad eum penetrare non poſſit.

Percuſſo vlnolentia.

Vt Ter. *Quot homines, tot ſententiæ.*

Aliò quàm ad libros.

Ergò qui ſum anceps inter Luc. & App.

Intell. coloniam in Venuſiã fuiſſe miſſam, ne ea hoſt. in Rom. incurrerent.

Dabit pœnas.

Vt, quo quisque valet, suspectos terreat, vtq;
Imperet hoc natura potens: sic collige mecum.
*Dente lupus, cornu taurus petit, vnde, nisi * intus*
Monstratum? Scenam vinacem crede nepoti
Matrem: nil faciet sceleris pia dextera (mirum:
Vt neq; calce lupus quenquam, neq; dente petit bos.)
Sed mala tollet animum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam, seu me tranquilla senectus
Expectat, seu mors atris circumvolat alis:
Dives, inops, Roma, seu fors ita iusserit, exul,
*Quisquis eris vitæ, scribam, color. * O puer, vt sis*
*Vitalis, metuo, & * maiorum ne quis amicus*
** Frigore te feriat. Quid quum est Lucilius ausus*
Primus in hunc operis componere carmina morem?
*Detrahere & * pellem, nitidus qua quisq; per ora*
Cederet, introrsum turpis? num Lælius, aut qui
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen,
Ingenio offensi? aut læso doluere Metello,
Famosisque Lupo cooperto versibus? at qui
*Primores populi arripuit, populumq; * tributim:*
Scilicet vni æquus virtuti, atque eius amicis.
Quin vbi se a vulgo & scena in secreta remorant
Virtus Scipiadæ & mitis sapientia Lælî:
Nugari cum illo, & discincti ludere, donec
Decoqueretur olus, soliti. quicquid sum ego, quamuis
Infra Lucili censum ingeniumque, tamen me
Cum magnis vixisse invita fatebitur vsque
*Inuidia: & * fragili quærens illidere dentem,*
Offendet solido. nisi quid tu docte Trebati
Dissentis. Equidem nihil hinc diffindere possum.
Sed tamen vt monitus caueas (ne forte negoti
Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum)
Si mala condiderit in quem quis carmina, ius est,
Iudiciumque

A natura. Quia hic matrem veneno necarat. *Morum*, per iron. q. d. Nihilo magis mirum quàm quod neque e. l. q.

Treb. verba. Vereor ne non sis vivax, ne diu non vivas. Apud potentiores gratia valens. *Frigore* lethi, vt apud Luer. Involucra, velamenta. Per sing. tribus. Quidam leg. *tribusim*.

Dum volet me reprehendere, tanquam facilè materiam reprehensionis inventurus, competiet integritate mea omnem reprehendendi. Aliam expos. vide in Ann. vbi & de seq.

Iudicium que. Esto, si quis mala: sed bona si quis
*Iudice condiderit * laudatur Cæsare: Si quis*
*Opprobrijs dignum * latrauerit integer ipse,*
*Soluentur risu * tabulæ, tu missus abibis.*

Al. *laudetur.*

Al. *lacerauerit. Tab.* in quibus scripte sunt leges.

SATYRA II.

Sub Oselli persona, luxui deditos ad luxus modò non perditos insectatur: & quidem de eo loquens qui gulæ seruit. Non certo iudicio sed opinione quadam stultè concepta delicias in nonnullis cibis consectari dicit. Atque vt incommoda recenset quæ comitantur hunc qui circa victum est luxum, ita commoda quæ tenui & frugali insunt enumerat.

QVa virtus, & quanta bonis sit viuere paruo:
(nec meus hic sermo est, sed quę præcepit Osel
*Rusticus, * abnormis sapiẽs, crassa q̃ Minerua) (Ius:*
Discite non inter lances, mensasq; nitentes,
Quum stupet insanis aciesfulgoribus, & quum
Accliuis falsis animus, meliora recusat:
Verùm hic impransi mecum disquirite. cur hoc?
Dicam si potero. male verum examinat omnis
Corruptus iudex. leporem sectatus, equoue
Lassus ab indomito, vel si Romana fatigat
*Militia assuetum * græcari: seu pila velox,*
Mollitèr austerum studio fallente laborem:
Seu te discus agit, pete cedentem aëra disco:
*Quum labor * extulerit fastidia, * siccus, inanis*
Sperne cibum vilem: nisi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta. foris est promus, & atrum
Defendens pisces hyemat mare. Cum sale panis
Latrantem stomachum benè leniet. Vnde putas, aut
Quî partum? non in caro nidore voluptas
*Summa, sed in teipso est. tu * pulmentaria quære*
Sudando. pinguem vitijs, albumque, nec ostrea,
*Nec scarus, aut poterit peregrina iuuare * lagois.*

Quàm laudabilis sit frugalitas, o boni viri: per ironiam. Al. *bonè.* Al. *abnormi.* Vide annot. de hoc & seq.

Quidam *mol:* iungũt cum *græc.* Excusserit satietatem, quæ fastidium parit. Sitibundus & famelicus sperne cib. & ne biberis. per ironiam q. d. Vide an poteris tam delicatus esse vt spernas.

Vt Soet. sperando dicebat se obsonare cœux.

L. alijs.

De hac sententia dimouebo.

Vix tamen eripiam, posito pauone, velis quin
Hoc potius quàm gallina tergere palatum,
Corruptis vanis rerum: quia veneat auro
Rara auis, & picta pandat spectacula cauda:
Tãquã ad rem attineat quicquã. num vesceris ista,
Honor plumæ. Quidam hæc verba, *hac magis illa*, iung. sequentibus.
Quam laudas pluma? coctо num adest honor idem?
Carne tamen quamuis distat nihil hac magis illa
Impariбus formis deceptum te patet. esto.
Vnde datum sentis, lupus hic, Tiberinus, an alto
Captus hiet? ponteſne inter iactatus, an amnis
Ostia sub Tusci? laudas insane trilibrem
Mullum: in singula quem minuas pulmenta neceſſe
Mequeris eius aspectu.
Ducit te species, video. quò pertinet ergo (est.
Proceros odisse lupos? quia scilicet illis
Maiorem natura modum dedit, his breue pondus.
Al. *Ieiunus r. ſt. v.* 5. vt sit sent. eos qui rarò ieiuni sunt, & vix vnquam famem experiuntur, cibos vulg. faſtidire. Cog. Calore vestro humido putrefacite. Victus vilis ep. diuitum. Vide annot.
Ieiunus ſtomachus rarò vulgaria temnit.
Porrectum magno magnum spectare catino
Vellem, ait harpyis gula digna rapacibus. at vos
Præsentes Austri coquite horum obsonia: quamuis*
Putet aper rhombusque recens, mala copia quando
Ægrum sollicitat stomachum: quum rapula plenus
Atque acidas mauult inulas. necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum, nam vilibus ouis
Nigrisque eſt oleis hodie locus. haud ita pridem
Galloni præconis erat acipenſere mensa
Infamis, quid? tum rhombos minus æquor alebat?
Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido:
Sempronius Rufus, in præturæ petitione repulsam passus. Vel per interrog.
Donec vos autor docuit prætorius. ergo*
Siquis nunc mergos suaues edixerit aſſos,
Parebit prauis docilis Romana iuuentus.
Sordidus à tenui victu distabit, Oſella
Iudice. nam fruſtra vitium vitaueris illud,
Si te alio pravum detorſeris. Audiendi,

Cui

Cui Canis ex vero ductum cognomen adhæret,
*Quinquennes oleas * est, & syluestria corna:* Edit. *Mut. vinum, giuco ἐκ Συρίας vel ἐξ-συκάτα.*
*Ac, nisi * mutatum, parcit defundere vinum: &*
Cuius odorem olei nequeas perferre (licebit
Ille repotia, natales, aliósue dierum
Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.
Quali igitur victu sapiens vtetur? & horum
Vtrũ imitabitur? hàc vrget lupus, hàc canis, aiunt.
** Mundus erit, qui non offendet * sordibus, atque* Mundus cultus: assumendo ex v. seq. Leg. *& sordibus*
In neutram partem cultus miser. hic neque seruis,
*Albuti senis exemplo, dum * munia dedit,*
*Sæuus erit: neque, sicut simplex Nævius, * unctam* Munera distribuit.
Conuiuis præbebit aquam: vitiũ hoc quoq; magnũ. Vnguentis perfusam. Alij aliter.
Accipe nunc, victus tenuis quæ quantáque secum Vide annot.
*Afferat. in primis * valeas bene. nam * variæ res* Vt valeas. Varij cibi.
Vt noceant homini, credas, memor, illius escæ, Placuerit. At comm. vet. Quam facile digesserit.
*Quæ simplex olim tibi * sederit. at simul assis*
Miscueris elixa, simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent, stomachóq; tumultum
Lenta feret pituita. vides vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia? Quin corpus onustum
Hesternis vitijs animum quoque prægrauat vnà,
*Atque * afigit humi* At. *adfigit humo.* *divinæ particulam aurę:*
Alter, vbi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondã,
Siue diem festum rediens aduexerit annus,
Seu recreare volet tenuatum corpus: vbíque
Accedent anni, & tractari mollius ætas
Imbecilla volet. tibi quídnam accedet ad istam
*Quam puer & validus * præsumus mollitiem? seu* Ante tempus sumis.
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?

Rancidũ aprum antiqui laudabant: non quia nasus
*Illis nullus erat, sed (credo) hac mente, quod * hospes*
Tardius adueniens, vitiatum commodius quàm
Integrũ edax dominus consumeret, hos vtinã inter
Heroas natum tellus me prima tulisset.
** Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem*
Occupat humanam? grandes rhombi, patinæq;
Grande ferunt vnà cum damno dedecus. adde
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum,
Et frustra mortis cupidum, quum deerit egenti
*Æs, laquei pretiũ, * Iure (inquis) Thrasius istis*
Iurgatur verbis: ego vectigalia magna,
Diuitiásque habeo tribus amplas regibus. ergo
*Quod * superat, non est melius quo insumere possis?*
Cur eget indignus quisquam, te diuite? quare
** Templa ruunt antiqua deûm? cur improbe charæ*
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum tibi rectè semper erunt res?
O magnus post hac inimicis risus, vtérne,
Ad casus dubios fidet sibi certius? hic, qui
Pluribus assuerit mentem corpúsque superbum?
An qui, contentus paruo, metuénsque futuri,
In pace, vt sapiens aptarit idonea bello?
Quo magis his credas: puer hũc ego paruus Ofellũ
Integris opibus noui non latius vsum,
Quàm nunc accisis, videas metato in agello
Cum pecore & gnatis fortem mercede colonum,
Non ego, narrantem, temerè edi luce profesta
Quicquam præter olus fumosæ cum pede pernæ.
Ac mihi quum longum post tempus venerat hospes:
*Siue operum vacuo gratus conuiua * per imbrem*
*Vicinus: * bene erat, non piscibus vrbe petitis,*
Sed pullo atque hœdo, tum pensilis vna, secundas

Vtilius esset hospiti seruari, & ab eo edi etiam rancidum.

Aliquamne habes famæ rationem,

Iure (inquis) obiurgatur, cuius bona non ferunt tantos sumptus: at ego, &c. *Sup.* superest.

Ode 6. l. 3. *donec templa refeceris AEdésque lab. deorum.*

An tibi sola fortuna instabilis non erit?

Quidam hæc, per imbrem iung. cum operum vacuo. *Bene erat.* Iucundæ & gratæ erant epulæ, ac lautæ videbantur.

Et

Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.
*Post hoc * ludus erat culpa potare magistra:* Lud. Vide annot.
Ac venerata Ceres vt Culmo surgeret alto,
Explicuit vino contractæ seria frontis.
Seniat atque nouos moueat fortuna tumultus.
Quantũ hinc imminuet? quãto aut ego parcius, aut
*O pueri * nituistis, vt huc nouus incola venit?* (vos Vt, *Me pinguem & nitidum bene curata cute vises.* Epill. 4. lib. 1.
Nam propria telluris herum natura neq; illum,
Nec me, nec quenquam statuit. nos expulit ille:
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris,
Postremò expellet certè vinacior hæres.
Nunc ager Vmbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius: sed sedet in vsum
Nunc mihi, nunc alij. quocirca viuite fortes,
Fortiáque aduersis opponite pectora rebus.

SATYRA III.

Sub persona Damasippi Stoicum paradoxum tractat, à Cicerone quoque tractatum, quo stultos omnes insanire dicebat. Ipse autem his verbis hanc eorum sententiam proponit.

Quem mala stultitia & quæcunque insciția veri
Cæcum agit insanum Chrysippi porticus & grex Autumat.

Initio Damasippum inducit ipsum accusantem, quòd præ desidia nihil scriberet: deinde quomodo ad Stoicam sectam se contulisset, narrantem. De quo etiam nonnulla per ironiam sub eius persona dicit, vt *sapientem pascere barbam*: &. *Stertinius sapientum octauus.* Tandem verò ita claudit satyram vt sub ipsius Damasippi nomine cæteros omnes apertè irridere videatur, quum, varijs insaniæ generibus ab eo commemoratis, aliquot suæ quoque audiens, respondet,

O maior tandem parcas insane minori.

Al. *Si raro.* De qua lect. vide an. Dum largo vino & somno vteris. A Satum. post Saturnalia Vel, Fugisti à Saturn. huc. i. venisti fugiens & vitans Sat.

SIC rarò scribis, vt toto non quater anno
Membranã poscas, scriptorũ quæq; retexens,
*Iratus tibi quòd * vini somnique benignus*
Nil dignum sermone canas. quid fiet? ab ipsis
Saturnalibus hucfugisti. sobrius ergo
Dic aliquid dignum promissis: incipe: nil est,

Culpantur

Culpantur frustra calami, immeritúsque laborat
Iratis natus * paries dijs atque poetis.
Atqui vultus erat multa & præclara minantis,
Si vacuum tepido cepisset villula tecto.
Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilocum, comites educere tantos?
* Inuidiam placare paras virtute relicta?
Contemnêre miser. vitanda est improba Siren
Desidia: aut, quicquid vita meliore parasti,
Ponendum æquo animo. Dij te, Damasippe, deæq;
Verum ob consilium donent * tonsore. sed vnde
Tam bene me nosti? Postquã omnis res mea Ianum
Ad medium fracta est, aliena negotia curo,
Excussus propriis. olim nam quærere amabam
Quo vafer ille pedes lauisset Sisyphus ære,
Quid sculptum infabrè, quid fusum durius esset.
Callidus huic signo ponebam millia centum:
Hortos egregiásque domos mercarier vnus
Cum lucro noram. vnde frequentia * Merculiale
Imposuere mihi cognomen compita. Noui:
Et morbi miror purgatum te illius. Atqui
* Emouit veterem mirè nouus, vt solet, in cor
Traiecto lateris miseri capitísque dolore:
Vt lethargicus hic, quũ sit pugil, & medicũ * vrget,
Dum nequid simile huic, esto vt libet. ô bone, ne te
Frustrere: insanis & tu, stultíque propè omnes:
Siquid Stertinius veri crepat: vnde ego mira
Descripsi docilis præcepta hæc, tempore quo me
Solatus iussit * sapientem pascere barbam,
Atque è Fabricio non tristem ponte reuerti.
Nam malè re gesta quum vellem mittere operto
Me capite in flumen: dexter stetit, &, Cane faxis
Te quicquã indignũ, pudor (inquit) te malus vrget,

Insanos

Vide annot.

Manifne otiari & nihil scribere, atque ita virtutem relinquere, quam inuidiæ obnoxius esse?

Ioeatur in promissam barbam Philosophicam: quam sapientem paulò pòst vocat.

Ex quo fortunis sum euersus in foro merc. & fœneratorum.

Sic ver. In vulg. edit. *Merculiali.*

Expulsus est ille vetus mor. ab alio mirè nouo, qui ei successit. Vel *Vrget* ad seq. pertinet. vt *Dum nequid*, &c. sint verba vrgentis.

Philosophicam.

Insanos qui inter vereare insanus haberi.
Primũ nam inquirã, quid sit furere. hoc si erit in te
*Solo, * nil verbi pereas quin fortiter, addam.*
Quem mala stultitia, & quacunq; inscitia veri
Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus & grex
Autumat. hæc populos, hæc magnos formula reges,
Excepto sapiente, tenet. nunc accipe quare
Desipiant omnes æquè ac tu, qui tibi nomen
Insano posuere. velut sylvis, vbi passim
Palantes error certo de tramite pellit:
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit: vnus vtriq;
Error, sed varijs illudit partibus. hoc te
Crede modo insanum: nihilo vt sapientior ille,
*Qui te deridet, * caudam trahat: est genus vnum*
Stultitiæ nihilum metuenda timentis: vt ignes,
Vt rupes fluuiósque in campo obstare queratur.
Alterũ & huic variũ, & nihilo sapientius, ignes
Per medios fluuiósque ruentis. clamet amica,
Mater, honesta soror, cum cognatis, pater, vxor;
*Hîc fossa est ingens, hîc rupes maxima: * serua:*
Non magis audierit, quàm Fusius ebrius olim,
Quum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis,
Mater te appello, clamantibus. huic ego vulgum
Errori similem cunctum insanire docebo.
Insanit veteres statuas Damasippus emendo.
Integer est mentis Damasippi creditor? esto,
Accipe quod nunquam reddas mihi, si tibi dicam,
Túne insans eris, si acceperis? an magis excors,
** Reiecta præda, quam præsens Mercurius fert?*
Scribe decem Nerio. non est satis: adde Cicutæ
*Nodosi * tabulas centum: mille adde catenas:*
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.
*Quum rapies in ius, * malis ridentem alienis,*

Nil caussæ dicam quin per.

Risum moueat, Risu excipiatur, vel risu dignus sit. Alij, Deiecto sit animo. Quidam, Magnificè se ostenter.

Obserua. Quidã, Serua te: vt Gal. *Gardez vous,* φυλάττον.

Si non acceperis hanc prædam quæ offertur. Al. *tabulas, centum, mille adde.* vt sit pro Centum etiam mille: De risu simulato. vt Hom. γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισι.

Fiet

Fiet aper, modò auis, modò saxũ: &, quũ volet, ar-
Si malè rẽ gerere, insani est: *cõtra bene sani: (bor,
Potiùs, contrà, bene, sani.
Putidius multò cerebrum est (mihi crede) Perilli,
Dict. credentis. Refer. reddere.
* Dictantis quod tu nunquam * rescribere possis.
Audire atq; * togam iubeo componere, quisquis
Ambitione mala aut argenti pallet amore:
Toga composita venire ad me aud. vt mox: Q. d. Accingere vos.
Quisquis luxuria, tristine superstitione,
Aut alio mentis morbo calet. huc propius me,
Dum doceo insanire omnes, vos ordine adite.
Danda est ellebori multo pars maxima auaris:
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.
Heredes Staberi summam incidêre sepulcro:
Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria atq; epulum arbitrio Arri:
Frumenti quantum metit Africa. Sine ego pranè,
Seu rectè, hoc volui: * ne sis patruus mihi. Credo
Ne me rept. vel castig. Per Quum sep. patruos. Hoc, quod dicam. sed interpellatur.
Hoc Staberi prudentem animũ vidisse. Quid ergo
Sensit, quum summam patrimoni insculpere saxo
* Heredes voluit? Quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium, & cauit nihil acrius, vt si
Al. perisset.
Fortè minus locuples vno quadrante * periret,
Ipse videretur sibi nequior. omnis enim res,
Virtus, famma, decus, diuina humanaq; pulchris
Diuitijs parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens * etiam, & rex,
Et quicquid volet: hoc, veluti virtute paratum,
Sim. sub fecit.
Speranit magna laudis fore. quid * simile isti
Graecus Aristippus? qui seruos proicere aurum
In media iussit Libia: quia tardius irent
Propter onus segnes. vter est insanior horum?
Quod rem controuersam, ad decidendam controuersiam affert.
Nil agit exemplum, * litem quod lite resoluit.
Si quis emat citharas, emptas comportet in vnum
Nec studio citharae, nec musae deditus ille:

Si

Si scalpra & formas, non sutor: nautica vela,
Auersus mercaturis: delirus & amens
Vndique dicatur meritò: quid discrepat istis
Qui nummos aurúmque recondit, nescius vti
Compositis, metuénsque velut contingere sacrum?
Siquis ad ingentem frumenti semper aceruum
Porrectus vigilet, cum longo fuste. neque illinc
Audeat esuriens dominus contingere granum,*
Ac potius folijs parcus vescatur amaris:
Si positis intus Chij veterísque Falerni
Mille cadis (nihil est: tercentum millibus) acre
Potet acetum: age, si & stramentis incubet, vnde
Octoginta annos natos, cui stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca:
Nimirum insanus paucis videatur, eò quòd
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.
Filius aut etiam libertus vt ebibat hæres,
Dijs inimice senex custodis? ne tibi desit?
Quantulum enim summa curtabit quisq; dierum,
Vngere si caules oleo meliore capútque
Cœperis impexa fœdum porrigine? quare,
Si quiduis satis est, periuras, surripis, aufers*
Vndique? tun' sanus? populum si cadere saxis*
Incipias, seruósue tuos, quos ære pararis:
Insanum te omnes pueri claméntque puellæ:
Quũ laqueo vxorem interimis, matrémq; veneno,
Incolumi capite es? Quid enim? Neq; tu hoc facis Argis,
Nec ferro, vt demens genitricem occidit Orestes.
An tu reris eum occisa insanisse parente?
Ac non ante malis dementem actum furijs, quàm
In matris iugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin ex quo est habitus male tuta mentis Orestes,*

Licet & dominus sit, & esuriat.

Si quolibet victu & cultu es contentus.

Malè sanè, cui non tutum sit se committere.

Nil

Nil sanè fecit quod tu reprendere possis.
Non Pyladen ferro violare ausúsue sororem
Ex Euripidis Oreste. *Electram: tantùm * maledicit vtrique, vocando*
Hanc, furiã, hunc, aliud, iussit quod splendida bilis.
Pauper Opimius argenti positi intus & auri,
Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappámque profestis:
Quondam lethargo grandi est oppressus: vt hæres
Iam circum loculos & claues lætus onánsque
Curreret. hunc medicus multum celer atq; fidelis
Excitat hoc pacto: mensam poni iubet, atque
Excitat, vt modò dixit. *Effundi saccos nummorum, accedere plures*
*Ad numerandũ. hominem sic * erigit. addit & illud,*
Ni tua custodis, auidus iam hæc auferet hæres.
Men' viuo? vi viuas igitur, vigila: hoc age. Quid
Deficient inopem venæ te, ni cibus atque (vis?
Ingens accedat stomacho fultura ruenti.
Al. *Tu cessas?* ** Quid cessas? agedũ sume hoc ptisanarium oryzæ.*
Quãti empta? paruo. quanti ergo? octo assibus. Eheu
Quid refert, morbo, an furtis pereámue rapinis?
Quisnã igitur sanus? Qui nõ stultus. Quid auarus?
Stultus & insanus. Quid? siquis non sit auarus,
Consequens est vt sit sanus? ** Continuò sanus? Minimè. Cur Stoice? Dicam.*
Non est cardiacus (Craterum dixisse putato)
Hic æger. Rectè est igitur? surgétque? Negabit:
Quòd latus aut renes morbo tententur acuto.
Non est periurus, neque sordidus. Immolet æquis
Hic porcum Laribus. Verùm ambitiosus & audax,
Nauiget Anticyrã, quid enim differt, barathróne
Dones quicquid habes, an nunquam vtare parasis?
Profundas, Perdas. *Seruius Oppidius Cannis duo prædia dines,*
Antiquo censu, natis dixisse duobus
Fertur: & hæc moriens pueris dixisse vocatis

Ad

Ad lectum: Poſtquam te talos Aule nucéſque
Ferre ſinu laxo, donare & ludere vidi:
Te Tiberi numerare, cauis abſcondere triſtem:
Extimui ne vos ageret veſania diſcors:
Tu Nomentanum, tu ne ſequerere Cicutam.
Quare per diuos oratus vtérque Penates,
Te caue ne minuas, tu, ne maius facias id
Quod ſatis eſſe putat pater, & natura coercet.*
Prætereà ne vos titillet gloria, iure-*
-iurando obſtringam ambo: vter ædilis fueritne
Veſtrûm prætor, is inteſtabilis & ſacer eſto.
** In cicere atque faba bona tu perdàſq; lupinis,*
** Latus vt in circo ſpatiere, aut æneus vt ſtes,*
Nudus agris, nudus nummis inſane paternis?
Scilicet vt plauſus, quos fert Agrippa, feras tu,
** Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem?*
** Nequis humaſſe velit Aiacem Atrida vetas cur?*
** Rex ſum. Nil vltra* quæro plebius. Et aquam*
Rem imperito: ac ſicui videor non iuſtus, inulto
Dicere, quæ ſentit, permitto. Maxime regum
Dij tibi dent captæ claſſem reducere Troiæ:
Ergo conſulere, & mox reſpondere licebit?*
Conſule. Cur Aiax heros ab Achille ſecundus
Putreſcit, toties ſeruatis clarus Achiuis?
Gaudeat vt populus Priami, Priamúſq; inhumato,
Per quem tot iuuenes patrio carnere ſepulcro?
** Mille ouium inſanus morti dedit, inclytũ Vlyſſem*
Et Menelaum vnà mecum ſe occidere clamans.
Tu quum pro vitula ſtatuis dulcem Aulide natam
Ante aras, ſpargíſque mola caput improbe ſalſa,
** Rectũ animi ſeruas? Quorsũ? * Inſanus quid enim*
Fecit, quũ ſtrauit ferro pecus? abſtinuit vim (Aiax
Vxore, & gnato, mala multa precatus Atridis.

Ad quæ ſuos limites extendit. Gloriæ dulcedine & illecebris capti, petatis magiſtratus. Itáne in ſpargendis pop. his legib. tua bona perdas, vt ædilitatis honorem conſequare? Pro latè ſpatiere, turba ſummo ta. Quidam intell. In lato circo. Alludit at fab. quæ & de Aſino Cumano narratur. Ex Sophocl. Aiace maſtig. exemplum inſaniæ in principe quoque. *Rex ſum.* vt *Sic volo, ſic iubeo: ſit pro ratione vol,* Quidam leg. quaſi: quod etiam ex quodam vet. affertur. *Conſ.* Interrogare. Archaiſmus, pro Mille oues. Q. d. rectitudinem animi. *Inſ.* Qui à te vocatur inſanus.

Non

Non ille aut Teucrum aut ipsum violauit Vlyssem.
Verùm ego, vt hærentes aduerso littore naues
Eriperem, prudens placaui sanguine diuos.
** Nempe tuo, furiose. Meo, sed non furiosus.*
*Qui species * alias veris, scelerísque tumultu*
Permistas capiet, commotus habebitur: atque,
Stultitiáne erret, nihilam distabit, an ira.
** Aiax immeritos dum occidit, desipit, agnos?*
Quum prudens scelus ob titulos admittis inanes,
Stas animo? & purũ est vitio tibi quũ tumidũ est
Siquis lectica nitidam gestare amet agnam, (cor?
Huic vestem vt gnatæ, paret, ancillas, paret, aurum:
** Pusam aut * pusillam appellet: fortique marito:*
Destinet vxorem: interdicto huic omne adimat ius
Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos:
Quid? siquis gnatam pro muta deuouet agna,
Integer est animi? ne dixeris. ergo, vbi praua
Stultitia, hic summa est insania. qui sceleratus,
** Et furiosus erit. * quem cœpit vitrea fama,*
*Hunc * circumtonuit gaudens Bellona cruentis.*
Nunc age, luxuriam & Nomentanũ arripe mecũ.
Vincet enim stultos ratio insanire nepotes.
Hic simul accepit patrimoni mille talenta,
Edicit, piscator vti, pomarius, auceps,
Vnguentarius, ac Tusci turba impia vici,
*Cum scurris fartor, cum * velabro omne macellũ,*
Manè domũ veniant. Quid tũ? Venêre frequentes.
Verba facit leno, Quicquid mihi, quicquid & horũ
Cuiq́ domi est, id crede tuũ: & vel nunc pete, vel
Accipe, quid cõtra iuuenis respõderit æquus. (cras.*
In niue Lucana dormis ocreatus, vt aprum
Cœnem ego: tu pisces hyberno ex æquore verris:
Segnis ego, indignus qui tantum possideam. aufer:

Quidam leg. cum inter.
Alias à veris, & ab illis differ. Spec. falsas.

Si Aiax dicendus est desipere, quid tu, quum prud. &c.

Al. *Pupam.* Item, *Rufam*, Et *Pupillam*, pro pusillam.

Idem etiam furiosus.
Qui stupet ad auram popularem. Attonitum reddidit & stupidum.

Cum vnguentarijs in Vel. habitantibus.

Æquus ad seq. refertur q. d. Quid resp. quo se æquum esse velle ostenderet.

Sume

*Sume tibi * decies: tibi tantundem: tibi triplex,*
Vnde vxor media currat de nocte vocata.
Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,
(Scilicet vt decies solidum exorberet) aceto
** Dilutæ insignem * baccam. qui sanior, ac si*
Illud idem in rapidum flumen, iacerétue cloacam?
Quinti progenies Arri, par nobile fratrum
*Nequitia & nugis, *prauorũ & amore gemellũm,*
** Luscinias solitis impenso prandere coemptas.*
*Quorsum abeant sani? creta an carbone * notandi?*
Ædificare casas, plostello adiungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectet barbatum: amentia verset.
Sic puerilius his ratio esse euincit, amare:
Nec quidquã differre, vtrúmne in puluere trimus
Quale prius ludas opus, an meretricis amore
Sollicitus plores: quæro, faciásne quod olim
Mutatus Polemon? ponas insignia morbi,
Fascíolas, cubital, focalia. potus vt ille
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,
*Postquam est impransi correptus voce * magistri.*
Porrigis irato puero cùm poma, recusat.
Sume Catelle: negat: si non des, optat. amator
*Exclusus qui distat? * agit vbi secum, eat, an non,*
Quod rediturus erat non arcessitus: & hæret
*Inuisis foribus. Nec * nunc quum me vocet vltro,*
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Exclusit, reuocat: redeam? non, si obsecret. ecce
Seruus, non paulo sapientior, O here, quæres
Nec modum habet, neq; consilium, ratione modóque
Tractari non vult. In amore hæc sunt mala, bellũ,
Pax rursum. hæc si quis tempestatis prope ritu
Mobilia, & cæca fluitantia sorte, laboret

Decies centena sestertiũm nummũm millia, vt quidam exp.

Dilutam aceto deglutiuit. *Baccam.* Margaritam. Prauarum rerum. Per synæresin.

Al. *Notati.* Vide Annot.

Xenocratis philosophi.

Agit secum. Intrà se deliberat. A. In vulg. *ait.* Ex Ter. Eunucho

Vel potiùs, *Reddere certa sibi.*

Reddere certa: sibi nihilo plus explicit, acſi*
Insanire paret certa ratione modóque.
Quid? quum Picenis excerpens semina pomis,
Gaudes, ſi cameram percuſti fortè, penes te es?

Apud Ter. *Nihilo plus agas quam ſi des operam vt cùm ratione inſanias.*

*Quid? quum * balba feris annoſo verba palato,*
** Ædificante caſas qui ſanior? adde cruorem*
Stultitiæ, atq; igne gladio ſcrutare: modo (inquam)
Hellade percuſſa Marius quum præcipitat ſe

Balb. ſ. Hypall. pro palatum ſeris Balbis verbis. Illud autem erat Blandiri amicæ volentis.

Ceritus fuit? an commotæ crimine mentis
Abſolues hominem, & ſceleris damnabis eundem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?

AEdif. Suprà, 247.

Libertinus erat, qui circum compita ſiccus*

Sobrius, minimè potus.

Lautis manè ſenex manibus currebat: &, vnum,
(Quiddã magnũ addens) vnum me ſurpite morti:*

Al. *Quid tam magnum?* Vide annot.

Diis etenim facile eſt: orabat: ſanus vtriſque
Auribus atque oculis mentem, niſi legitimoſus,
*Exciperet dominus, quũ vẽderet. hoc quoq; * vulgus*

Hanc turbam ſuperſtitioſorum.

Chryſippus ponet fœcunda in gente Meneni.
Iupiter, ingentes qui das adimíſque dolores,
(Mater ac pueri menſes iam quinque cubantis)
Frigida ſi puerum quartana reliquerit: illo

Ex pr. Ex periculo, Ex periculoſo morbo. Sic dicitur, Stans in præcipiti.

Mane die quo tu indicis ieiunia, nudus
In Tyberi ſtabit. caſus medicúſque leuarit
*Ægrum ex * præcipiti, mater deliranecabit*

Trã. ſuperſtitioſo. *Sap. oct.* Dignus qui ſeptem ſapient. Græciæ addatur.

In gelida fixum ripa, febrimque reducet.
Quóne malo mentem concuſſa? timore deorum:
*Hæc mihi Stertinius * ſapientem octauus amico*
Arma dedit, poſthac ne compellarer inultus.

Reſp. i. Catullus, *Sed non videmus manticæ quod in tergo eſt.*

Dixerit inſanum qui me, totidem audiet: atque
** Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.*

Alijs, *poſt damnũ* iung. cum Stoice, & legunt *ſi* pro *ſic.* Vide annot.

** Stoice, * poſt damnum ſic vendas omnia pluris:*
Quam me ſtultitia (quoniam non eſt genus vnum)
Inſanire putas? ego nam videor mihi ſanus.

Quid?

Quid? caput abscissum demens quum portat Agaue
Gnati infelicis. sibi tum furiosa videtur?
Stultum me fateor (liceat concedere veris)
Atque etiam insanum: tantum hoc edissere, quo me
Ægrotare putes animi vitio. Accipe: primùm
*Ædificas, hoc est, * longos imitaris, ab imo*
Ad summum totus moduli bipedalis. & idem
Corpore maiorem rides Turbonis in armis
** Spiritum & incessum: qui ridiculus minus illo?*
*An quãdocunq; facit Mæcenas, *te quóq; verũ est,*
Tanto dissimilem, & tanto certare minorem?
** Absentis ranæ pullis vituli pede pressis,*
Vnus vbi effugit, matri denarrat, vt ingens
Bellua cognatos eliserit. illa rogare,
Quantáne? nũ tandẽ (se inflans) sic magna fuisset.
Maior dimidio. Num tanto? Quum magis atque
Se magis inflaret. Non, si te ruperis (inquit)
Par eris. Hæc à te non multum abludit imago
Adde poëmata nunc (hoc est, oleum adde camino)
Quæ si quis sanus fecit, sanus facis & tu.
** Non dico horrendam rabiem (Iam desine) Cultũ*
Maiorem censu (teneas Damasippe tuis te)
*Mille puellarum, puerorum mille * furores.*
O maior tandem parcas insane minori.

Proceros. Sub statutæ autem breuitate notat opum tenuitatem.
Superbiam. Te quoque par est facere? vel æquum est. Æsopi fabula. Al. *Num tantum sufflans serm. f.*
Non dico horr. rab. cultum m. censu: mille puell. &c. Damasippi verba, quæ bis ab Horatio interrumpuntur. *Fur.* autem pro furiosis alnoribus.

SATYRA IIII.

Catium Epicureum inducit quædam artis culinariæ præcepta tradentem. Sub huius Catij persona sectam illam irridet, vt quæ in huiusmodi rerum cognitione, tanquam maximi facienda, valde sibi placeret, & lautæ mensæ honorem affectaret. Interim tamen pleraq; à vera culinariæ artis scientia aliena hic ei tribuere existimatur, vt illos eam quoque falsò sibi arrogare ostendat.

Qua voce poëtica aptè hic vtitur de eo cui insaniam in alijs etiam rebus tribuit.
Otium non est respondendi.
Non vacat tibi respondere.
Aucun. cupienti.

VNde, et quò Catius? Nõ est mihi tẽpus, * anẽti*
Ponere signa nouis præceptis: qualia vincant

Aur. Socratem. *Pythagoran,* * *Anytique reum, doctumq; Platona.*
Peccatum fateor, quum te sic tempore leuo
Interpellarim: sed des veniam bonu, oro.
Quòd si * *interciderit tibi nũc aliquid, repetes mox.*

Elapsum sit è memoria.
* *Siue est natura hoc, siue artis, mirus vtroque*
Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerem:
Siue hæc res à natura contingit, siue ars eam donat, vt repetantur quæ memoria excidérint. Quidam aliter. Vide Annot.
Vtpote res * *tenues, tenui sermone peractus.*
Æde hominis nomẽ: simul, an Romanus, an hospes.
Ipsa memor præcepta canam: celabitur autor.
Longa quibus facies ouis erit, illa memento,
Vt succi melioris, & vt magis alba rotundis
Ten. subtiles.
Ponere. nanq; marem cohibent callosa vitellum.
Caule suburbano, qui siccis crescit in agris,
In scipidas. quasi irrigatione eluatur & ipse herbarum sapor, cum naturali bonitate soli.
Dulcior. irriguo nihil est * *elutius horto.*
Si Vespertinus subitò te oppresserit hospes,
Ne gallina malum respondet dura palato,
Doctus eris vinum misto mersare Falerno.
Quí prandia sua finiet moris: à quibus etiam illa inchoauerit, Id est, Nihil præter illa comedet. Alij intell. de vltimo fercula, quòd prandia finiat: vt Catio stultè hoc præcipiente.
Hoc teneram faciet. pratensibus optima fungis
Natura est: aliis malè creditur: ille salubres
Æstates peraget, qui nigris * *prandia moris*
Finiet, ante grauem quæ legerit arbore solem.
Ausidius forti miscebat mella Falero,
Mendose: queniam vacuis committere venis
Nil nisi lene decet. leni præcordia mulso
Prolueris melius. si dura morabitur alnus,
Mugilis & viles pellent obstantia concha:
Coo. Coo vino.
Et lapathi breuis herba, sed albo non sine * *Coo.*
Lubrica nascentes implent conchylia lunæ.
Generosi, conchyliorum.
Sed non omne mare est * *generosa fertile testa.*
Murice Baiano melior Lucrina Peloris:
Ostrea Circais, Miseno oriuntur Echini:
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.
Nec sibi cœnarum quiuis temere arroget artem,

Non

Non prius exacta tenui ratione saporum.
Nec satis est cara pisces auertere mensa,*
Ignarum quibus est ius aptius, & quibus assis
Languidus in cubitum iam se conuiua reponet.*
Vmber & iligna nutritus glande rotundas
Curuet aper lances carnem vitantis inertem.*
Nã Laurens malus est, vluis & arundine pinguis.
Vinea submittit capreas non semper edules.*
Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.*
Piscibus atque ouibus quæ natura & foret ætas,
Ante meum nulli patuit quæsita palatum.
**Sunt quorũ ingeniũ noua tantum crustula promit.*
Nequaquam satis in re vna consumere curam:
Vt siquis solum hoc, malane sint vina, laboret,
Quali perfundat pisces securus oliuo.
Massica si cœlo supponas vina, sereno,
Nocturna, siquid crassi est tenuabitur aura,
Et decedet odor neruis inimicus: at illa
Integrum perdunt lino vitiata saporem.*
Surrentina vafer qui miscet fæce Falerna
Vina, columbino limum bene colligit ouo:
Quatenus ima petit volens alsena vitellus.*
**Tostis marcentem squillis recreabis & Afra*
Potorem cochlea, nam lactuca innatat acri
Post vinum stomacho, perna magis ac magis hillis
Flagitat in morsus refici: quin omnia malit
Quæcunque immundus feruent allata popinis.
Est operæ pretium duplicis pernoscere iuris
Naturam. simplex è dulci constat oliuo:
Quod pingui miscere mero muriaque decebit,
Non alia quàm quæ Byzantia putruit orca.*
Hoc vbi confusum sectis inferbuit herbis,
Corycioque croco sparsum fletu: insuper addes

Vbi exponuntur venales.

Vide annot.

Lances eius qui abhorret à carne apri, qui inertia pinguis factus sit. *Capr.* è syluis ad eam progressas. *Sap.* Petitus rerum ad gulæ delicias pertinentium Sunt qui nouis duntaxat placentis excogitandis sunt dediti, siue pemmatis.

Lineo colo, Leg. & *limo.*

Vitello c. in cadum confecto fœcem collectam ab eo quod est liquidum & syncerum secernit. *Vol.* Secum deuolnens in fundũ ea quæ sunt aliena a natura vini. *Tost.* Vide annot. de hoc & seq.

1A. *Putruit.*

Pressa Venafrana quod bacca remisit oliua.
Picenis cedunt pomis Tiburtia succo:
*Nam facie præstant. Venucula conuenit * ollis.*
Rectius Albanam fumo duraueris uuam.
** Hanc ego cum malis, ego fecem primus & alec,*
Primus & inuenior piper album, cum sale nigro
Incretum, puris circumposuisse catillis.
Immane est vitium, dare milliaterna macello,
Angustóque vagos pisces vrgere catino.
Magna mouent stomacho fastidia, seu puer vnctis
*Tractauit calicem manibus, dum * furta ligurit:*
*Siue grauis veteri * craterę limus adhæsit.*
*Vilibus in scopis, in mappis, * in scobe, * quantus*
Consistit sumptus? neglectis, flagitium ingens.
** Ten' lapides * varios lutulenta radere palma,*
Et Tyrias dare circum illota toralia vestes?
Oblitum, quanto curam sumptúmque minorem
Hæc habeant, tanto reprendi iustius illis,
Quæ nisi diuitibus nequeunt contingere mensis.
Docte Cati, per amicitiam diuósque rogatus,
Ducere me auditum, perges quocunque memento.
Nam quantis referas memori mihi pectori cuncta,
Non tamen interpres tantundem iuueris. adde
Vultum habitumq́, hominis: quę tu vidisse beatus.
Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura
Non mediocris inest, fontes vt adire remotos,
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

In ollis condita uua melius conseruatur.
Ego pr. inuenior hanc v. cum m, & fæ, & a & p. al. cum sn. incr. circ. p, catillis. *Incr.* autem, purgatum per incerniculum.
Ciborum quos surripuit.
Quidam *craterra* ex vet. & Nonio. *Sc.* quæ vasa desiderantur.
Q. quantulus.
Tene decet pauimenta vitiscol. scopis palmeis mundare? & purp. lectorum instrag. contegere substragulis immundis.
Vide annot.

Satyra V.

Sub persona Vlyssis (quem inducit sciscitantem ex Tiresia apud inferos, quibus artibus res amissas reparare queat) describit varias artes quibus vtebantur qui hæreditates captabant.

Hoc quoque Tiresia, præter narrata patenti
Respondē: quibus amissas reparare queam res

Artibus

Artibus atque modis. quid rides? Iámne doloſo
Non ſatis eſt Ithacam reuehi, patrióſque penates
Aſpicere? O nulli quisquam mentite, vides vt
Nudus inopſque domum redeam, te vate. neq; illic
Aut apotheca procis intacta eſt, aut pecus. atqui
Et genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.
Quando pauperiem miſſis ambagibus horres:
Accipe, qua ratione queas diteſcere. turdus
*Sine aliud * priuum dabitur tibi, deuolet illuc*
Res vbi magna nitet, domino ſene: dulcia poma,
Et quoſcunque feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem guſtet venerabilior Lare diues.
*Qui quanuis periurus erit, * ſine gente, cruentus*
*Sanguine fraterno, * fugitiuus: ne tamen illi*
*Tu comes * exterior, ſi poſtulet, ire recuſes,*
Vt ne tegam ſpurco Dama latus? haud ita Troiæ
Me geſſi, certans ſemper melioribus. Ergo
Pauper eris. Fortem hoc animum tolerare iubebo.
Et quondam maiora tuli. tu protinus, vade
Diuitias ariſque ruam, dic augur, aceruos.
Dixi equidem, & dico. captes aſtutus vbique
Teſtamenta ſenum: neu ſi vafer vnus & alter
Inſidiatorem præroſo fugerit hamo,
Aut ſpem deponas, aut artem illuſus omittas.
Magna minórue foro ſi res certabitur olim,
*Viuat vter locuples ſine gnatis, * improbus, vltro*
Qui meliorem audax vocet in ius, illius eſto
Defenſor: fama ciuem cauſáque priorem
Sperne, domi ſi gnatus erit fœcundaue coniux.
Quinte puta, aut Publi (gaudent prænomine molles
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum.
Ius anceps noui, cauſas defendere poſſum.
Eripiet quinis oculos citius mihi, quàm te

Quod ille qui donat propriis delicijs reſeruarat.

Nimirum libertus, aut libertinus: qui gentiles dici non poterant. *Fug.* Seruus.

Ab extr. parte. i. à ſiniſtro latere, vt inferior.

Vine. teg. ſic in vet non *Viſue*, q. d. Itane iubes vt tegam. Deinceps.

Eſto def improbus (i. indefeſſe pertinacitatis) illius qui v. loc. ſ. gnatis etiamſi vltro meliorem vocet in ius. Formulam captatorum ſeu aucupatoriam præſcribit.

Pauperiorem reddat vel, c.n, Fias cog. (vulg. edit.) *Su cogn.* Dicte velle curam omnem ſuſcipere, & eſſe cognitorem. *Hyb.* In deſcrib. hyeme vtitur Fabij Bibaculi verbis. Eius n. eſt hic verſus, *Iup hyb c. m. conſpuit Alp.* Alleg. Plures ſenes accedent, ſua negotia tibi commiſſuri. *Val, m.* infirma valetudine. Officijs eum demerendo. In filij locum qui vacuus ſit.

Limis & obl, oculis raptim in ſpicias quid iubeat prima tab. in qua ſcrib. primi hæredes. *Pec.* Vide annot.

Quidam expoſ. Quicq, dicam futurum, eueniet: quicquid non fut, non eueniet. Quum Parthi Auguſto imperanti reddent ſigna militaria. *Forti* quidã exp. diuiti, vt fortem familiam expoſ. Non, apud Paulum,

*Contemptũ caſſa nuce * pauperet. hæc mea cura eſt:*
Ne quid tu perdas, neu ſis iocus. ire domum atque
*Pelliculam curare iube: * ſi cognitor ipſe.*
Perſta, atque obdura, ſeu rubra canicula findet
Infantes ſtatuas, ſeu pinguis tentus amaſo
*Furius * hybernas cana niue conſpuet Alpes.*
Nonne vides (aliquis cubito ſtantem prope tangens
Inquit) vt patiens? vt amicis aptus? vt acer?
** Plures annabunt thynni, & cetaria creſcent.*
*Sicui præterea * validus male filius in re*
Præclara ſublatus aletur: ne manifeſtum
Cœlibus obſequium nudet te, leniter in ſpem
*Arripe * officioſus: vt & ſcribare ſecundus*
Hæres, & ſiquis caſus puerum egerit Orco,
** In vacuum venias. perraro hæc alea fallit.*
Qui teſtamentum tradet tibi cunque legendum,
Abnuere, & tabulas à te remouere memento:
*Sic tamen vt * limis rapias quid prima ſecundo*
Cera velit verſu, ſolus, multiſne cohæres,
*Veloci percurre oculo. plerunque * recoctus*
Scriba ex quinque viro coruum deludet hiantem,
Captatórque dabit riſus Naſica Corano.
Num furis? an prudens ludis me, obſcura canendo?
*O Laertiade, * quicquid dicam, aut erit, aut non.*
Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.
Quid tamen iſta velit ſibi fabula, ſi licet, ede.
** Tempore quo iuuenis Parthis horrendus, ab alto*
Demiſſum genus Æneæ, tellure marique
*Magnus erit: * forti nubet procera Corano*
Filia Naſicæ, metuentis reddere ſoldum.
Tum gener hoc faciet: tabulas ſocero dabit, atque
Vt legat orabit. multum Naſica negatas
Accipiet tandem, & tacitus leget: inueniętq;

Nil

*Nil ſibi legatum, præter * plorare, ſuiſque.*
Illud ad hæc iubeo: mulier ſi forte doloſa
*Libertúſue ſenem delirum * temperet, illis*
Accedas ſocius: laudes, laudaris vt abſens.
Adiuuat hoc quoq;: ſed vincit longè prius ipſum
Expugnare caput. ſcribet mala carmina vecors?
Laudato. ſcortator erit? caue te roget: vltro
Penelopen facilis potiori trade. putáſne,
Perduci poterit, tam frugi, támque pudica?
*Quam nequiere proci * recto depellere curſu?*
Venit enim magnum donandi parca iuuentus,
Nec tantum veneris quantum ſtudioſa culinæ.
*Sic tibi Penelope frugi eſt: quæ ſi ſemel * vno*
De ſene guſtarit, tecum partita lucellum,
Vt canis, a corio nunquam abſterrebitur vncto.
Mo ſene, quod dicã, factũ eſt. anus improba Thebis
Ex teſtamento ſic eſt elata, cadauer
Vnctum oleo largo nudis humeris tulit hæres:
Scilicet elabi ſi poſſet mortua, credo.
Quòd nimium inſtiterat viuenti. cautus adito:
Neu deſis operæ néue immoderatus abundes.
*Difficilem & moroſum offendet * garrulus: vltro*
Non etiam ſileas. Danus ſis comicus: atque
Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti.
*Obſequio graſſare: mone, * ſi increbuit aura,*
Cautus vti velet charum caput: extrahe turba,
Oppoſitis humeris; aurem ſubſtringe loquaci
Importunus amat laudari? donec ohe iam
Ad cœlum manibus ſublatis, dixerit, vrge, &
Creſcentem tumidis infla ſermonibus vtrem.
Quum te ſeruitio longo curáque leuarit:
Et certum vigilans, quarta ſit partis Vlyſſes,
*Audieris, hæres; * ergo nunc Dama ſodalis*

Alludit ad Gr. ὀιμώζειν λέγω vel κλαίειν.

Aliud præceptum ad captandã artẽ pertinens de familiaritate cum domeſticis ineunda.

Temp. regat, ita vt ſuis conſilijs obſequentem habeat.

De recto conſeruandæ pudicitiæ proposito dimouere.

Tireſreſp. i. cauſa fuiſſe quod venerint ad eam iuuenes nimiũ parci.

Quidam, *Venus*, pro venalis eſt, ſub Pen. ac iuuentus parca eſt donandi.

Alicuius ſenis liberalitatem experta ſit.

Al. *garrulus vltro.* Legitur & *vltra.* Vid annot.

Quòd nimia officiorum ſedulitate odioſus illi fuiſſet. Caute igitur in adeundo te geras, vt neutram in partem pecces. Obſequio illum velut ex inſidijs aggredere: Obſequium tuum omnibus occaſionibus immineat. Vide ann. de hoc loco, & de ſeq. Aur.

Dices de Dama

Nuſquam

qui te hæredem reliquerit, tanquam eius mortem ægerrime ferens.

Nusquam est? vnde mihi tam fortem, tamq; fidelē?
Sparge subinde: & si paulū potes, illacrymare. * *est*
Gaudia prodentem vultum celare sepulcrum
Commissum arbitrio, sine sordibus extrue. funus
Egregiè factum laudet vicinia, siquis
Forte cohæredum senior *malè tussiet, huic tu*
Dic, ex parte tua, seu fundi siue domus sit
Emptor, *gaudentem nummo te addicere. sed me*
Imperiosa trahit Proserpina: viue valéque.

E. g. p. u. c. Licet tibi ita comparare vultum vt celet gaudia, quamuis alioqui ea prodere soleat.

M. r. Periculosa tussi.

Quidam, *gaudentem nummo.*

Satyra VI.

Se contentum ijs quæ habet, viuere, ac plura non optare dicit. Deinde otii sui, quo rure fruitur, commoda cum incommodis negotiorum & molestiarum, quæ vitam vrbanam comitantur, comparat.

Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus,
Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquæ fons,
Et paulum syluæ super his foret. auctius atque
Dij melius fecere. bene est. nihil amplius oro,
Maia nate: nisi vt propria hæc mihi munera faxis:
Si neque maiorem feci ratione malarem,
Nec sum facturus vitio culpáue minorem.
Si veneror stultus nihil horum. O si angulus ille
Proximus accedat, qui nunc *denormat agellum:*
O si vrnam argenti fors *quà mihi mõstret. (vt illi,*
Thesauro inuento qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus arauit, dites amico (oro,
Hercule) si quod adest, gratum iuuat: hac prece te
Pingue pecus domino facias, & cætera, prater
Ingenium: vtque soles, custos mihi maximus adsis.
Ergo vbi me in montes & in arcē ex vrbe remoui,
Quid prius illustrem satyris, *musáque pedestri?*
Nec mala me ambitio perdit, nec *plumbeus auster,*
Autumnúsque grauis, Libitina quæstus acerbæ

Denormem & inæqualem reddit. Qua, pro Aliqua via seu ratione. Vel, Aliqua parte, vt A. Al. *fors quæ.* fortasse melius.

Gratum est & iuuat.

Versibus oratioui solutæ similibus.

Quo corpora' ingraue scunt.

Matutíne

Matutine pater, seu Iane libentius audis,
*Vnde homines * operum primos vitæque labores*
Instituunt (sic dijs placitum) tu carminis esto
*Principium. * Romæ sponsorem me rapis: eia,*
Ne prior officio quisquam respondeat, vrge.
Siue Aquilo radit terras, seu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit, ire necesse est.
Postmodo, quod mihi obsit, clarè certúmq́; loquuto,
Luctandum in turba: facienda iniuria tardis.
Quid vis insane? & quas res agis? Improbus vrget
Iratis precibus, tu pulses omne quod obstat,
Ad Mecænatem memori si mente recurras.
Hoc iuuat, & mille est: non mentiar. at simul atras
Ventum est Esquilias, aliena negotia centum
Per caput & circa saliunt latus. Ante secundam
Roscius orabat sibi adesses ad puteal cras.
De re communi scribæ magna atque noua te
Orabant hodie meminisses Quinte reuerti.
Imprimat his cura Mecænas signa tabellis.
Dixeris, Experiar: Si vis, potes, addit: & instat,
Septimus octaue propior iam fugerit annus,
Ex quo Mecænas me cœpit habere suorum
In numero: duntaxat ad hoc, quem tollere rheda
*Vellet, iter faciens, & cui concredere * nugas*
Hoc genus: hora quota est? Thrax est Gallyna Syro-
Matutina parũ cautos iam frigora mordent: (par?
Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.
Per totum hoc tempus subiectior in diem & horam
*Inuidiæ. * noster ludos spectauerat, vnà,*
Luserat in campo, Fortunæ filius, omnes.
Frigidus à rostris manat per compita rumor.
Quicunque obuius est, me consulit: ô bone (nam te
Scire, deos quoniam propius contingis, oportet)

Pr. lab. operum vitæ. i. vitæ operosæ & negotiosæ. Vide annot. de hoc & seq.

Nugas eiusmodi quales sunt interrogantium, *Hora q. est.* item *Thrax.* &c.

Quidam μιμησιν esse volunt, alij verba Horatij, Vide annot.

Num

Num quid de Dacis audisti? Nil equidem. Vt tu
Semper eris derisor ad omnes. Di exagitent me,
*Si quicquã. Quid? * militibus promissa Triquetra* 55
Prædia Cæsar, an est Italia tellure daturus?
Iurantem me scire nihil, mirantur, vt vnum
Scilicet egregij mortalem altique silenti.
Perditur hæc inter miserè lux, non sine votis:
O rus quando ego te aspiciam? quandóq; licebit, 60
Nunc veterũ libris, nunc somno & inertibus horis
Ducere sollicitæ iucunda oblivia vitæ?
*O quando faba Pythagoræ * cognata, simulq;*
Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo?
O noctes cœnæq; deũm: quibus ipse, meíque, 65
Ante Larem proprium vescor: vernásq; procaces
*Pasco * libatis dapibus. * prout cuique libido est,*
Siccat inæquales calices conuiua solutus
Legibus insanis: seu quis capit acria fortis
Pocula seu modicis uvescit lætius. ergo 70
Sermo oritur non de villis domibusue alienis:
Nec malè nec scitè Lepos saltet: sed quod magis ad nos
Pertinet, & nescire malum est, agitamus: vtrumne
Diuitijs homines an sint virtute beati:
*Quidue ad amicitias, * vsus rectúmne trahat nos:* 75
Et quæ sit natura boni, summúmque quid eius.
Ceruius hæc inter, vicinus garrit aniles
Ex re fabellas. nam si quis laudat Arelli
Sollicitas, ignarus opes, sic incipit: Olim
Rusticus vrbanum murem mus paupere fertur 80
Accepisse cauo, veterem vetus hospes amicum:
*Asper, & attentus quæsitis, * vt tamen arctum*
Solueret hospitijs animum. quid multa? neque illi
Sepositi ciceris, nec longæ invidit auenæ:
Aridum & ore ferens acinum, semesaque lardi 85

Frusta

Nil. prom. prædia C. ex Sicilia an ex Italia?

Quali ab ea abstineret, quòd metueret ne ei quoque anima parentis, aut propinqui seu cognati inesset.

O. n. c. d. Quidam exp. Nocturnæ cœnæ, & *deum*, intell. quales sunt deum quæ carent omni sollicitudine.

Lib. A me degustatis, Vel, è quibus particulam dijs Penatibus libaui.

Pr. cuique Quisque ebibit cal. quales vult: etiamsi sint alijs inæquales.

Vs. r. Vtilitas, an honestas.

Ex re Quæ ad rem faciunt.

Sic tamen vt hospites animo soluto & alacri acciperet.

Fruſta dedit: cupiens varia faſtidia cœna
Vincere tangentis male ſingula dente ſuperbo.
Quum pater ipſe domus palea porrectus in horna,
**Eſſet ador, loliumque, dapis meliora relinquens.*
Tandem vrbanus ad hũc, Quid te iuuat (inquit) a-
Prærupti nemoris patientem viuere dorſo? (mice,
**Vis tu homines vrbémq; feris præponere ſyluis?*
Carpe viam (mihi crede) comes: terreſtria quãdo
Mortales animas viuunt ſortita, neque vlla eſt
Aut magno aut paruo lethi fuga. quo bone circa*
Dum licet, in rebus iucundis viue beatus:
Viue memor quàm ſis aui brevis. Hæc vbi dicta
Agreſtem pepulere, domo leuis exilit: inde
Ambo propoſitum peragunt iter, vrbis auentes
Mœnia nocturni ſubrepere. iámque tenebat
Nox medium cœli ſpatium, quum ponit vterque
In locuplete domo veſtigia: rubri vbi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos,
Multaque de magna ſupereſſent fercula cœna,
Quæ procul extructis inerant heſterna caniſtris.
Ergo vbi purpurea porrectum in veſte locauit
Agreſtem, veluti ſuccinctus curſitat hoſpes,
*Continuátque dapes: nec non * vernaliter ipſis*
Fungitur officijs, prælambens omne quod affert:
*Ille cubans gaudet mutata ſorte, * boniſque*
Rebus agit lætum conuiuam: quum ſubitò ingens
Valuarum ſtrepitus lectis excuſſit vtrunque.
Currere per totum pauidi conclane, magiſque
Exanimes trepidare, ſimul domus alta r··'oſſis
Perſonuit canibus. tum ruſticus, Haud mihi vita
Eſt opus hac (ait) & valeat: me ſylua canúſque
Tutus ab inſidijs tenui ſolabitur eruo.

Non hilariter, ſed cum faſtidio. Vel, Non auidè, ſed remiſſe & languidè. lideret.

Al. *Vin'tu* Quod quidam exp. Verumne eſt te velle præp. &c. Temeſis, pro Quo circa bone.

Vernarum ſedulitate vtens. Al. *Verniliter.* Inter lautas epulas præbet ſe lætum conuiuam, omnia fœcit quæ lætitiæ conuiuali conueniunt. Quidam verò exp. Præbet ſpeciem læti conuiuæ.

Satyra VII.

Inducit seruum liberè (pro ea nimirum libertate quæ Saturnalium tempore concedebatur seruis) vitia heri sui reprehendentem, atque ostendentem talem eius esse vitam vt suam illi meritò anteponere possit.

Amdudũ auscultо: & cupiens tibi dicere seruus
Pauca, reformido. Dauúsne? Ita, Dauus amicũ
*Mancipium domino, & *frugi quod sit satis: hoc est,*
Vt vitale putes. Age, libertate Decembri,
(Quando ita maiores voluerunt) vtere: narra.
Pars hominum vitijs gaudet constanter, & vrget
*Propositũ: pars multa *natat, modò recta capessens,*
Interdum pravis obnoxia. sæpe notatus
Cum tribus annellis, modò lana Priscus inani,
*Vixit * inæqualis: *clauum vt mutaret in horas:*
Ædibus ex magnis subitò se conderet, vnde
Mundior exiret vix libertinus honestò.
Iam mœchus Roma, iam mallet doctus Athenis
*Viuere: * Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.*
Seurra Volanerius, postquam illi iusta chiragra
Comudit articulos, qui prose tolleret atque
*Mitteret in * phimum talos, mercede diurna*
Conductum panit. quanto constantior idem
In vitijs, tanto leuius miser ac pridr ille
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
*Non dices hodie, quorsum hec tam *putida tendant,*
*Furcifer? Ad te inquã. Quo pacto pessime? * Lan-*
Fortunam & mores antiquæ plebis: & idem, (das
Siquis ad illa deus subitò te agat, vsque recuses:
Aut quia non sentis, quod clamas, rectius esse,
Aut quia non firmus rectam defendis: & hæret,
Ne quicquam cœno cupiens euellere plantam.
*Romæ rus optas, absentem * rusticus vrbem*

Tollis

Vel, *& frugi quod sit s.* &c. Hoc est, quod satis esse possit ad persuadendum tibi me vita dignũ esse. Vide in ann. alias ex pos. N. de inconstantia dictũ, vt fluctuare. *Ineq.* Eundem vitæ tenorem non seruans. Sibi non constans. Ita vt mut. cl. angustum lato, aut viciſſim. *Cond.* Conderet se in locum vnde, &c. *Vert.* Variè mutans vitæ genus, seu statum, & in nullo felix. Al. *Phymum.* Auribus iniucunda, Odiosa. Sic Naso, *Laudamus veteres, sed nostris vtimur annis.*

Rusticans, Quum rus agis.

Tollis ad astra leuis si nusquam es forte vocatus
Ad cœnam, laudas securum olus: ac, velut vsquam
Vinctus eas, ita te felicem dicis, amasque,
Quod nusquam tibi sit potandum insserit ad se
Mœcenas serum sub lumina prima venire
*Conuinam, Nemón' * oleum feret ocyus? ecquis*
Audit? cum magno blateras clamore, furísque.
Milnius & scurra tibi non referenda precati
Discedunt. etenim fateor, me dixerit ille
Duc ventri leuem: nasum nidore supinor:*
Imbecillius, iners, si quid vis, adde, popino.
Tu, quum sis quod ego, & fortassis nequior, vltro
Insectere, velut melior? verbísque decoris
Obuolutas vitium? qui si me stultior ipso
Quingentis empto drachmis deprenderis? auser
*Me vultu terrere, *manum stomachúmque teneto,*
*Dum quæ Crispini docuit me * ianitor edo.*
Te coniux aliena capit, meretricula Dauum,
Peccat vter nostrum cruce dignius? acris vbi me
Natura incendit, sub clara nuda lucerna
Quæcunq; excepit turgentis verbera cauda,
Clunibus aut agitauit equum lasciua supinum:
Dimittit neque famosum, neq; sollicitum ne
Ditior aut formæ melioris meiat eodem.
Tu, quum proiectis insignibus annulo equestri,
Romanóque habitu, prodis, ex iudice Dama
*Turpis, * odoratum caput obscurante lacerna.*
*Non es quod simulas? metuens * inducere, atque*
Altercante libidinibus tremis ossa pauore.
Quid refert, vri virgis, ferróque necari?
** Auctoratus eas, an turpi clausus in area,*
Quò te demisit peccati conscia herilis,
Contractum, genibus tangas caput? éstne marito

Poscis oleum, quo vnctus properes ad Mæcenam. Alij de lucerna intell.

Gestum hominis maribus attrahentis odorem exprimit.

Ne me pulset neque mihi stomacheris. Vide annot.

Odoribus delibutum. Intromitteris in ædes mulieris. Qui repugnat libidinosæ cupiditati. *Auct.* Vide annot. de hoc loco, & seq.

Matrona

Matrona peccantis in ambos iusta potestas?
In corruptorem vel iustior? illa tamen se*
Non habitu mutátue loco, peccátue supernè,
Quum te formidet mulier, neque credat amanti.
*Ibis sub furcam prudens: * dominóque furenti*
Cõmittes rem omnẽ, & vitã, & cũ corpore famam.
** Euasti? * credo, metues, doctúsque cauebis.*
Quæres quando iterum paueas, iterúmq; perire
Possis. ô toties seruus, qua bellua ruptis,
Quum semel effugit, reddit se praua catenis?
Nõ sum mœchus, ais. neq; ego hercule fur, vbi vasa
Prætereo sapiens argentea. tolle periclum,
Iam vaga prosiliet frænis natura remotis.
*Túne mihi dominus, * rerum imperijs hominúmq;*
Tot tantísque minor? quem ter vindicta quatérq;
Imposita haud vnquam misera formidine priuet?
Adde supra dictis, quod non leuius valeat. nam
Siue vicarius est, qui seruo paret (vti mos
Vester ait) seu conseruus: tibi quod sum ego? nempe
Tu, mihi qui imperitas, alijs seruis miser, atque
Duceris vt neruis alienis mobile lignum.
Quisnam igitur liber? sapiens, sibiq; imperiosus:
Quẽ neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula terrẽt.
**Responsare cupidinibus, contemnere honores*
*Fortis & inseipso totus * teres atq; rotundus:*
Externi nequid valeat per leue morari.
In quem manca ruit semper fortuna. potésne
Ex his vt proprium quid noscere? quinque talenta
Poscit te mulier, vexat, foribúsque repulsum
Perfundit gelida: rursus vocat: eripe turpi
Colla iugo, liber. liber sum, dic age. non quis.
Vrget enim dominus mentem non lenis, & acres
Subiectat lasso stimulos, versátque negantem,

Adulterum.

Marito. vel, furioso amori. Pro euasisti. *Credo*, ironicè. Metues, credo: imò verò simile periculum tibi accesses.

Qui obnoxius es, vel cedis tot & tantis imp. rerum atque hominum. vel, Qui eo inferior es me quòd res tot & h. tibi imperant.

Fortis ad responsandum cup. &c. *Teres*. Æqualis, Constans. A.

Vel

*Vel quum * Pausiaca torpes insane tabella,*
** Quî peccas minus atq; ego? quũ Fulvi Rutubæq;*
Aut Placidiani contente poplite miror
Prælia, rubrica picta aut carbone: velit si
Re vera pugnent, feriant, vitentque mouentes
*Arma viri: nequam & cessator * Dauus: ac ipse*
Subtilis veterum iudex & callidus audis:
** Nil ego, si ducor libo fumante: tibi ingens*
*Virtus atque animus cœnis * respondet opimis.*
Obsequium ventris mihi perniciosius est. cur?
*Tergo plector enim. * quî tu impunitior illa*
Quæ paruo sumi nequeunt obsonia captas?
*Nempe * inamarescunt epulæ sine fine petitæ,*
** Illusique pedes vitiosum ferre recusant*
Corpus. an hic peccat, sub noctem qui puer vuam
Furtiuam mutat strigilem? qui prædia vendit,
Nil seruile, gulæ parens, habet? adde, quòd idem
Non horam tecum esse potes, non otia rectè
Ponere: teque ipsum vitas fugitiuus, & erro:
Iam vino quærens, iam somno fallere curam:
Frustra. nã comes atra premit sequitúrq; fugacem.
**Vnde mihi lapidẽ? Quorsũ est opus? Vnde sagittas?*
Aut insanit homo, aduersus facit. Ocyus hinc te
*Ni rapis, accedes * opera agro nona Sabino.*

Pausiæ, pictoris insignis, de quo Plin.

Qui p.m. Cur minus peccas in spectanda, Pausiæ tabula, quàm ego in contempl. gladiat. prælijs in pariete depictis?

Dauus. Subaudio. Dicor esse homo nihili si d.l. R. Aduersatur: cùm ironia. Qui tu impunitius quam ego consectaris illa obs. Al. *Quidẽ tu imp.*

In. Saporem grãtum amittere videntur, & fieri amaræ.

Ill. Decepti multo vino & cibo. Sic A. Exp. alias vide in annot.

Tecum esse p. Tuis cogitationibus vacare, Vel, In tuo proposito manere. Al ver. sch. Sanæ mentis esse.

V.m.l. Minatur heri seruo. Operarius nouus

SATYRA VIII.

Fundanium inducit describentem cœnam Nasidieni, & quidam ita vt multa sint quæ ipsum ipsi audienti mouere possint. Præsertim verò putidam lautitiarum ostentationem, atque odeo lautitias minimè lautas, sine laxum lautitijs & omni gratia carentem, Horatius, sub Fundanij persona irridere videtur.

*VT Nasidieni iuuit te cœna * beatis?*
*Nam mihi quærenti conniuã, dictus * here illic*
De medio potare die. Sic, vt mihi nunquam

Al. *Vtte N iuuit c. b.* Al. *Nas. qui tu tec. b. Beati* pro diuitis. Al. *here.*

*In vita fuerit melius. * Da (si graue non est)*
Quæ prima iratum ventrem placauerit esca.
In primis Lucanus aper lenisuit Austro
*Captus, vt aiebat * cœnæ pater. acria circum*
Rapula, lactucæ, radices: qualia lassum
Peruellunt stomachum: siser, alec, fæcula Coa.
His vbi sublatis, puer altè cinctus acernam
Gausape purpureo mensam perterserit & alter
Sublegit quodcunque iaceret inutile, quódque
Posset cœnantes offendere: vt Attica virgo
Cum sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes,
*Cæcuba vina ferens: Alcon, Chium, * maris expers.*
Hîc herus, Albanum, Mecænas, sine Falernum
Te magis oppositis delectat, habemus vtrunque:
** Diuitias miseras. Sed queis cœnantibus vnà*
Fundani pulchrè fuerit tibi, nosse laboro.
** Sûmus ego, & prope me Viscus Turinus, & infra,*
(Si memini) Varius: cum Seruilio Balatrone
*Vibidius: quos Mecænas adduxerat * vmbras.*
Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,
** Ridiculus totas * simul absorbere placentas.*
*Nomentanus * ad hoc, qui siquid fortè lateret,*
Indice monstraret digito. nam cætera turba,
Nos inquam, cœnamus aues, conchylia, pisces,
Longè dissimilem noto celantia succum.
*Vt vel continuò patuit, quum * passeris, atque*
Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.
Post hoc me docuit, melimela rubere minorem
Ad lunam delecta. quid hoc interfit, ab ipso
Audieris melius. tum Vibidius Balatroni,
Nos nisi damnosè bibimus, moriemur inulti.
Et calices poscit maiores. vertere pallor
*Tum * parochi faciem, nil sic metuentis vt acres*
Potores:

Da pro dic, vt apud Virg.

Capat. Conuiuator infrà, & parochus, herus, dominus.

Aquæ marinæ.

Hor. exclamat esse diuitias miseras, id est hominis miseri, qui nesciæ illis vti quin opus est. Quidam subaudiunt verbum narras. *Summe.* In summo lecto. *Vmbras.* Vmbræ, quos quis ad conuiuium secum adducit. *Ridic.* in absorbendis placentis. *Sim. abs.* Al *semel*, & *obsorbere*. *Ad hoc.* ad hanc rem ridic. A. *Pass.* piscis. De seq. Vide ann.

Qui supra herus, & cœnæ pater.

Potores: vel quod maledicunt liberius, vel
Feruida quòd ſubtile exſurdant vina palatum.
** Inuertunt Aliphanis vinaria tota*
Vibidius Balatróque, ſequutus omnibus: imi
Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis.
Affertur ſquillas inter murænanatantes
In patina porrecta, ſub hoc herus, Hæc grauida, in-
Capta eſt, deterior poſt partũ carne futura. (quit,
His miſtum ius eſt oleo, quòd prima Venafri
*Preſſit cella: garo de ſuccis * piſcis libert,*
Vino quinquennis, verùm citra mare nato,
Dum coquitur: (cocto Chium ſic conuenit, vt non
Hoc magis vllum aliud) pipere albo: non ſine aceto,
Quod Methymnæam vitio mutauerit vuam.
Erucas virides, inulas ego primus amaras
Monſtraui incoquere, illutos Curtillus echinos,
Vt melius muria quàm teſta marina remittat.
Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas
In patinam fecere trahentia pulueris atri,
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
Non maius veriti, poſtquam nihil eſſe pericli
*Senſimus, erigimur. Rufus, * poſito capite, vt ſi*
*Filius immaturus obiſſet, flere * quis eſſet*
Finis? ni ſapiens ſic Nomentanus amicum
** Tolleret, Heu Fortuna, quis eſt crudelior in nos*
Te deus? vt ſemper gaudes illudere rebus
Humanis. Varius mappa compeſcere riſum
Vix poterat. Balatro ſuſpendens omnia naſo,
Hæc eſt conditio viuendi, aiebat: eóque
Reſponſura tuo nunquam eſt par fama labori.
Téne, vt ego accipiar lautè, torquerier omni
Sollicitudine diſtictum? ne panis aduſtus,
Ne malè conditum ius apponatur? vt omnes

Inuertunt vaſa vinaria, i. in caput vertunt. Vel, inuertunt Aliphanos calices, toto vino ebibito A. Vide annot.

Scombris.

Deiecto & Demiſſo. Q.d. Nec finem flendi feciſſet, ni ſap.

Toll. animum amici erigeret.

Præcinctí recte pueri comptíque miniſtrent?
Adde hos præterea caſus: aulea ruant ſi,
Vt modò ſi patinam pede lapſus frangat agaſo.
Sed conuiuatoris (vti ducis) ingenium res
Aduerſæ nudare ſolent, celare ſecundæ.
Naſidienus ad hæc, Tibi dij, quæcunq; preceris
Commoda dent: ita vir bonus es, conuiuáq; comis.
Et ſoleas poſcit. tum in lecto quoque videres
Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros.
Horatij verba. Redde mihí rationem eorum quæ deinceps riſum tibi mouerunt.
* *Nullos his mallem ludos ſpectaſſe. ſed illa*
* *Redde, age, quæ deinceps riſiſti. Vibidius dum*
Quæris de pueris, num ſit quoque fracta lagena,
Quòd ſibi poſcenti non dentur pocula: dúmque
Fictæ rerum, pro Res fictæ, vt *Abditæ rerum*, pro Res abditæ. Fortuitum illum aulæorum caſum. *Ridetur* * *fictis rerum, Balatrone ſecundo.*
Naſidiene redis mutata frontis. vt arte
Emendaturus * *fortunam. deinde ſequuti*
Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes
Membra gruis ſparſi ſale multo, non ſine farre,
Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi,
Et leporum auulſos, vt multo ſuauius, armos,
Quam ſi cum lumbis quis edit, tum pectore aduſto
Vidimus & merulas poni, & ſine clune palumbes.
Qui cibi poterant eſſe ſuaues, ſi non obtunderet nos dominus, narrando cauſas ear. & *Can.* venefica. * *Suaues res, ſi non cauſas narraret earum &*
Naturas dominus: quem nos ſic fugimus vlti,
Vt nihil omnino guſtaremus: velut illis
* *Canidia affluſſet, peior ſerpentibus Afris.*

Q.

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

AD MECAENATEM. EP. I.

Se ludicra ista studia missa facere dicit, & ea quæ ad virtutem ducunt, amplecti: sic tamen vt in nullius magistri verba iuret. Eiusmodi autem esse hæc studia, vt nemo sit qui non illis excoli possit, si modo patientem aurem commodet. Tandem prauum hominum iudicium, virtutem opibus & honoribus postponentium, & quæ corporis sunt, non quæ sunt animi, curantium, reprehendit.

*PRima dicte mihi, *summa dicende Camœna,* Primo poemate
*Spectatũ satis, & donatũ iam * rude, quæris,* à me celebrate,
Mecænas, iterum antiquo me includere ludo. & celebrande vltimo.
Non eadem est ætas, non mens. Veianius, armis R. metaph. à gladiat. sicut & quũ
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro: ludum dicit. Et V. glad. nomen.
Ne populum extrema toties exoret arena.
Est mihi purgatam crebro qui personet aurem,
Solue senescentem maturè sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.
Nunc itaque & versus & cætera ludicra pono: Instruo animum
Quid verũ atq; decẽs, curo & rogo, & omnis in hoc præceptis quæ in
**Cõdo & cõpono quæ mox depromere possim. (sum:* promptu ei esse
Atque fortè roges, quo me duce, quo lare tuter: possint.
Nullius addictus iurare in verba magistri, Tempori seruio.
** Quo me cunque rapit tempestas, deferor, hospes,* M. citu vnd. Ciuilia munia obeo.
*Nunc agilis fio, & * mersor ciuilibus vndis,* Ciuilium offic. & negot. turbis me implico.
Virtutis veræ custos rigidúsque satelles: Et mihi res. Valedicens negotiis & curis, animo meo
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor, obsequor.
** Et mihi res, non me rebus submittere conor.*

Vt nox longa, quibus mentitur amica, diésque
Longa videntur, opus debentibus, vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt ingratáq; tempora, quæ spem
Consilíumque morantur agendi gnauiter id quod
Æquè pauperibus prodest, locupletibus æque,
Æquè neglectum pueris senibusq; nocebit.
Restat vt his ego me ipse regam solerq; elementis.
Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia desperes inuicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
Est quodam prodire tenus, si non datur vltra.
Feruet auaritia miseróque cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ te
*Ter purè lecto poterunt * recreare libello.*
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator:
Nemo adeo ferus est vt non mitescere possit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.
Virtus est, vitium fugere: & sapientia prima,
Stultitia caruisse. vides quæ maxima credis
*Esse mala, exiguum censum, turpémq; * repulsam,*
*Quanto deuites animi * capitísque labore.*
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
Ne cures ea quæ stultè miraris & optas,
Discere, & audire, & meliori credere non vis?
Quis circum pagos & circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sic conditio dulcis sine puluere palma?
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.

Q. d. Interim boni consulere debeo quam consequutus sum primordiorum cognitionē. Vel, quæ ex prim. cognitione præstare possum. q. d. ex cogn. *mediocri*. Quid si *his el.* an seq. referas? Vide Annot.

Rec. refocillare tanquam à morbo.

T. rep. Quum non obtineris magistr. quem petieris. *Cap.* Corporis, vel vitæ.

Quū laborem illum perferas currendi ad Indos, non vis facere quod facile est, discere te & aud. vt desinas stultè mirari opes illas & honores?

O ciues ciues, quærenda pecunia primùm est,
*Virtus post nummos. hæc * Ianus summus ab imo*
Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata senesque,
Læuo suspensi locutis tabulámque lacerto.
** Si quadringentis sex, septem millia desunt,*
Est animus tibi, sunt mores, lingua fidésque:
Plebs eris. at pueri ludentes, rex eris, aiunt,
Si rectè facies. HIC MVRVS aëneus esto,
Nil conscire sibi, nulla palescere culpa.
Roscia (dic sodes) melior lex, an puerorum
Nauia? quæ regnum rectè facientibus offert,
Et maribus Curijs & decantata Camillis?
*Is ne tibi melius suadet, * qui rem facias: rem,*
Si possis, rectè: si non, quocunque modo rem:
Vt propius spectes lacrymosa poemata Puppi:
An qui Fortunæ te responsare superbæ
*Liberum & erectum præsens hortatur & * optat?*
Quòd si me populus Romanus forte roget, cur
Non, vt porticibus, sic iudicijs fruar ijsdem,
Nec sequar, aut fugiam, quæ diligit ipse, vel odit:
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
*Respondit, referam, * Quia me vestigia terrent,*
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.
**Bellua multorũ es capitũ. nã quid sequar? aut quẽ?*
Pars hominum gestit conducere publica: sunt qui*
** Crustis & pomis viduas venentur auaras,*
** Excipiántque senes, quos in viuaria mittant,*
Multis occulto crescit res fœnore. verùm
** Esto alijs alios rebus studiísque teneri:*
Iidem eadem possunt horam durare probantes?
Nullus in orbe sinus Baijs prælucet amœnis,
Si dixit diues, lacus & mare sentit amorem
Festinantis heri. cui si vitiosa libido

Via quædam à Iani templo, vbi trapezitæ & fœneratores.
Si quadr. mill. sestertiũm desunt sex aut s. millia, non eris eques, sed plebeius: quamuis sit tibi animus, &c. Exponitur & aliter. Vide annot.

Qui suadet vt rem facias. Al. *vt rem.*

Al. *aptat?*

Ex Æsopi fabula. Apostrophe ad ipsum populum. Vnde dicti publicani.
Pro Cr. est *frustis.* in al.
Exc. insidijs *senes,* insidientur senibus.
Esto al. Liceat illis istud, diuersis teneri.

Si vitiosa libido quam pro auspice habet, aliam cupiditatem immisserit.

*Fecerit * auspicium, cras ferramenta Theanum*
*Tolletis fabri. * lectus genialis in aula est?*
Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita.
Si non est, ut at bene solis esse maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
*Quid pauper? * ride: mutat cœnacula, lectos,*
Balnea, tonsores: conducto navigio, æquè
*Nauseat ac locuples, quem ducit * prima triremis.*
*Si * curtatus inæqualis tonsore capillos*
*Occurri, rides: si forte subucula * pexæ*
Trita subest tunicæ, vel si toga dissidet impar,
*Rides: * quid, mea quum pugnat sententia secum?*
Quod petiit, spernit: repetit quod nuper omisit:
Æstuat, & vitæ disconvenit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.
Insanire putas solemnia me: neque rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati: rerum tutela mearum
Quum sis, & prave sectum stomacheris ob unguem
De te pendentis, te respicientis amici.
Ad summam, sapiens uno minor est Iove: dives,
Liber honoratus, pulcher, rex denique regum:
*Præcipuè sanus, nisi quum * pituita molesta est.*

Leg. Estne illi uxor.

Q. d. Facit & ipse quod risu dignum sit.

Pr. propria. Decurtati sunt inæqualiter cap.

P. opponit tritæ: quia hæc non amplius lanosa villosa est, sicut illa. Quid quum m. s. p. secum? quum spernit, æstuat, &c. cur idem tum quoque non facis? Nimirum quia putas me insanire.

In pit. synæresis esse putatur.

Ad Lollivm. Epist. II.

Homerum in suis poematis plenius ac melius quàm quoscilam philosophos, quid honestum sit, docere dicit. Amborum afferens argumenta, Iliade quidem quales sint in stultis regibus & populis animi motus, describi: in Odyssea autem, Ulyssis exemplo, quid virtus & sapientia possint, ostendi. Deinde ad studium sapientiæ hortatur, utpote quos recenset animi morbos sanaturæ. Sed à teneris assuescendum huiusmodi præceptis esse docet.

Troiani belli scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi:

Qui

Qui, quid ſit pulchrũ, quid turpe: quid vtile, quid
Plenius ac melius Chryſippo & Crátore dicit. (nõ,
Cur ita crediderim (niſi quid te detinet) audi,
** Fabula, qua Paridis propter narratur amorem* Iliadis argumentum.
Græcia barbaria lento colliſa duello.
Stultorum regum & populorum continet æſtus.
Antenor cenſet belli præcidere cauſam.
Quid Paris? vt ſaluus regnet, viuátq; beatus,
Cogi poſſe negat. Neſtor componere lites
Inter Peleiden feſtinat & inter Atreiden:
Hunc amor, ira quidem communiter vrit vtrúnq;.
Quicquid deliránt reges, plectuntur Achiui.
Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine & ira,
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Rurſus, quod virtus & quid ſapientia poſſit,
*Vtile propoſuit nobis exemplar * Vlyſſem:* Odyſſeæ argumentum.
Qui domitor Troiæ, multorum prouidus vrbes
Et mores hominum inſpexit: latúmq; per æquor,
Dum ſibi, dum ſocijs reditum parat, aſpera multa
Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis vndis.
Sirenum voces & Circæ pocula noſti:
*Quæ ſi cum ſocijs * ſtultus cupidúq; bibiſſet,* Si æquè ſtultus & cupidus ac ſocijs fuiſſet, ita vt cum illis pocula Circes biberet. *Sp.* Q. d. Nihil differimus à ſp. Pen. quos ille deſcribit. *Num.* autem i, homines nihili, qui duntaxat augemus hominum numerum. Et ſemus iuuentus. Alc.
Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors:
Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.
*Nos * numerus ſumus, & fruges conſumere nati,*
** Sponſi Penelopæ, nebulones, Alcinoique,*
In cute curanda plus æquo operata iuuentus:
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies &
Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.
Vtiugulent homines, ſurgunt de nocte latrones:
Vt teipſum ſerues, non expergiſceris? atqui
Si noles ſanus, curres hydropicus: & ni
Poſces ante diem librum cum lumine, ſi non

Intendes

Intendes animum studijs, & rebus honestis:
Inuidia vel amore vigil torquebere. nam cur
Quæ lædunt oculos, festinas demere: siquid,
** Est animum, differs curandi tempus in annum?*
*Dimidium facti, qui cœpit, habet. sapere * aude:*
Incipe. qui recte viuendi prorogat horam,
Rusticus expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.
Quæritur argentum, puerísque beata creandis
Vxor, & incultæ pacantur vomere syluæ.
Quod satis est, cui contingit, hic nihil amplius optet.
Non domus, & fundus, non æris aceruus & auri
** Ægroto domini deduxit corpore febres,*
Non animo curas. valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat vti.
Qui cupit, aut metuit, iuuat illũ sic domus, aut res
Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas citharæ collecta sorde dolentes;
Sincerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit.
Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.
Semper auarus eget: certum voto pete finem.
Inuidus alterius macrescit rebus opimis:
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum. qui non moderabitur iræ,
** Infectum volet esse, dolor quod suaserit & mens,*
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.
Ira, furor breuis est. animum rege: qui nisi paret,
Imperat: hunc frænis, hunc tu compesce catena.
Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam quam monstrat eques. venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in syluis catulus. nunc adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.

Est, pro Edit, siue Exedit. Siquis animi morbus eum corrumpit.

Aude s. fortiter in animum tuum inducito, sapientiæ studium amplecti.

Sic. Lucr. *Nec calidæ citius decedent corpore f. Textilibus si in pict.* &c.

Pœnitebit eum eius quod fecerit dum violento animi impetu fertur ad vltionem eius quem odit.

QVO

QVO semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu. Quòd si cessas, aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

AD IVLIVM FLORVM. EPIST. III.

Iulium Florum de Claudio Nerone, vbi militet, & de quorundam amicorum scriptis, interrogat. Deinde ipsum Florum ad sapientiæ studium, & ad redeundum in gratiam cum fratre, hortatur.

IVLI Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Augusti priuignus, scire laboro.
Thracáne vos, Hebrúsq; niuali compede vinctus,
*An freta vicina inter currentia * turres.*
*An pingues Asiæ campi collésque * morantur?*
Quid studiosa cohors operũ struit? hæc quoq; curo.
Quis sit ires gestas Augusti scribere sumit?
Bella quis & paces longum diffundit in ænum?
Quid Titius, Romana breui venturus in ora?
Pindarici fontis qui non expalluit haustus.
Fastidire lacus & riuos ausus apertos?
*Vt valet? vt meminit nostri? * fidibúsne Latinis*
Thebanos aptare modos studet, auspice Musa?
An tragica desanit & ampullatur in arte?
Quid mihi Celsus agit? monitus multiq; monẽdus,
Priuatus vt quæras opes, & tangere vites
*Scripta, Palatinus quæcunq; recepit * Apollo:*
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum,
Furtiuis nudata coloribus. ipse quid audes?
*Quæ * circumuolitas agilis thyma? non tibi paruũ*
Ingenium, non incultum est, nec turpiter hirtum.
Seu linguam causis acuis, seu ciuica iura
Respondere paras, seu condis amabile carmen.

Sestum & Abydum. Detinent.

Lyricis versibus Latinis Pindaricos imitari.

Bibliotheca templo Apollinis, quod Aug. extruxerat, adiuncta. Ab apibus metaph. q.d. Quibus ex floribus mellitum aliquod poema nobis paras? Vide annot.

Prima

Prima feres edera victricia præmia. quòd si
Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quo te cœlestis sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studium parui properemus & ampli,
Si patriæ volumus, si nobis viuere chari.
An Mun. sit tibi tantæ curæ quantæ decet esse fratrum. Quid si illáne reconciliatio firma non est? Vel *an malè sarta*, &c. pertinent item ad *Resir.* sine interr. C. vel alibi, *calidus iuuenta.*
*Debes hoc etiam rescribere, * si tibi curæ*
Quanta conueniat Munatius. an malè sarta
Gratia nequicquam coit, & rescinditur? at vos
*Seu * calidus sanguis seu rerum inscita vexat,*
Indomita cervice feros: vbicunque locorum
Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus:
Pascitur in vestrum reditum votiua iuuenca.

Ad Albium Tibullum.

Epist. IIII.

Albium Tibullum compellat, cui studium philosophiæ laudare videtur, atque id facere vt eius amore illum accendat. Recenser quibus dotibus illum dij ornauerint: deinde ita viuendum illi esse dicit, vt vnumquemque diem, extremum sibi fore putet.

Albi nostrorum sermonum candide iudex,
Quid nunc te dicã facere in regione Pedana?
Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat?
Lentius ambulare. *An tacitum syluas inter *reptare salubres,*
Sic alibi, hæc duo coniungit. *Curantem quicquid dignum *sapiente bonóq; est?*
Non tu corpus eras sine pectore. dij tibi formam,
Dij tibi diuitias dederant, artémq; fruendi,
Quid voueat dulci nutricula maius alumno,
Vide annot. *Quàm sapere & fari vt possit quæ sentiat, & *cui*
Gratia, fama, valetudo contingat abunde.
Et mundus victus, non deficiente crumena?
Inter spem curámque, timores inter & iras,
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superueniet, quæ non sperabitur, hora.
Me pinguem & nitidum bene curata cute vises,
Quum ridere voles Epicuri de grege porcum,

Ad

AD TORQVATVM. EP. V.

Torquatum ad cœnam inuitat, quam frugalem fore dicit. Hortatur vt curis & cupiditati diuitiarum valedicens, hilaritati se tradat: & laudes ebrietatis addit. Tria esse dicit quorum studiosus sit in apparatu conuiuij, primam autem ponit munditiem.

SI potes * Archaicis conuiua recumbere lectis,
Nec modica cœnare times olus omne patella:
Supremo te sole domi Torquate manebo.
Vina bibes iterum * Tauro * diffusa, palustres
Inter Minturnas, Sinuessanúmque Petrinum.
Sin melius quid habes, arcesse, vel imperium fer.
Iamdudũ splendet focus, & tibi munda suppellex:
Mitte leues spes & certamina diuitiarum,
Et Moschi causam. cras nato Cæsare festus
Dat veniam somnúmq; dies: impune licebit
Æstiuam sermone benigno tendere noctem.
* Quò mihi fortunas, si non conceditur vti?
Parcus ob heredis curam, nimiúmque seuerus,
* Assidet insano. potare & spargere flores
Incipiam, patiarque vel inconsultus haberi.
Quid non ebrietas designat? operta recludit:
Spes iubet esse ratas: in prælia trudit inermem:
Sollicitis animis onus eximit: addocet artes.
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?
Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non
Inuitus: ne turpe toral, ne sordida mappa
Corruget nares: ne non & cantharus & lanx
* Ostendat tibi te: ne fidos inter amicos
Sit qui dicta foras eliminet: vt coeat par
Iungatúrque pari. Brutum tibi, Septimiúmque,
Et nisi cœna prior potiórque puella Sabinum
Detinet, assumam. locus est & pluribus vmbris.
Sed * nimis arcta premunt olida conuiuia capræ.

Tu,

Aliquid ex rudi antiquitatis artificio retinentibus. Consule Stratilio. Tauro transfusa è torculari vel dolio in amphoras.

In quem vsum. Quorsum optem, vel comparem.

Proximum insano locum tenet ira similimus est.

Ostendat t. te. Splendeat instar speculi, tuam imaginem tibi ostendentis.' Al. *Brutum.* & quidam iungunt hæc cum præc. Vide Annot. Vbi nimis arctè sedetur, existit grauis alarum odor.

Tu, quotus esse velis, rescribere, & rebus omissis,
Atria seruantem postico falle clientem.

Ad Numicivm Ep. VI.

Nihil admirari, rem esse dicit, quæ propemodum sola ad vitæ beatitudinem conferat: quum homines non ea tantùm quæ cupiunt, sed etiam quæ timent illis contraria, eodem ferè modo mirentur. Verùm ex iis quibus admiratio cupiditatem incitat, alios aliud expetere: omnes autem frustra in eo felicitatem, quæ à sola virtute pendet, collocare.

NIL admirari, propè res est vnà, Numici,
Soláque, quæ possit facere & seruare beatum.
Hunc solem, & stellas, & decedentia certis
Tempora momentis, sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent, quid censes munera terræ?
Quid, maris extremos Arabas ditantis & Indos?
Honores qui à pop. deferuntur. *Ludicra quid, plausus, & amici* dona Quiritis?*
Quo spectanda modo, quo sensu credis & ore?
Qui timet his aduersa, ferè miratur eodem
Al. *vtrobique.* *Quo cupiens pacto, pauor est* vtrique molestus:*
Improuisa simul species exterret vtrunque.
Gaudeat, an doleat: cupiat, metuátne: quid ad rem?
Si, quicquid vidit melius peiúsue sua spe,
Defixis oculis, animóque & corpore torpet?
Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Vltra, quàm satis est virtutem si petat ipsam.
Si ne virtus quidem ipsa expeti debet vltra quàm satis est, itáne digna hæc censebis quæ tantopere admireris? Vide annot. *I* nunc, argentũ, & marmor vetus, æráq; & artes*
Suspice, cum gemmis Tyrios mirare colores:
Gaude quòd spectant oculi te mille loquentem:
Gnauus mane forum, & vespertinus pete tectum:
Ne plus frumenta dotalibus emetat agris.
Mutius: indignum, quòd sit peioribus ortus:*
Hic tibi sit potiùs quàm tu mirabilis illi.
Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas,

Defodiet

Defodiet condétque nitentia. quum bene notum
Porticus Agrippæ & via te conſpexerit Appi,
**Ire tamen reſtat Numa quò deuenit & Ancus.* Moriendum eſt.
Si latus aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi. vis rectè viuere? quis non?
Si virtus hoc vna poteſt dare, fortis omiſſis
**Hoc age deliciis. virtutem verba putas, vt*
Lucum ligna? cane ne portus occupet alter, In hanc de cõparanda virtute curam incumbe.
Ne Cibyratica, ne Bithina negotia perdas.
*Mille talenta *rotundentur, totidem altera porro:*
Tertia ſuccedant, & quæ pars quadret aceruum. Quidam exp. Congerantur, ad ſummam cõplendam.
Scilicet vxorem cum dote, fidemq; & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat:
Ac bene nummatum decorat Suadela, Venuſq;.
Mancipijs locuples eget æris Cappadocum rex.
Ne fueris hic tu. chlamydes Lucullus (vt aiunt)
Si poſſet centum ſcenæ præbere rogatus,
Qui poſſim tot? ait: tamẽ & quærã, & quot habebo
Mittam: poſt paulò ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum: partem vel tolleret omnes:
Exilis domus eſt, vbi non & multa ſuperſunt,
Et dominum fallunt, & proſunt furibus. ergo
Si res ſola poteſt facere & ſeruare beatum,
Hoc primus repetas opus, hoc poſtremus omittas:
Si fortunatum ſpecies & gratia præſtat,
*Mercemur ſeruum, qui dicter nomina, *læuum* *Læuum q. ſ. l.* Qui lævum domini latus pungens, admoneat, hunc vel illum eſſe ſalutandum: & cogat
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram prenſare, vel trans pondera porrecta
Porrigere. Hic multum in Fabia valet, ille Velina: manu (ſi qua forte huiuſmodi obſtacula in via eſſe
Cuilibet hic faſces dabit, erspiétq; curules contingat) quem dicet multum autoritate valere in
Cui volet importunus ebur. frater, pater, adde: tribu Fab. & quẽ in Vel.
Vt cuique eſt ætas, ita quenq; facetus adopta.
Si, bene qui cœnat, bene viuit: lucet, eamus
Quo ducit gula: piſcemur, venemur: vt olim

Gargilius

Gargilius, qui mane plagas, venabula, seruos,
Differtum transire forum populúmque iubebat:
Vnus vt è multis populo spectante referret
Emptum mulus aprum. crudi tumidique lauemur,
*Quid deceat, quid non, obliti: * ceruice cera*
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlyssei:
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.
Si (Mimnermus vti censet) sine amore, iocísque
Nil est iucundum: viuas in amore, iocísque
Viue, vale. si quid nouisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his viere mecum.

Tali tabula qualis erat ea qua Cerites ignominia affecti fuerunt, suffragiorum iure priuati. Ita quidem ex Gellio, lib. 16. cap. 13.

Ad Mecaenatem.

Epist. VII.

Mecœnati se excusat quòd promissis non steterit. Eius in se liberalitatem commemorat & laudat: sed libertatem & animi tranquillitatem omnibus amicorum donis & quibuslibet diuitijs anteponendã esse, atque adeo eum qui paucis contentus viuere didicit, incommoda quæ vitam ambitiosam comitantur, non posse ferre inuit.

Qvinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desideror. atqui
Si me viuere vis sanum, rectéque valentem,
Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti
Mecœnas veniam: dum ficus prima calórque
Designatorem decorat lictoribus atris:
Dum pueris omnis pater & matercula pallet:
Officioſáque sedulitas & opella forensis
Adducit febres, & testamenta resignat.
Quòd si bruma niues Albanis illinet agris,
Ad mare descendet vates tuus, & sibi parcet,
Contracto q; leget: te dulcis amice reuiset
Cum Zephiris (si concedas) & hirundine prima.

Tempus anni indicat quo multis morbis correpti moriuntur.

Suæ valetudinis rationem habebit, & ei consulet.

Non

Non, quo more pyris veſci Calaber iubet hoſpes,
Tu me feciſti locupletem. Veſcere ſodes.
*Iam ſatis eſt. At tu quamtumuis tollè. * Benignè.*
Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis.
Tam teneor dono quàm ſi dimittar onuſtus.
Vt libet: hæc porcis hodie comedenda relinques.
Prodigus ſtultus donat quæ ſpernit & odit.
Hæc ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis.
Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratum,
*Nec tamen ignorat * quid diſtent æra lupinis:*
Dignum præſtabo me etiam pro laude merentis.
Quod ſi me noles vſquam diſcedere, reddes
Forte latus, nigros anguſta fronte capillos:
Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum, &
Inter vina fugam Cynaræ mœrere proteruæ.
Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam
Repſerat in cameram frumenti: paſtaque, rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtrà.
Cui muſtella procul, Si vis (ait) effugere iſtinc,
Macra cauum repetes arctũ, quem macra ſubiſti.
*Hac ego ſi compellar imagine, cuncta * reſigno:*
Nec ſomnum plebis laudo, ſatur altilium, nec
Otia diuitijs Arabum liberrima muto.
Sæpe verecundum laudaſti: rexque patérque
Audiſti coram, nec verbo parcius abſens:
Inſpice ſi poſſum donata reponere lætus.
Haud male Telemachus, proles patientis Vlyſſei,
*Non eſt aptus equis Ithacæ locus: * vt neq; planis*
Porrectus ſpatijs, neque multæ prodigus herbæ.
Atreide, magis apta tibi tua dona relinquam.
Parvum parua decent: mihi iam non regia Roma,
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.
Strenuus & fortis, cauſíque Philippus agendis

Miror hanc tuam in me benignitatem. Nimium liberaliter mecum agis.

Quid interſit inter bonos & malos nummos.

Reſtituo.

Appellatus es à me Rex autem de ſuperiori ſua potentiori amico. Vtpote neque pl.

Clarus ab officijs octauam circiter horam
Dum redit: atque foro nimium distare Carinas
Iam grandis natu queritur: conspexit (vt aiunt)
Adrasum quendam vacua tonsoris in vmbra,
Cultello proprio purgantem leniter vngues.
Demetri (puer hic non laeuè iussa Philippi
Accipiebat) abi: quære, & refer, vnde domo quis,
Cuius fortunæ: quo sit patre, quóue patrono.
It, redit: & narrat, Vulteium nomine Menam
*Præconem, tenui censu, sine crimine *notum,*
*Et properare loco & * cessare, & quærere, & * vti,*
Gaudentem paruísque sodalibus, & lare certo,
*Et ludis, &, post decisa negotia, * campo.*
Scitari libet ex ipso quæcunque refers: dic
Ad cœnam veniat non sanè credere Mena:
*Mirari secum tacitus. quid multa? *benignè,*
Respondet. Negat ille mihi? Negat improbus, & te
Negligit, aut horret. Vulteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat, & saluere iubet prior. ille Philippo
Excusare laborem, & mercenaria vincla,
Quòd non mane domum venisset: deniq; quòd non
** Prouidisset eum. Sic ignouisse putato*
Me tibi, si cœnas hodie mecum. Vt libet. ergo
Post nonam venies. nunc i, rem strennus auge.
Vt ventum ad cœnam est, dicenda tacēda loquutus,
*Tandem dormitum dimittitur. * hîc vbi sæpe*
*Occultum visus decurrere * piscis ad hamum,*
*Mane cliens * & iam certus conuiua iubetur*
*Rura suburbana * indictis comes ire Latinis.*
Impositus mannis, aruum cœlumq; Sabinum
Non cessat laudare. videt ridétque Philippus:
Et sibi dum requiem, dum risus vndiq; quærit,

Al. *natum.* *Cess.* Feriari: vel Interquiescere. *Et qu & v.* Vti quæsitis quod auari non faciunt. *Campo* Martio. Vel *ben.* vox est respondentis vel iungitur cum *Resp.* Vtrolibet autem modo, existimatur dici ab eo qui quanuis recuset, tamen gratiam habeat. Nam esse recusantis, ostendunt quæ seq. Philippi, *Negat ille mihi.* Ad quæ Demet. *Negat imper.* Alij, *Præuidisset.* Quidam, *Prouisisset.* Alleg. vbi visus est Mena sæpe ad delicias mensæ Phil. redire, vt iam illis inesceatus. Quidam sæpe iung. cum *occultum.* *Etiam.* Al. etiam l. ferijs Lat. quas indicebat, seu imperabat.

Dum

Dum ſeptem donat ſeſtertia, mutua ſeptem
Promittit: perſuadet vti mercetur agellum.
Mercatur. ne te longis ambagibus vltra
Quàm ſatis eſt, morer, ex nitido fit ruſticus, atque
*Sulcos & vineta * crepat mera: præparat vlmos:* Nihil aliud in re habet quàm,
Immoritur ſtudijs & amore ſeneſcit habendi.
Verum vbi oues furto, morbo periere capellæ,
Spem mentita ſeges, bos eſt enectus arando:
Offenſus dammis, media de nocte caballum
Arripit, iratúſque Philippi tendit ad ædes.
Quẽ ſimul aſpexit ſcabrũ intonſúmq; Philippus,
Durus (ait) Vultei nimis attentúſque videris
Eſſe mihi. Pol, me miſerum patrone vocares,
*Si velles (inquit) verum mihi * dicere nomen.* Al. *ponto*,
Quòd te per genium, dextrámq; deóſq; penates,
Obſecro & obteſtor, vitæ me redde priori.
Qui ſimul aſpexit quantum dimiſſa petitis
Præſtent, maturè redeat, repetátque relicta.
Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede, verum eſt.

AD CELSVM ALBINOVANVM. EPIST. VIII.

Ad Celſum ſcribens, ſe minùs animo quàm corpore valere dicit, in ſeipſo cùm alia quædam vitia tum inconſtantiam reprehendens: ſed ita vt illum in perſona ſua taxare videri poſſit. A Muſa autem de non ferenda immoderatè & inſolenter fortuna eum vult admoneri.

CElſo gaudere, & bene rẽ gerere, Albinouane, Celſo dic ſalutem meis verbis. Sed
Muſa roqata refer, comiti ſcribáq; Neronis. Græca expreſſit
Si quæret quid agã: dic, multa & pulchra minãtẽ, χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.
Viuere nec rectè, nec ſuauiter: haud quia grando
Contuderit vites, oleámque momorderit æſtus:
Nec quia longinquis armentum ægrotet in aruis:

Sed quia mente minus validus quàm corpore toto,
Nil audire velim, nil discere, quod leuet ægrum:
Fidis offendar medicis, irascar amicis,
** Cur me funesto properent arcere veterno:*
Quæ nocuere sequar, fugiam quæ profore credam:
Romæ Tibur amem ventosus, Tibure Romam.
Post hæc, vt valeat, quo pacto rem gerat & se:
Vt placeat inueni, percontare, vtque cohorti.
Si dicet, rectè: primùm, gaudere, subindo
Præceptum auriculis hoc instillare memento,
** Vt tu fortunam, sic nos te Celse feremus.*

Irascar am cur. prop. i. propterea quòd prop. Vel, *Cur me f.* &c. cùm interr. verba sunt Horatij.

Si modratè sor. non feras, sed ea insolescas, nec nos mores tuos feremus.

Ad Clavdivm Neronem Epist. IX.

Claudio Neroni Septimium commendat, & rogat vt in amicitiam suam eum recipiat. Sed hoc verecundè facit, & ita vt ab ipso Nerone id tanquam pro suo iure petere videri non possit.

Septimius, Claudi, nimirum intelligit vnus,
*Quãti me facias. nam * quũ rogat, & prece co-*
Scilicet, vt tibi se laudare & tradere coner, (git
Dignum mente domóque legentis honestæ Neronis:
Munere quum fungi propioris censet amici:
Quid possim videt, ac nouit me validius ipso.
Multa quidem dixi, cur excusatus abirem:
Sed timui, mea ne finxisse minora putarer,
Dissimulator opis propriæ, mihi commodus vni:
Sic ego, maioris fugiens opprobria culpæ,
*Frontis ad vrbanæ descendi * præmia quòd si*
Depositum laudas ob amici iussa pudorem:
Scribe tui gregis hunc, & fortem crede bonúmq;.

Al. *me rogat.*

Præ f. vrb. Hoc dicit quasi hunc fructum consequantur quidam ex minus verecunda commendatione, vt autoritate, & gratia valere se persuadeant.

Ad Fvscvm Aristivm. Epist. X.

Fusco Aristio vrbis amatori vitam rusticam, qua ipse delectabatur, laudat

laudat, & varia eius commoda recenſet. Simul autem ab ambitione(quæ vitam vrbanam, non ruſticam, comitatur) eum deterret.

VRbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus
Ruris amatores: hac in re ſcilicet vna
Multum diſſimiles, ad catera penè gemelli.
Fraternis animis quicquid negat alter, & alter,
Annuimus pariter * vetuli notíq; columbi.
Tu * nidum ſeruas, ego laudo ruris amœni
Riuos & muſco circumlita ſaxa, nemúſque.
* Quid quæris? vino & regno: ſimul iſta reliqui
Quæ vos ad cœlum effertis rumore ſecundo.
* Vtque ſacerdotis fugitiuus, liba recuſo:
Pane egeo iam mellitis potiore placentis.
Viuere naturæ ſi conuenienter oportet,
Ponendáq; domo quærenda eſt area primùm,
Noniſtíne locum potiorem rure beato?
Eſt vbi * plus tepeant hyemes? vbi gratior aura
Leniat & rabiem canis, & momenta leonis,
Quum ſemel accepit ſolem * furibundus acutum?
Eſt vbi * diuellat ſomnos minus inuida cura?
Deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua tendet rumpere plumbum,
Quã quæ per pronũ trepidat cum murmure riuũ?
* Nempe inter varias nutritur ſylua columnas,
Laudatúrq; domus longos quæ proſpicit agros.
Naturam expellas furca, tamen vſque recurret,
Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix.
Non qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potentia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiúſque medullis,
Quàm qui non poterit vero diſtinguere falſum.
Quem res plus nimio delectauere ſecundæ,
Mutata quatient. ſiquid mirabere, pones

Tanquam vet. Te domo tua incluſum tenea.

Q. d. Quid maius tibi poſſum dicere, quàm hoc quòd viuo, &c. Idem facio quod fac. ſeruus, qui excuſſo domini iugo, pane contentus eſt.

Minus ſunt frigidæ.

Veſanum, vocat ode 29 lib. 3. Al. *depellat.*

Q. d. Hoc quidem certè mihi fateberis, in ipſa etiã vrbe ſyluas inter col. verſicolores nutriri, & placere domum quæ proſpectum habeat in agros. Vnde apparet quo nos impellat natura, quantumuis hominum faſt. ei reſiſtere conantur.

Invitus, fuge magna: licèt sub paupere tecto
Reges & regum vita præcurrere amicos.
Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat: donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis frenúnque recepit:
Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frenum depulit ore.
Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
Serviet æternum: qui parvo nescit uti.
Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, subvertet: si minor, vret.
Lætus sorte tua vives sapienter Aristi:
Nec me dimittes incastigatum, ubi plura
Cogere quàm satis est, ac non cessare videbor.
Imperat aut servit collecta pecunia cuique,
Tortum digna sequi potiùs quàm ducere funem.
Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ,
Excepto quòd non simul esses, cætera lætus.

Non con. quòd plus minúsve habeat quàm satis sit.
Vret. Dolore afficiet, nimium premendo.

Ad Bullativm. Epist. XI.

Ad vitæ beatitudinem nihil interesse dicit, quo quis loco habitet: quum hæc ab animi tranquillitate pendeat. Docet etiam, de quopiam loco aut aliquo vitæ genere non debere à nobis iudicium fieri ex commodis aut incommodis quæ in eis sentiremus.

Quid tibi visa Chios, Bullati, notáque Lesbos?
Quid cõcinna Samos? quid Crœsi regia Sardis?
Smyrna quid, & Colophõ? maiora minorá ne fama?
Cunctáne præ campo & Tiberino flumine sordent?
An venit in votum Attalicis ex vrbibus vna?
An Lebedum laudas, odio maris atque viarum?

Optatur à te habitatio in vna ex Asiæ ciuitatibus.

* Scis

*Scù, Lebedus quàm ſit Gabijs deſertior atque
Fidenis vicus: tamen illic viuere vellem:
Oblitúſque meorum, obliuiſcendus & illis,
Neptunum procul è terra ſpectare furentem.
Sed neque, qui Capua Romam petit imbre lutóque
Aſperſus, volet in caupona viuere, nec qui
Frigus collegit, furnos & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè præſtantia vitam.
Nec, ſi te validus iactauerit Auſter in alto,
Idcirco nauem trans Ægæum mare vendas.
*Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod
Penula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris,
Per brumam Tiberis, Sextile menſe caminus.
*Dum licet, & vultum ſeruat fortuna benignum,
Roma laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
Tu quamcunque deus tibi fortunauerit horam
Grata ſume manu: nec dulcia differ in annum:
Vt quocunque loco fueris, vixiſſe libenter
Te dicas. nam ſi ratio & prudentia curas,
Non locus effuſi lætè maris arbiter, aufert:
Cœlũ non animum mutant qui trans mare currũt.
Strenua nos exercet inertia: nauibus atque
Quadrigis petimus bene viuere. quod petis, hìc eſt,
Eſt Vlubris: animus ſi te non deficit æquus.

Al. Scù. Leb. quid ſit? Gab.

Qui animo valet, qui eſt animo bene compoſito, ei non magis prodeſt Rhodus, & Mitylene, quàm pen. * Dum l. Dum per fortunam tibi licet Roma frui, ibi mane: licet placeat tibi Sa. &c.

AD ICCIVM. EP. XII.

Iccio eas eſſe facultates dicit, quibus ſi rectè fruatur, ne ab ipſo quidem Oue ditiorem effici poſſe, innuens nimirum, tantum eſſe diuitem vnumquenque quantum rebus vtitur. Eius exemplo, mirum non debere videri quod de Democrito narratur, ſuaderi illi vt Groſphum in familiaritatem ſuam recipiat. Quo in ſtatu ſint res Romanæ, certiorem facit.

FRuctibus Agrippæ Siculis, quos colligis Icci,
Si rectè fruëris, * non eſt vt copia maior

Gr. more, pro Fieri non poteſt vt.

Ab Ioue donari possit tibi. tolle querelas.
Pauper enim non est cui rerum suppetit vsus.
Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.
Si fortè in medio positorum abstemius herbis*
Viuis & vrtica, sic viues protinus, vt te
Confestim liquidus fortunæ riuus inauret:
Vel quia naturam mutare pecunia nescit,
Vel quia cuncta putas una virtute minora.
Miramur si Democriti pecus edit agellos,
Cultáq; dū peregre est animus sine corpore velox:
Quum tu inter scabiem tantam & contagia lucri,
Nil parvum sapias, & adhuc sublimia cures?
Quæ mare compescant causæ, quid temperet annū:*
Stellæ sponte sua, iussane vagentur & errent:
Quid premat obscurum Luna, quid proferat orbē:
Quid velit & possit rerum concordia discors:
Empedocles, an Stertinij deliret acumen.
Verùm seu pisces, seu porrum & cæpe trucidas,*
Vtere Pompeio Grospho: & siquid petet, vltro
Defer. nil Grosphus nisi verum orabit & æquum.
** Vilis amicorum est annona, *bonis vbi quid deest.*
Ne tamen ignores quo sit Romana locorum,
Cantaber, Agrippæ, Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit. ius imperiúmque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor. aurea fruges
Italiæ pleno diffudit copia cornu.

Quidā *abst.* iung. cum *pos.*
Sic viues etiam deinceps (i. æquè parco victu contentus eris) etiamsi ītarim superueniens fort. riuus te inauret.
Comprimant, ne terras obruat.
Siue oppiparè siue parcè viuis. Non magno constant amici quum vitis bo. aliquid deest. Virorum bo. quum inopia premuntur, amicitia non magno emitur Vide num possit intelligi.
Vbi quid deest bonis. i. vbi non adsunt ea bona quæ satis esse possint.

Ad Vinnivm Asellivm. Epist. XIII.

A Vinnio petit vt in offerendis Augusto suis libris & temporis & decori rationem habeat.

VT

VT proficiscentem docui te sæpe diúq;,
Augusto reddes, signata volumina Vinni,
Si validus, si lætus erit, si denique poscet:
Ne studio nostri pecces, odiúmque libellis
* Sedulus importes opera vehemente minister.
Si te fortè meæ gravis vret sarcina chartæ,
Abjicito potiùs, quàm quò perferre iuberis
Clitellas ferus impingas: Asinæq; paternum
Cognomen vertas in risum, & fabula fias.
Viribus vtèris per tiuos, flumina, lamas.
* Victor propositi simul ac perueneris illuc,
Sic positum seruabis onus, ne fortè sub ala
Fasciculum portes librorum, vt rusticus agnum,
Vt vinosa glomos furtiuæ Pyrrhia lanæ:
Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis.
Ne vulgo narres te sudauisse ferendo
Carmina, quæ possunt * oculos aureósque morari
Cæsaris: oratus multa prece, nitere porro.
Vade, vale: caue ne tstubes, mandatáq; frangas.

Sed min. op. v. Tanta sedulitate vtens vt etiam vrgere velis.

Itinere confecto ex animi sententia.

Detinere oculos, dicit Naso.

DD VILLICVM SVVM EPIST. XIIII.

Villici sui desiderium reprehendit, cupientis ob lupanaria & popinas in vrbe viuere, & interim inconstanter fastidientis rura, quæ antea tacita prece petisset. Cur autem contrà vitam rusticam vrbanæ præferat, exponit. Sed illam more hominum facere dicit, vt alienam sortem suæ præferat.

VIllice syluarum & mihi me reddentis agelli,
Quem tu fastidis, habitatum quinq; focis, &
Quinq; bonos solitum * Variam dimittere patres.
Certemus, spinas animóne ego fortius an tu
Euellas agro: & melior sit Horatius, an res.
Me quannis Lamiæ pietas & cura moratur,
Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis

Al. *Variam.* Vide Annot.

Insolabiliter

Insolabiliter: tamen istuc mens animúsque
Fert, & amat spatijs obstantia rumpere claustra.
Rure ego viuentem, tu dicis, in vrbe, beatum.
Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.
Stultus vterq; locum immeritum causatur inique.
Sic O. 16. l. 2. patrie quis exul, Se quoque fugit? *In culpa est animus, qui se non* effugit vnquam.
Tu mediastinus tacita prece rura petebas,
Nunc vrbem & ludos & balnea villicus optas,
Med. seruus atriensis, quidam de seruo balneatoris. Vide annot. *Me* constare mihi scis, & discedere tristem,
Const. In sententia manere. *Quandocunque trahunt, inuisa negotia Romam:*
Non eadem miramur: eo dissonenit inter
Méque & te. nam quæ deserta & inhospita tesqua
Credis, amœna vocat, mecum qui sentit: & odit
Lupanar. *Quæ tu pulchra vocas.* fornix tibi & vncta popina
Incutiunt vrbis desiderium (video) & quòd
Angulus iste feret piper & thus, ocyus vua:
Nec vicina subest vinum præbere taberna
Quamuis agrum amœnum fastidias. *Quæ possit tibi: nec meretrix tibicina, cuius*
*Ad strepitum salias terræ grauis. & * tamen vrges*
Iampridem non tacta ligonibus arua: bonémque
Disiunctum curas, & strictis frondibus exples.
Addit opus pigro rivus, si decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato:
Nunc, age, quid nostrum concentum dissidat, audi.
Quem tenues decuere togæ, nitidíque capilli:
Quem scis immunem Cynaræ placuisse rapaci,
Bibacem. *Quem* bibulum liquida media de luce Falerni:
Cœna brevis iuuat, & prope riuũ somnus in herba.
Finire. *Nec lusisse pudet, sed non* incidere ludum.
Quidam exp. Atterit. sine Minuit. *Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam*
Limat, non odio obscuro morsúque venenat:
Rident vicini glebas & saxa mouentem.
Cum seruis vrbana diaria rodere mauis:

Horum

Horum tu in numerum voto ruis. inuidet vsum
Lignorum & pecoris tibi calo argutus, & horti.
** Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*
Quam scit vterq; libens (censebo) exerceat artem.

Prouerb. in eos qui munus ad quod apti sunt, fastidiunt: alienũ ad quod sunt inepti, poscunt.

AD VALAM. EP. XV.

Quòd Veliam & Salernum proficisci cogiter, quæ ibi sit hyems & quale cœlum percontatur: sed se non ita salubritatis rationem habere innuit, vt non etiam aliquam voluptatis habere velit.

** QVæ sit hyẽs Veliæ, quod cœlũ, Vala, Salerni,*
Quorũ hominũ regio, & qualis via (nã mihi
Musa supernacuas Antonius, & tamen illis (Baiis
Me facit inuisum gelida quum perluor vnda
Per medium frigus. sanè myrteta relinqui,
Dictáque cessantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit, inuidus ægris,
Qui caput & stomachũ supponere fontibus audent
Clusinis, Gabiósque petunt & frigida rura.
** Mutantis locus est, & diuersoria nota*
Præteragendus equus. quò tendis? non mihi Cumas
Est iter, aut Baias: læua stomachosus habena
** Dicet eques: sed equi frenato est auris in ore*
Maior vtrum populum frumenti copia pascat:
Collectosne bibant imbres, puteósne perennes
Dulcis aquæ, nam vina nihil moror illius oræ.
Rure meo possum quiduis perferre patíque:
Ad mare quum veni, generosum & lene requiro:
*Quod curas abigat, quod cum * spe diuite manet*
In venas animumq; meum: quod verba ministret:
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.
Tractus vter plures lepores, vter educet apros.
Vtra magis pisces & echinos aquora colent:

Iunguntur hæc versui 25. *Scribere te*, &c. Suntque interruptæ interrog. vsque ad v. 14. *Maior*, &c.

Alius locus adeundus mihi est. *D. eq.* Dicet eques suo equo, ad diuersoria nota tendenti. sed quod impetrares ab equo (nimirum vt vellet prætergredi) si eius auris tua verba intelligeret, id impetrare potes ab ore, quod fræno parere cogitur. *Cum spe. d. m.* Sic O. 12. lib. 4. de vinicado dicit, *Spes donare nouas largus, amaráque Curarum eluere efficax.*

Pinguis

Pinguis vt inde domum possim Phaáxq; reuerti:
Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.
Menius, vt rebus maternis atq; paternis
Fortiter absumptis, vrbanus cœpit haberi,
*Scurra vagus, non qui certum * præcepe teneret,*
Impransus non qui ciuem dignoscere hoste:
*Quælibet in quemuis opprobria fingere * sæuus:*
Pernicies & tempestas barathrúmq; macelli,
Quicquid quæsierat, ventri donabat auaro.
Hic vbi nequitiæ fautoribus & timidis nil
Aut paulum abstulerat, patinas cœnabat omasi
Vilis & agnini, tribus vrsis quod satis esset.
*Scilicet * vt ventres lamma candente nepotum*
Diceret vrendos, correctus Menius idem
Quicquid erat nactus prædæ maioris, vbi omne
Verterat in fumum & cinerem, Non hercule miror
*(Aiebat) siqui * comedunt bona: quum sit obeso*
Nil melius turdo, nil vulua pulchrius ampla.
Nimirum hic ego sum. nam tuta & paruula laudo,
Quum res deficiunt, satis intra vilia fortis:
Verùm vbi quid melius contingit & vnctius, idem
Vos sapere & solos aio bene viuere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

Alienas mensas sectans, modo hanc, modo illã. Al. *certus*.

Ita vt nepotum ventres quouis cruciatu dignos esse diceret *Lamna* pro lamia. *C. bona* vt faciunt quos modò dixit nepotes.

Ad Qvintivm Ep. XVI.

Postquam agri sui formam & situm Quintio descripsit, in eóque iucunde viuere dixit, in eius vitam inquirit: monétque ne ex rumore vulgi pendeat, sed vir bonus esse quàm videri malit. Deinde quis demum viri boni nomine dignus sit, ostendit.

NE perconteris, fundus meus, optimè Quinti,
Aruo pascat herum, an baccis opulẽtet oliua:
Pomisne & pratis, an amicta vitibus vlmo:
Scribetur tibi forma loquaciter, & situs agri.

Continui

Continui montes, niſi diſſocientur opaca
Valle: ſed vt veniens dextrum latus aſpiciat ſol,
Lævum diſcedens curru fugiente vaporet.* Tepefaciat, vel Calefaciat, vt vapor pro calore.
Temperiem laudes. quid ſi rubicunda benignè
Corna vepres & pruna ferant? ſi quercus & ilex
Multa fruge pecus, multa dominum iuuet vmbra?
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, vt nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.
Infirmo capiti fluit vtilis, vtilis aluo.
** Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ*
Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.
** Tu rectè viuis, ſi curas eſſe quod audis.*
Iactamus iampridem omnis te Roma beatum.
Sed vereor ne cui de te plus quàm tibi credas:
Néue putes alium ſapiente bonóque beatum.*
Neu, ſi te populus ſanum rectéque valentem
Dictitet, occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manibus tremor incidat vdis,
STVLTORVM *incurata pudor malus vlcera celat.*
Siquis bella tibi terra pugnata marí (que
Dicat: & his verbis vacuas permulceat aures:
** Téne magis ſaluum populus velit, an populum tu,* *Téne m* Hic verſus & ſequens exiſtimantur eſſe alicuius poetæ Auguſto adulantis.
Seruet in ambiguo, qui conſulit & tibi & vrbi,
Iupiter: Auguſti laudes agnoſcere poſſis?
Quum pateris ſapiens emendatúſque vocari,
Reſpondeſne tuo, dic ſodes, nomine? nempe.
Vir bonus & prudens dici delector ego, ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras, ſi volet, auferet: vt ſi
Detulerit faſces indigno, detrahet idem.
** Pone, meum eſt, inquit: pono triſtíſque recedo,* Depone magiſtratum, inquit, populus. Depone hanc rem à me datam.
Idem ſi clamet furem, neget eſſe pudicum.
Contendat laqueo collum preſſiſſe paternum:

Mordear

Mordear opprobrijs falsis? mutémque colores?
Falsus honor iuuat, & mendax infamia terret.
Quē? nisi mēdosum & mēdacē? vir bonus ist quis?
Qui consulta patrum, qui leges iuráque seruat:
Quo multa magnaq; secantur iudice lites:
Quo responsore & quo causa teste tenentur.
Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota
Introrsum turpem, speciosum pelle decora.
Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat
Seruus: Habes pretium, loris non vreris: aio.
** Non hominem occidi: non pascis in cruce coruos.*
*Sum bonus, & frugi. Renuit negat atq; * Sabellus.*
Cautus enim metuit foueam lupus, accipitérque
Suspectos laqueos, & opertum miluius hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore.
** Tu nihil admittes in te, formidine pœnæ:*
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.
Nam de mille fabæ modijs quum surripis vnum,
** Damnum est, non facinus mihi pacto lenius isto.*
Vir bonus, omne forū quē spectat & omne tribunal,
Quandocunque deos vel porco vel boue placat:
** Iane pater, clarè, clarè quum dixit, Apollo:*
Labra mouet, metuens audiri: pulcha Lauerna
Da mihi fallere, da iustum sanctúmque videri:
Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.
** Quo melior seruo, quo liberior sit auarus,*
In triuijs fixum quum se demittit ob assem,
Non video. nam qui cupiet, metuit quoque: porrò
Qui metuens viuet, liber mihi non erit vnquam.
*Perdidit arma, * locum virtutis deseruit, qui*
Sempe in augenda festinat & obruitur re.
*Vendere quum possis captiuum, * occidere noli:*
Seruiet vtiliter. sine pascat durus, arétque:

Al. *medicandum.*

Ego Horatius Sabellus nego te dicendum bo. quòd hom. non occideris.

Tu n. a. A peccato abstinebis, dum formidabis pœnam: at si spes sit fall. i. latendi, &c. Al. *Est damnum leuius mihi, non facinus tamen esto.* ex Accursio Fl.

I p. Vbi clarè, Ianum vel Apoll. inuocauit, illi relictis precatur. L. summissa voce. Vel, Iani quidem & Ap. nomen clarè profert. sed quæ addit, non vult. audiri. Vide ann.

Quo m. Al *Qui mel.* Sic & P. Est λειποτάκτης.

Occ. n. Non est occidendus auarus, quem captiuum tenet pecunia, sed adhibendus est seruilibus ministerijs.

Nauiget

Nauiget, ac medijs hyemet mercator in vndis:
Annona prosit, portet frumenta penúsque.
** Vir bonus & sapiens audebit dicere, Pentheu,*
Rector Thebarum, quid me perferre patíque
*Indignum coges? Adimã bona. * Nempe pecus, rem,*
Lectos, argentum. tollas licet. In manicis &
Compedibus sæuo te sub custode tenebo.
Ipse deus, simul atque volam, me soluet. Opinor,
*Hoc sentit, Moriar: mors * vltima linea rerum est.*

Cõtra *vir b. & s. aud.* Ex Eur. Bacchis. Nimirum bona vocas *pec. r.* Vel per inter. Alij iung. cum præc. *V lt. l.* finis Metaph. à pict. vel ab arithm. seu geometris.

AD SCAEVAM. EP. XVII.

Scæuam monet ne potentiorum amicitias spernat, atque vt in suo vite genere Aristippum potiùs quàm Diogenem imitetur. Ad principum amicitias peruenire, & illorum fauorem ac liberalitatem emereri, non cuiusuis esse: & quanta sit arte opus hac in re, docet.

QVanuis Scæua satis per te tibi consulis, & scis
*Quo tandem pacto deceat maioribus * vti:*
Disce, docendus adhuc, quæ censet amiculus: vt si
Cæcus iter monstrare velit. tamen aspice siquid
Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.
Si te grata quies & primam somnus in horam
Delectat, si te puluis strepitúsque rotarum,
Si lædit caupona: Ferentinum ire iubebo.
Nam neq; diuitibus contingunt gaudia solis:
*Nec vixit malè, * qui natus moriénsque fefellit.*
Si prodesse tuis, paulóque benignius ipsum
Te tractare voles: accedes siccus ad vnctum.
Si pranderet olus patienter, regibus vti,
Nollet Aristippus. Si sciret regibus vti
Fastidiret olus, qui me notat. Vtrius horum
Verba probes & facta, doce: vel, iunior, audi
Cur sit Aristippi potior sententia. nanque

Vti amicitia & famil. potentiorum. Sic mox. *Regibus vti.*

Qui vixit ita obscurus & ignotus, vt eius & ortus & mors homines latuerint. Iuxta illud Epic. λάθε βιώσας.

Mordacem

Mordacem Cynicum sic eludebat (vt aiunt)
*Scurror ego ipse * mihi, populo tu. rectius hoc &*
*Splẽdidius multo est, * equus vt me portet, alat rex.*
*Officium facio. tu poscis * vilia: verùm es,*
Dante minor, quanuis fers te nullius egentem.
Omnis Aristippum decuit color, & status, & res,
Tentantem maiora, fere præsentibus æquum.
Contrà, quem duplici panno patientia velat,
Mirabor vitæ via si conuersa decebit.
Alter purpureum non expectabat amictum.
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Personámque feret non inconcinnus vtranque:
Alter Milete textam cane peius & angue
Vitabit chlamyden: morietur frigore, si non
Rettuleris pannum. refer, & sine viuat ineptus.
Res gerere, & captos ostendere ciuibus hostes,
Attingit solium Iouis, & cœlestia tentat.
*Principibus * placuisse viris, non vltima laus est.*
Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.
Sedit qui timuit ne non succederet: esto:
Quid? qui peruenit, fecítne viriliter? atqui
Hîc est, aut nusquã, quod quærimus. hic onus hor-
Vt paruis animis & paruo corpore maius: (ret.
Hic subit, & perfert. aut virtus nomen inane est,
Aut decus & pretium rectè petit experiens vir.
Coram rege suo de paupertate tacentes,
Plus poscente ferent. distat, sumásne pudenter,
An rapiis. atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi soror est, paupercula mater,
*Et fundus nec vendibilis, nec pascere * firmus,*
Qui dicit: clamat. victum date. succinit alter,
Et mihi diuidio findetur munere quadra.
Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet

Mihi. i. in meum commodum: *tu pop.* i. in gratiam populi, vt ei risum moueas.

Eq. v. m. p. a. r. Prouerb. quo significabat quidam se commodè viuere, quippe qui alienis pediter faceret. aliena quadra pasceretur.

Al. *vilia rerum.* Vide annot. de hoc & seq.

Q. d. Quod si ita est, non vlt. in laude poni debet, plac.

Sic dicitur, Supersedere aliquo labore.

Non firmus in suppeditandis alimentis firmitatẽ & constantiam in ea re non seruans.

Plus

Plus dapis & rixæ multo minus inuidiaque.
Brundusium comes aut Surrentũ ductus amœnũ,
Qui queritur salebras & acerbũ frigus & imbres,
Aut cistam effractam aut subductã viatica plorat:
Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis: vti mox
Nulla fides damnis veríque doloribus adsit.
Nec semel irrisus, triuijs attollere curat*
Fracto crure planum: licèt illi plurima manet
Lacryma per sanctum iuratus dicat Osirim,
Credite: non ludo: crudeles tollite claudum:
Quære peregrinum: vicinia rauca reclamat.

Alludit ad prouerb. *Tollat te qui non nouit.* Aptè *curet*: legeretur, *vti mox nulla f. adsit, nec s. irr. curet.*

AD LOLLIVM EP. XVIII.

Quæ ad conseruandum amicitiam facienda sint, quæ item vitanda, ac præsertim quomodo quis erga potentiorem amicum gerere se debeat, Lollium docet. Initium autem sumit ab ijs qui dum tenere modum non norunt. vel seuitarum, potiùs quàm amicorum fungi officio videntur, vel asperitate agresti (quam libertatem meram & virtutem veram habeti volunt) vtuntur. Postremò eum ad quæ nda illa ex quibus tranquillitatem vitæ consequi possit, hortatur.

SI benè te noui, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis speciem præbere, professus amicum,
Vt matrona meretrici dispar erit atque
Discolor, infido scurræ distabit amicus.
Est huic diuersum vitio vitium propè maius,
Asperitas agrestis, & inconcinna, grauisque,
Quæ se commendat tonsa cute, dentibus atris:
Dum vult libertas mera dici, veráque virtus.
VIRTVS est mediũ vitiorũ, & * vtriũq; reductũ:*
*Alter, in obsequium plus æquo pronus, & * imi*
Derisor lecti, sic nutum diuitis horret,
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit:

Est m. ii. Media est inter vitia. Ab vtroque extremo remotum. *Imi d. l.* Accumbentium in imo lecto, vbi & ipse P.

Vt puerum ſano credas dictata magiſtro
Reddere, vel partes mimum tractare ſecundas:
Alter rixatur de lana ſæpe caprina,
*Propugnat, nugis armatus: Scilicet, *vt non*
Sit mihi prima fides, & verè quod placet, vt non
Acriter elatrem, pretium ætas altera ſordet.
Ambigitur quid enim? Caſtor ſciat an docilis plus:
Brunduſium Numici melius via ducat, an Appi.
Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat,
** Gloria quem ſupra vires & veſtit & vngit:*
Quem tenet argenti ſitis importuna famèſque,
Quem paupertatis pudor & fuga: dines amicus,
Sæpe decem vitijs inſtructior, odit & horret.
Aut, ſi non odit, regit: ac, veluti pia mater,
Plus quàm ſe ſapere, & virtutibus eſſe priorem
*Vult: & ait prope vera, * Mea (contendere nolì)*
Stultitiam patiuntur opes: tibi parvula res eſt.
** Arcta decet ſanum comitem toga: deſine mecum*
Certare. Eutrapelus cuicunque nocere volebat,
Veſtimenta dabat pretioſa. beatus enim iam
Cum pulchris tunicis ſumit noua conſilia, & ſpes:
Dormiet in lucem: ſcorto poſtponet honeſtum
*Officium: nummos alienos * paſcet. ad imum*
Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanum neque tu ſcrut aberis vllius vnquam:
Commiſſumque teges, & vino tortus & ira.
Nec tua laudabis ſtudia, aut aluena reprendes:
Nec, quum venari volet ille, poemata panges.
** Gratia ſic fratrum geminorum, Amphionis atque*
Zethi, diſſiluit: donec ſuſpecta ſeuero
Conticuit lyra. fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion: tu cede potentis amici
Lenibus imperijs: quotiéſque educet in agros

Nolim mererè ait. ætatem, vt nō liceat mihi latratu meo obtinere. Quod pl. Sit ætas altera mihi proponatur ſilentij pretium, ſordebit.

Quem gloriæ amor cogit veſtitu ſumptuoſiore & vnguento largiore vti.

Al. *Mihi contendere nolo.* vt ſit pro mecum. Veſtitus parui pretij cum ſanitate mentis debet eſſe coniunctus: non admittit ſtultitiam. Vel per hypall. Vide annot.

Augebit, ſeu amplificabit, fœnus addendo. Quidā vul, malè, *poſcet.*

Amicitia diſſoluta eſt ex ſtudiorum diſſimilitudine.

Ætolis

Ætolis onerata plagis iumenta, canésque,
Surge, & inhumanæ * senium depone Camœnæ:
Cœnes vt pariter pulmenta laboribus empta:
Romanis solenne viris opus, vtile famæ,
Vitaq; & membris. præsertim quum valeas, &
Vel cursu superare canem vel viribus aprum,
Possis. adde, virilia quòd speciosiss arma
Non est qui tractet: scis quo clamore corona
Prælia sustineas campestria. denique sæuam
Militiam puer & Cantabrica bella tulisti,
Sub duce qui templis Parthorum signa refixit:
Et nunc, siquid abest, Italis adiudicat armis,
Ac, ne te retrahas, & inexcusabilis absis:
Quanuis nil * extra numerum feciſſe modúmque
Curas, interdum nugaris rure paterno.
Partitur lintres exercitus: Actia pugna
Te duce per pueros hostili more * refertur.
Aduersarius est frater: lacus, Adria: donec
Alterutrum velox victoria fronde coronet.
Consentire suis studijs qui crediderit te,
Fautor vtroq; tuum laudabit * pollice ludum.
Protinus vt moneam (siquid monitoris eges tu)
Quid de quoquo viro, & cui dicas, sæpe videto.
Percontatorem fugito. nam garrulus idem est:
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures:
Et semel emissum volat irreuocabile verbum.
Non * ancilla tuum iecur vlceret vlla, puerue,
Intra marmoreum venerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulchri characue puellæ
Munere te paruo beet, aut incommodus angat.
Quale commendes, etiam atq; etiam aspice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & * quondam non dignū * tradimus. ergo

Seueritatem, qualis est senum, qui ab omni relaxatione animi abhorrent.

Ineptè, vel cōtrà decorū: per metaph. Sic alibi illa coniungit.
R. simulatur, vel repræsentatur. Sic dicitur referre speciem.
Vir. p. Poll. vtroque compressio. Nam premere poll. gestus erat fauentis, teste Plin Alij, pro Vtraque manu, vt sit, Applaudet tibi.
Non anc. Ne anc. vel pueri amore captaris: ne dominus illam vel illum tibi dans, beneficij magni loco numeret quod paruum est: vel recusans, & tibi commodum se non præbens, animum tuum angat. Q. interdum, Tr. commendamus.

Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri:
Vt penitus notum, si tentent crimina, serues,
*Tuterísque tuo fidentem præsidio: * qui*
Dente Theonino quum circumroditur, ecquid
Ad te pòst paulo ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet:
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
*Expertus metuit. tu, * dum tua nauis in alto est,*
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi:
Sedatum celeres, agilem gnauúmque rémissi:
*Potores * bibuli media de * nocte Falerni*
Oderunt porrecta negantem pocula: quanuis
*Nocturnos iures te formidare * vapores.*
** Deme supercilio nubem. plerunque modestus*
*Occupat * obscuri speciem, taciturnus acerbi.*
Inter cuncta leges & percunctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter æuum:
Ne te semper inops agitet vexétque cupido,
Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium spes.
Virtutem doctrina paret, naturane donet:
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum:
Quid purè tranquillet: honos, an dulce lucellum,
An secretum iter, & fallentis semita vitæ.
*Me quoties * reficit gelidus Digentia riuus,*
Quem mandela bibit, rugosus frigore pagus:
Quid sentire putas? quid credis amice precari?
*Sit mihi quod nunc est, etiã minus: * vt mihi viuã*
Quod superest æui, siquid superesse volunt dij.
Sit bona librorum & prouisæ frugis in annum
Copia: ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ.
Sed satis est orare Iouem, qui donat & aufert:

In quem immerentem quum maledicta iaciuntur, nónne idem periculum tibi impendere sentis?

Dum in cursu es.

Bib. potores. Al. *luce.* Al. *tepores.*

Aufer è vultu tristitiam. Ne sit tibi vultus tetricus. Sic νεφέλην ὀφρύων Soph. dixit. *Obsc.* Quidam exp. tecti: qui Gr. κρυψίνους.

Animum recreat seu relaxat.

Vt viuam m. Dummodo viuam. Ea conditione vt v. mihi. i. meo arbitratu, nullius voluntati obnoxius.

Det

*Det vitã, det opes; *aequum mi animũ ipse parabo.*

Qui se æquabilem præbeat.

AD MECAENATEM.
EPIST. XIX.

Pranum quorundam in imitandis poetarum vitijs potiùs quàm virtutibus studium reprehendit. Imitatores vecans seruum pecus, se contra vestigijs aliorum insistere voluisse negat. Deinde rationem reddit cur ij qui librorum eius lectione domi delectarentur, eósque laudarent, foris eos vituperarent.

PRisco si credis Mecœnas docte Cratino,
Nulla placere diu nec vivere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus: vt malè sanos
** Adscripsit Liber Satyris Faunísque poetas.*
Vina ferè dulces oluerunt mane Camœnæ:
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.
Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
*Prosiluit dicenda. * forum, putéalque Libonis*
Mandabo siccis, adimam cantare seueris.
Hoc simul edixit, non cessauere poetæ
Nocturno certare mero, putere diurno.
Quid? si quis vultu torno ferus, & pede nudo,
*Exiguæq; togæ simulet * textore Catonem,*
Virtutemne repræsentet morésque Catonis?
Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua,
Dum studet vrbanus, tendítque disertus haberi.
*Decipit exemplar vitys * imitabile. quòd si*
Pallerem casu, biberent exangue cuminum.
O imitatores, seruum pecus, vt mihi sæpe
Bilem, sæpe iocum vestri mouere tumultus!
Libera per vacuum posui vestigia princeps:
Non alieno meo pressi pede. qui sibi fidit
Dux, regit examen. Parios ego primus iambos
Ostendi Latio, numeros animósque secutus
Archilochi, non res & agentia verba Lycamben.

Adscripsit numero Satyrorum & Faun. Quidã hæc iung. cum seq. accipit. particip. *vt*, pro ex quo, vel postquam.

F. Siccos (i. vino non madentes) causas agere & iudicia exercere iubebo, nec permittam seueros cantare.

Text. Ita dictum, vt s. *Curtatus inæquales tonsore capillos.*

Quod adiuncta habet vitia imitatu facilia.

Ac, ne me foliis ideo breuioribus ornes,
Quod timui mutare mŏdos & carminis artem:
Tẽperat Archilochi Musã pede maſcula Sappho,
Temperat Alcæus: ſed rebus & ordine diſpar,
Nec ſocerum quærit quem verſibus oblinat atris,
Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.
*Hunc ego non alio dictum prius ore, * Latinis*
Vulgauit fidicen, iuuat immemorata ferentem
Ingennis oculiſque legi manibúſque teneri.
Scire velis, mea cur ingratus opuſcula lector
Laudet ameíq; domi, premat extra limen iniquus?
Non ego ventoſæ plebis ſuffragia uenor,
Impenſis cœnarum, & tritæ munere veſtis.
Non ego nobilium ſcriptorum auditor & vltor,
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.
Hinc illæ lacrymæ. ſpiſſis indigna theatris
*Scripta pudet recitare, & * nugis addere pondus:*
*Si dixi, rides, ait: & * Ionis auribus iſta*
Seruas: fidis enim manare poetica mella
*Te ſolum, tibi pulcher. Ad hæc ego * naribus uti*
Formido: & luſtranti acuto ne ſecer vngui,
*Diſplicet iſte locus, clamo: & * diludia poſco.*
Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram:
Iratruces inimicitias, & funebre bellum.

Sapphici & Alcaici verſus. Vide annot.

Al. Latinus.

N. a. p. Nugas ollentare. Rem leuem magni facere.

Ion. Auguſti, Ionis noſtri.

Nar. uti. Quidam de irriſione intell. Vide annot.

Dil Intermiſſionem à gladiat. metaph.

Ad Librvm Svvm. Epist. XX.

Librum ſuum compellat in lucem prodire cupientem: à quo eum, propoſitis quæ impendent periculis, deterrere conatur. De ſuo genere, vita & moribus, necnon de corporis ſtatura, & ætate, quædam refert, quæ ab eo narrari velit.

Vertumni & Iani templa, quòd ante hæc libri, ſicut aliæ res venales, proſtarent.

Soſ. librariorum ſeu bibliopolarum.

* Vertumnum Ianúmq; liber ſpectare videris:*
*Scilicet vt proſtes * Soſiorũ pumice mundus.*

Odiſti

Odisti claues, & grata sigilla pudico:
Paucis ostendi gemis: & communia laudas,
Non ita nutritus. fuge quò discere gestis.
Non erit emisso reditus tibi. Quid miser egi?
Quid volui? dices vbi quis te laeserit. & scis
*In breue te cogi, quum plenus languet * amator.*
Quòd si non odio peccantis desipit augur,
*Charus eris Romæ, donec te deserat * aetas.*
Contrectatus vbi manibus sordescere vulgi
Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes,
** Aut fugies Vticam, aut * vnctius mitteris Ilerdã.*
Ridebit monitor non exauditus: vt ille
Qui male parentem in rupes protrusit asellum
Iratus. quis enim inuitum seruare laboret?
Hoc quoq; te manet, vt pueros elementa docentem
*Occupet extremis in vicis * balba senectus.*
Quum tibi sol tepidus plures admouerit aures,
Me libertino natum patre, & in tenui re
** Maiores pennas nido extendisse loquêris:*
Vt quantum generi demas, virtutibus addas.
Me primus vrbis belli placuisse domique:
Corporis exigui: praecanum, solibus aptum,
Irasci celerem, tamen vt placabilis essem.
Forte meum siquis te percontabitur aeuum,
Me quater vndenos sciat implesse decembres,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Am. qui paulò antè tui amator erat *i.* tui legendi cupidus. *Aetas* prima, *i.* iuuentus.

Vide annot. Al. *Vinctus*, aut *Victus*.

Balbus senex, pueros elementa docens, quasi ipse pueros elementa doctiurus sit P. Maiora quàm pro natalibus meis consequutum esse. Siue, ad maiora peruenisse.

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

AD AVGVSTVM. EPIST. I.

Queritur de prauo Romanorum suæ ætatis iudicio, poemata è vetustare æstimantium, & noua, non ob aliud quàm quòd noua essent, fastidientium: quam tamen multa sint in veteribus poetis reprehensione digna. Poeticæ studium non multis ante seculis Romæ coli cœptum esse dicit: & fatetur quidem non minus indoctos quàm doctos poemata scribere: sed aliqua commoda hunc illorum errorem consequi, atque adeo, qualescunque sint, illo suo poeticæ studio ipsi reipub. vtiles esse ostendit. Poesin initio rudem nonnisi seriò ex Græcorum lectione expoliri cœpisse ait, quum Græcia capta cæteras etiam artes agresti Latio intulit. Vulgi de comœdia, tanquam opere minimè laborioso, iudicium reprehendit: & quæ à scribendis fabulis multos deterreant exponit. Postremò de poetis illis agit qui non spectatoribus scribunt, sed lectoribus: & Augustum ad calcar illis addendum hortatur, eius de Virgilio & Vario iudicium laudans.

QVVM tot sustineas & tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.
Hæc referuntur ad ista seq. *Præsens tibi nat.* per comparationem. q. d. Tu verò contrà consequeris iam nunc hon. *D. q. c. b.* Herculis.
* *Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,*
Post ingentia facta, deorum in templa recepti,
Dum terras hominúmq; colunt genus, aspera bella
Componunt, agros assignant, oppida condunt:
Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis. * *diram qui contudit hydram,*
Notáque fatali portenta labore subegit,
Comperit inuidiam supremo fine domari.

Vrit

*Vrit enim * fulgore suo, qui prægrauat artes*
Infra se positas: extinctus amabitur idem.
Præsenti tibi maturos largimur honores,
Iurandáque tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum aliâs nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus, sapiens & iustus in vno
Te nostris ducibus te Graijs ante ferendo,
Cætera nequaquam simili ratione modóque
Æstimat: &, nisi quæ terris semota suisque
Temporibus defuncta videt, fastidit & odit.
*Sic fautor veterum, vt * tabulas peccare vetantes,*
Quas bis quinq; viri sanxerunt, fœdera regum
Vel Gabijs vel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annosa volumina vatum
Dictitet Albano Musas in monte loquutus.
Sit, quia Græcorum sunt antiquissima quæque
Scripta, vel optima, Romani pensantur eadem
Scriptores trutina: non est quòd multa loquamur.
** Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.*
Venimus ad summum fortunæ: pingimus atque
Psallimus, & luctamur Achiuis doctius vnctis.
Si melliora dies, vt vina, poemata reddit,
*Scire velim, pretiũ chartis * quotus arroget annus.*
Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos veteresq; referri debet? an inter
Viles atque nouos? excludat iurgia finis.
Est vetus atque probus, centum qui perficit annos.
Quid? qui deperiit minor vno mense, vel anno,
Inter quos referendus erit? veteresne poetas?
An quos & præsens & posterа respuet ætas?
Iste quidem veteres inter ponetur honestè,
Qui vel mense breui vel toto est iunior anno:
*Vtor permisso, * caudæq; pilos vt equinæ*

Inuidetur ijs in quibus aliqua præstantia elucescit, sed ijdem post mortem amatur. Sic Naso, *Pascitur in viuis liuor, post f. q.*

Leges XII. tab & fœdera regum Rom. cum Gab. &c.

Perinde est ac si mihi dicant, nihil duri esse, &c. i. manifestè falsa dicant.

Quoto demum anno hanc laudem seu titulum hunc antiquitatis sibi arrogent.

Alludit ad id quod Sertorius in exemplum socijs proposuit; de quo Plut.

Paulatim

Paulatim vello, & demo vnum, demo etiam vnum
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui,
Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis,
Vide Lode 30.l.3. *Miratúrque nihil nisi quod * Libitina sacrauit.*
Ennius, & sapiens & fortis, & alter Homerus,
Vt critici dicunt, leuiter curare videtur
Ira negligenter scribit vt nullam rationem haberi videatur eius quod dixerit, somniasse mortuum se esse & in suum corpus (ex Pyth. sententia) animam Homeri immigrasse. *Quòd * promissa cadant & somnia Pythagorea.*
Nauius in manibus non est, & mentibus hæret
Penè recens. adeo sanctum est vetus omne poema.
Ambigitur quoties uter utro sit prior, aufert
Pacuuius docti famam senis, Accius alti:
Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro:
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi:
Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.
Hos ediscit, & hos arcto stipata theatro
Liuij Andronici. *Spectat Roma potens: habet hos numerátq; poetas*
*Ad nostrum tempus, * Liui scriptoris ab æuo.*
Interdum vulgus rectum videt, est vbi peccat.
Si veteres ita miratur laudátque poetas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet: errat.
Si quædam nimis antiquè, si pleraque durè
Dicere credit eos, ignauè multa, fatetur:
Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.
Plagas multas seu graues discip inligentem. *Non equidem insector, delendáque carmina Liui*
*Esse reor, memini quæ * plagosum mihi paruo*
Orbilium dictare: sed emendata videri,
Pulchráque, & exactis minimum distantia, miror.
Inter quæ verbum emicuit si forte decorum, &
Si versus paulo concinnior vnus & alter,
*Iniustè totum * ducit * vendítque poema.*
Ducit. Quidam exp. ostentat, pro duci quasi in pompa. *Vendit.* autem, venditat. Indignor honore & præmijs dignos censeri, nedum veniam erratorum illis peti. * *Indignor quicquam reprehendi, non quia crassè*
Compositum illepidéue putetur, sed quia nuper:
*Nec * veniam antiquis sed honorẽ & præmia posci.*

Rectè

* Rectè nécne crocum floréſque perambulet Atta
Fabula, ſi dubitem, clament periſſe pudorem
Cuncti pene patres: ea quum reprehendere coner
Quæ grauis Æſopus, quæ doctus Roſcius egit:
Vel quia nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbes didicere, ſenes perdenda fateri.
Iam Saliare Numæ carmen qui laudet, & illud
Quod * mecum ignorat, ſolus vult ſcire videri:
Ingenijs non ille fauet plauditque ſepultis,
Noſtra ſed impugnat, nos noſtráq; liuidus odit.
Quod ſi tam Græcis nouitas inuiſa fuiſſet
Quã nobis, quid nunc eſſet vetus? aut quid haberet
Quod legeret tereréque viritim publicus vſus?
Vt primum poſitis * nugare Græcia bellis
Cœpit, & in vitium fortuna labier æqua,
Nunc athletarum ſtudijs nunc arſit equorum:
Marmoris aut eboris fabros aut eris amauit:
Suſpendit picta vultum mentémque tabella:
Nunc tibicinibus, nunc eſt gauiſa tragœdis:
Sub nutrice puella velut ſiluderet infans:
Quod cupidè petijt, * maturè plena reliquit,
* Quid placet aut odio eſt, quod nõ mutabile credas?
Hoc paces habuere bonæ, ventíque ſecundi.
Romæ dulce diu fuit & ſolenne reclusa
Mane domo vigilare, clients * promere iura:
Cautos nominibus * certis expendere nummos,
Maiores audire, minori dicere per quæ
Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido.
Mutauit mentem populus leuis, & calet vno
Scribendi ſtudio, pueri patréſque ſeueri
Fronde comas vincti cœnant, & carmina dictant.
Ipſe ego, qui nullos me affirmo ſcribere verſus,

Rm.cr An meritò veniat in ſcenam croco perfuſam, vt Luer.

Perinde atque ego.

Ad res minus ſerias animum conuertere.

Maturè ſatiata, id eſt citò

Viciſſitudo eſt in rebus quæ placent & in ijs quæ diſpl.

Reſpondere ius, Al. *rectũ*. Vide annot.

Inuenior

Inuenior Parthis mendacior: & prius orto
Sole, vigil calamum & chartas & scrinia posco.
Nauem agere ignarus nauis timet: abrotonũ ægro
Non audet nisi qui didicit, dare: quod medicorũ est,
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri:
Quum in illis art. nemo quicquam aggrediatur, nisi earum peritus: nos contrà tam indocti quam docti scr.
** Scribimus indocti doctíque poemata passim.*
Hic error tamen & leuis hæc insania quantas
Virtutes habeat, sic collige. vatis avarus
*Nõ * temere est animus: versus amat, hoc studet vt*
Detrimenta, fugas seruorũ, incendia ridet:
Quidam exp. facilè.
Non fraudem socio pueróue incogitat vllam
Pupillo: viuit siliquis & pane secundo.
Militiæ quamquam piger & malus, vtilis vrbi:
Si das hoc, paruis quoque rebus magna inuari.
Os tenerum pueri balbúmq; poeta figurat:
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitatis & inuidiæ corrector & iræ,
Proponens exẽpla, facit vt or. tempi. venientia, cuiusmodi futura sint æstimemus, & instruamur ex antè gestis. P.
*Recte facta refert: * orientia tempora notis*
Instruit exemplis: inopem solatur & ægrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret vnde preces, vatem ni Musa dedisset?
Poscit opem chorus, & præsentia numina sentit:
Cœlestes implorat aquas docta prece blandus:
Auertit morbos, metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem & locupletem frugibus annum.
Carmine dij superi placantur, carmine manes.
Agricolæ prisci, fortes, paruóque beati,
Condita post frumenta, leuantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem,
Qui vt memor est br. æui, ita & álios memores facit.
Cum sociis operum, & pueris, & coniuge fida,
Tellurem porco, Syluanum lacte piabant,
*Floribus & vino Genium, * memorem breuis æui.*

Fescennia

Fescennina per hunc inuenta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit:
Libertásque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter: donec iam saeuus apertam
In rabiem verti cœpit iocus, & per honestas
Ire domos impunè minax. doluere cruento
*Dente lacessiti: fuit * intactis quoque cura*
Conditione super communi. quin etiam lex
Pœnaq; lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Describi. vertêre modum, formidine fustis,
Ad benedicendum delectandúmque redacti.
*Græcia * capta ferum victorem cepit, & artes*
Intulit agresti Latio. sic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius: & graue virus
Munditiæ pepulere. sed in longum tamen æuum
Manserunt hodieque manent vestigia ruris.
Serus enim Græcis admouit acumina chartis:
Et post Punica bella quietus, quærere cœpit
Quid Sophocles & Thespis & Æschylus vtile ferrent: (rent.
Tentauit quoq; rem si dignè vertere posset:
Et placuit sibi, natura sublimis & acer.
*Nam * spirat tragicum satis, & feliciter audet:*
Sed turpem putat in scriptis metuitque lituram.
*Creditur, * ex medio quia res arcessit, habere*
Sudoris minimum, sed habet comœdia tanto
Plus oneris, quanto veniæ minus. aspice, Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi:
Vt patris attenti, lenonis vt insidiosi:
Quantus sit Dorsennus edacibus in parasitis:
Quàm non adstricto percurrat pulpita socco.
Gestit enim nummum in loculos demittere, post hoc
Securus cadat an recto stet fabula talo.
Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru,

Etiam non lacessiti prospiciendum putauerunt huic malo communi.

Quum Ro. Græciam cœpissent, victissim capti sunt illius artibus i. amore artium illius. Vel, *Cepit vict.* subegit illius ingenium, vt dicitur *subactum ingenium.*

Spiritus tragicos habet.

Quia petit argumentum è medio, è vita communi, & quidem plebeiorum. *Arc.* Al. *accessit*, non *arcessit.* De seq. vide Annot.

Exanimat

Examinat lentus ſpectator, ſedulus inflat.
Sic leue, ſic parum eſt, animum quod laudis auarũ
Subruit aut reficit. valeat res ludicra, ſi me
Palma negat macrum, donata reducit opimum.
Sæpe etiam audacem fugat hoc terrétque poetam,
Quòd numero plures, virtute & honore minores,
*Indocti ſtolidiq;, & * depugnare parati*
Si diſcordet eques, media inter carmina poſcunt
*Aut vrſum aut pugiles. his nam * plebecula gaudet.*
Verũ equitis quoq; iam migrauit ab aure voluptas
Omnis ad incertos oculos & gaudia vana.
*Quatuor aut plures aulæa * premuntur in horas,*
Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq; catervæ.
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorrita, naues:
*Captiuum portatur ebur, * captiua Corinthus:*
Si foret in terris, rideret Democritus, ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo,
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipſis,
Vt ſibi præbentem mimo ſpectacula plura,
*Scriptores autem narrare putaret * aſello*
*Fabellam ſurdo. nam * quæ peruincere voces*
Eualuere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuſcũ:
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes,
Diuitiæq; peregrinæ, quibus oblitus actor
*Quum ſtetit in ſcena, * concurrit dextera læuæ.*
Dixit adhuc aliquid? Nil ſanè. Quid placet ergo?
Lana Tarentino violas imitata veneno.
Ac ne fortè putes me, quæ facere ipſe recuſem,
*Quum rectè tractent alij, laudare * malignè:*
*Ille * per extentum funem mihi poſſe videtur*

Ire

Dep. p. Ita pertinacis vt p. fint ad arma venire, niſi aſſentiantur equites.

Pl. Vide prol. Hec. Terentij.

A. pr. Aulæa quibus obtenditur ſcena remouentur, dum aliquod pugnæ ſimulacrum editur, dum victi reges in triumphum ducuntur.

Capt. C. Captiuæ Cor. ſimulachrũ.

A. f. f. Proverb. Surdo fab. narrare.

Nam quæ p. u. Cuius hiſtrionis vox quantumuis contenta inter hos ſtrepitus & clamores exaudiri poſſit?

Qob a. Q. d. Quo peregrino veſtitu & cultu non dico ornatus ſed fœdatus.

Conc. Complodiuntur manus, Plauſus editur.

Lana. Vetuſtus ianthinus. i. violacei coloris.

M. parce. detrahere corſu laudi.

Per exs. f. Rem difficillimam præſtare poſſe videtur, & vel idem quod funambuli, eſſe facturus, & opus ſit,

*Ire poeta, meum qui pectus * inaniter angit,*
Irritat, mulcet, falsis terroribus implet,
Vt magus: & modò me Thebis, modò ponit Athenis.
Verùm age, & his, qui se lectori credere malunt,
Quàm spectatoris fastidia ferre superbi,
** Curam redde breuem: si munus Apolline dignum*
Vis complere libris, & vatibus addere calcar,
Vt studio maiore petant Helicona virentem.
** Multa quidem nobis facimus mala sæpe poetæ,*
(Vt vineta egomet cædam mea) quum tibi librum
Sollicito damus aut fesso: quum lædimur, vnum
Siquis amicorum est ausus reprendere versum:
Quum loca iam recitata reuoluimus irrenocati:
Quum lamentamur, non apparere labores
Nostros, & tenui deducta poemata filo:
Quum speramus eò rem venturam, vt simul atque
Carmina rescieris nos fingere, commodus vltro
Accersas, & egere vetes, & scribere cogas.
Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales
** Ædituos habebat belli spectata domique*
Virtus, indigno non committenda poetæ.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Choërilus, incultis qui versibus & malè natis
Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos.
Sed veluti tractata notam labémq; remittunt
Atramenta, ferè scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. idem rex ille, poema
Qui tam ridiculum tam carè prodigus emit,
Edicto vetuit nequis se, præter Apellem,
*Pingeret, aut * alius Lysippo duceret æra*
Fortis Alexandri vultum simulantia: quod si
Iudicium subtile videndis artibus illud
Ad libros & ad hæc Musarum dona vocares,

In. augit. Angit pectus licet metu inaniti. ita me afficit suis verbis vt angat, irriter, &c.

C. r. br. Vide ann.

Multa q. n. f. m. f. p. sed tamen nonnulli sunt quibus aliquid concedendum est.

AEd metaph. q. d. custodes. Io quorum tutela sit vt ædit. dicitur ab æde tuenda.

Alius quàm Lys.

* Bœotum

Iur. Alex. esse B. Alij Bœotûm pro Bœotorum.

* *Bœotum in crasso iurares aëre natum.*
At neque dedecorant tua de se iudicia, atque
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,
Dilecti tibi Virgilius Variúsque poëta:
Nec magis expressi vultus per aënea signa,
Quàm per vatis opus mores animíque virorum
Clarorum apparent. nec sermones ego mallem
Repentes per humum, quàm res componere gestas:
Terrarumque situs, & flumina dicere, & arces
Montibus impositas, & barbara regna, tuísque
Auspiciis totum confecta duella per orbem,
Claustráque custodem pacis cohibentia Ianum,
Et formidatam Parthis te principe Romam:
Si fat. 1 l. 2. *cupidum p. opt. vires Deficiunt.*
*Si, *quantùm cuperem, possem quoque. sed neq; parvũ*
Carmen maiestas recipit tua, nec meus audet
Rem tentare pudor quam vires ferre recusent.
Sedulitas grauat eum cui stultè aliquod officium, testandi amoris sui causa, defert: præsertim quum scribẽdis versibus eum vult testari. Quod dixit *Virgo*, dicit postea *Grauat*. Vide annot.
* *Sedulitas autem, stultè quem diligit, vrget:*
Præcipuè quum se numeris commendat & arte.
Discit enim citius meminítque libentius illud
Quod quis deridet, quàm quod probat & veneratur.
Nil moror officium quod me grauat: ac neq; ficto
In peius vultu proponi cereus vsquam,
Nec prauè factis decorari versibus opto:
Ne rubeam pingui donatus munere: & vnà
Cum scriptore meo, capsa porrectus aperta,
Deferor in vicum vendentem thus & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Ad Ivlivm Florvm. Epist. II.

Excusat se Iulio Floro, querenti quòd nec epistolam vllam nec ea quæ promiserat carmina misisset. Ac primùm se pigrum fatetur esse atque id

id illi prædixisse ait : ideóque se vitioso seruo comparat, cuius emptor sit Florus, à venditore de vitio præmonitus. Deinde se, quod de Luculli milite narrat, imitari velle dicit : ac, quum paupertate ad versus faciendos impulsus fuerit, nunc eas facultates consequutum quæ satis esse possint, malle somno id temporis dare quod alioqui scribendis versibus daturus esset. Affert & alias rationes cur non scribat: quarum vna conuenit cum his Nasonis verbis, *Carmina secessum scribentis & otia quarunt.* Denique quanuis poetæ vulgo mutuis laudibus se ornent, multa componi ab illis quæ meritò risu excipiantur. Contra verò, ad scribendum legitimum poema, plurima requiri: rem magni laboris esse, & quæ animum etiam torqueat: at sibi non tanti esse, sapientem scriptorem haberi. Sibi igitur, quum iam prouectæ sit ætatis, ad alios numeros animum esse appellendum: nimirum ad numeros & artem vitæ bene instituendæ. Atque adeo se iam in eo totum esse, vt fruendo modicis opibus quæ adsunt, discat maiores non concupiscere. Verùm ad bene beatéque viuendum (quod vocat rectè viuere) non satis esse carere auaritia, sed cætera etiam omnia vitia extirpari debere.

Agat. quidã expi Loquatur. Rectius, Paciscatur.

V. Seruus, ex ancilla mea natus: aptus minist. ad nutus domini obeundos.

Arg. Talem reddes eum qualem libuerit, flectendo eius ingenium velut argillam.

R. vr. Nihil est propter quod necesse sit mihi cum vendere. Nam quanuis pauper sim, in ære alieno non sum, sed meo.

In sc. Latuit met. h. p. in scalis. i. lori quo serui vincti cædebantur flagris.

Exc. Si quidem nullum tibi scrupulum (vel metum) iniiciat fuga à me excepta, & quam præstare nolo.

FLore, bono claróque fidelis amice Neroni,
Siquis fortè velit puerum tibi vendere, natum
*Tibure vel Gabijs: & tecum sic * agit: Hic &*
Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos,
Fiet erítque tuus, nummorum millibus octo:
** Verna ministerijs ad nutus aptus heriles:*
Litterulis Græcis imbutus, idoneus arti
*Cuilibet: * argilla quiduis imitaberis vda.*
Quinetiam canet indoctum, sed dulce bibenti.
Multa fidem promissa leuant, vbi plenius æquo
Laudat venales, qui vult extrudere, merces.
** Res vrget me nulla: meo sum pauper in ære:*
Nemo hoc mangonum faceret tibi. non temerè à me
Quiuis ferret idem. semel hic cessauit: & (vt fit)
** In scalis latuit metuens pendentis habenæ.*
*Des nummos, * excepta nihil te si fuga lædat,*
Ille ferat pretium, pœnæ securus, opinor.
Prudens emisti vitiosum: dicta tibi est lex.
Insequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua.

Dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi
Talibus officijs prope mancum: ne mea sæuus
Iurgares ad te quòd epistola nulla veniret.
Quid tum profeci, mecum facientia iura
Si tamen attentas? quereris super hoc etiam, quòd
Expectata tibi non mittam carmina mendax.
*Luculli * miles collecta viatica multis*
Ærumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem
*Perdiderat: post hæc * vehemẽs lupus, & sibi & hosti*
Iratus pariter, ieiunis dentibus acer,
Præsidium regale loco deiecit (vt aiunt)
Summè munito, & multarum diuite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur honestis:
Accipit & bis dena super sestertia nummum.
Forte sub hoc tempus castellum euertere prætor
Nescio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis quæ timido quoque possent addere mentem.
I bone quò virtus tua te vocat, i pede fausto,
Grandia laturus meritorum præmia. quid stas?
*Post hæc ille catus, * Quantumuis rusticus, ijt,*
Ibi, eò quò vis, qui zonam perdidit: inquit.
** Romæ nutriri mihi contigit: atque docere,*
** Iratus Graijs quantum nocuisset Achilles.*
Adiecere bona paulò plus artis Athenæ:
Scilicet vt possem curuo dignoscere rectum,
Atque inter syluas Academi quærere verum:
Dura sed amouere loco me tempora grato:
Ciuilisque rudem belli tulit æstus in arma,
Cæsaris Augusti non responsura lacertis.
Vnde simul primùm me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis, inopémque paterni
I t laris & fundi: paupertas impulit audax
Vt versus facerem. sed, quod non desit, habentem,

Id est milites, vt quidam volunt. Alij tamen de certo quodam milite intell. V. ad prædandum factus acrior, ex illa egestate, vt lupus ex fame.

Q. d. Inopia quãtumuis rusticum ad illud audendum compellet. *Rom. u.* Imitari se velle dicit illius militis Luculli institutum. *Ir. Gr. Doceri quantum Ach. ir.* id est, doceri Iliadem Homeri.

Qua

*Quæ poterunt vnquam satis expurgare * cicutæ,*
Ni melius dormire putem, quàm scribere versus?
Singula de nobis anni prædantur euntes:
Eripuere iocos, Venerem, conuiuia, ludum:
Tendunt extorquere poemata. quid faciam vis?
Denique non omnes eadem mirantur amántque:
Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis:
*Ille, * Bioneis sermonibus, & sale nigro.*
Tres mihi conuiuæ propè dissentire videntur,
Poscentes vario multum diuersa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu quod iubet alter.
Quod petis, id sanè est inuisum acidúmq; duobus.
Præter cætera, me Romanè poemata censes
Scribere posse, inter tot curas, totque labores?
*Hic * sponsum vocat, hic auditum scripta, relictis*
Omnibus officijs. cubat hic in colle Quirini,
Hic extremo in Auentino: visendus vtérque.
Interualla vides humanæ commoda. verum
Puræ sunt plateæ, nihil vt meditantibus obstet.
Festinat calidus mulis gerulísque redemptor:
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignũ:
Tristia robustis luctantur funera plaustris:
Hàc rabiosa fugit canis, hàc lutulenta ruit sus.
I nunc, & versus tecum meditare canoros.
Scriptorũ chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes
Rite cliens Bacchi, somno gaudentis & vmbræ:
Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos
Vis canere, & contracta sequi vestigia vatum?
Ingenium, sibi quod vacuas desumpsit Athenas,
Et studijs annos septem dedit, insenuítque
Libris & curis, statua taciturnius exit
Plerunque, & risu populum quatit: hìc ego rerum
Fluctibus in medijs, & tempestatibus vrbis,

Quidam ellebo-rum intell. quasi ita vocet ad me-dicamentorum infamiam. Alio-qui Auicennam cicutam vocasse elleborum nigrũ. Vide annot.

Comicis versi-bus, à Bione Ari-stophanis patre.

S. nigro, Sal, mor-dacibus, & ama-rulentiæ plenis.

Vt contrà dicun-tur candidus & candor, quum ad animum referun-tur.

Sp. Fide iussum, al. fide iubendum.

Quidam exp. In-terualla humano more commoda. i. non valdè com-moda, quales esse solent res huma-næ. Vide annot.

Puræ, vacuæ obstaculis.

Verba lyræ motura ſonum connectere digner?
Iuriſconſulti. *Frater erat Romæ* conſulti rhetor: vt alter*
Alterius ſermone meros audiret honores:
Gracchus vt hic illi foret, huic vt Mutius ille.
Qui minus argutos vexat furor iſte poetas? 90
Carmina compono, hic elegos: mirabile viſu
Cælatúmque nouem Muſis opus. aſpice primùm,
Quanto cum faſtu, quanto molimine circum-
-ſpectemus vacuam Romanis vatibus ædem.*
Ædem Apoll. & bibliothecam ei adiunctam, *Vacat*, Al. *Vacat.* *Mox etiam (ſi fortè* vacas) ſequere & procul audi* 95
Quid ferat, & quare ſibi nectat vtrique coronam.
Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem,
S. gladiatorum genus. Tanquam Samn. Vide ann. *Lento* Samnites ad lumina prima duello,*
Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis niſi Callimachus? ſi plus adpoſcere viſus, 100
Fit Mimnermus, & optiuo cognomine creſcit.
Multa fero, vt placem genus irritabile vatum,
Quum ſcribo, & ſupplex populi ſuffragia capto:
Idem, finitimis ſtudys, & mente recepta,
Obturare poſſim. vel auſim. Obt. mihi liceat. ** Obturem patulas impunè legentibus aures.* 105
Ridentur mala qui componunt carmina: verùm
Gaudent ſcribentes, & ſe venerantur, & vltro
(Si taceas) laudant quicquid ſcripſere, beati.
At qui legitimum cupiet feciſſe poema,
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti: 110
Audebit quæcunque parum ſplendoris habebunt,
Et ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur,
Verba mouere loco: quamuis inuita recedant,
Quidam exp. Quamuis non debeant loco moueri, vtpote eius ſanctitate tuta. *Et verſentur adhuc* intra penetralia Veſtæ.*
Obſcurata diu populo bonus eruet atque 115
Proferet in lucem ſpecioſa vocabula rerum:
Quæ priſcis memorata Catonibus atque Cethegis,
Nunc ſitus informis premit & deſerta vetuſtas.

Adſciſcet

Adſciſcet nouas, quæ genitor produxerit vſus.
Vehemens & liquidus, puroque ſimillimus amni,
Fundet opes, Latiumque beabit diuite lingua.
Luxuriantia compeſcet, nimis aſpera ſano
Lenabit cultu, virtute carentia tollet:
Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur: vt qui
Nunc ſatyrum, nunc agreſtem Cyclopa monetur,* Saltat.
Prætulerim ſcriptor delirus inérſque videri,
Dum mea delectent mala me, vel denique fallant,
*Quàm ſapere, & *ringi. fuit aut ignobilis Argis,* Quod dixit torqueri. Quidam aliter.
Qui ſe credebat miros audire tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor plauſorque theatro:
Cætera qui vitæ ſeruaret munia recto
More: bonus ſanè vicinus, amabilis hoſpes,
Comis in vxorem: poſſet qui ignoſcere ſeruis,
*Et * ſigno læſo non inſanire lagenæ:* Non iraſci ad inſaniam vſque ob leue ſeruorum pecc. quale eſt quum lagenam reſignant.
Poſſet qui rupem & puteum vitare patentem:
Hic vbi cognatorum opibus curiſque refectus,
Expulit elleboro morbum bilémque meraco,
Et redit ad ſeſe, Pol, me occidiſtis amici,
Non ſeruaſtis (ait) cui ſic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratiſſimus error:
Nimirum ſapere eſt abiectis vtile nugis,* Q. d. Si ſapiam, numeros illos pueris relinquam, vt nugas illorum ætati apeas: ipſe aliud num. genus diſcam. Vel Sæp. Pro Sapienter vitam inſtituere.
Et tempeſtiuum pueris concedere ludum:
Ac non verba ſequi fidibus modulanda Latinis,
Sed verè numeróſque modóſque ediſcere vita,
Quocirca mecum loquar hæc, tacituſq; recordor:
Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ,
Narrares medicis: quòd quanto plura paraſti,
Tanto plura cupis, nullíne faterier audes?
Si vulnus tibi, monſtrata radice vel herba
Non fieret lenius: fugeres radice vel herba
Proficiente nihil curarier, audieras, cui

Rem dij donarent, illi decedere prauam
Stultitiam: & quum sis nihilo sapientior, ex quo
Plenior es, tamen veteris monitoribus ijsdem?
At si diuitiæ prudentem reddere possent,
Si cupidum timidumq́, minus te: nempe ruberes,
Viueret in terris te siquis auarior vno.
*Si propriũ est quod quis libra *mercatus & ære est,*
Quædam (si credis consultis) mancipat vsus:
Qui te pascit ager, tuus est: & villicus orbi
Quum segetes occat, tibi mox frumenta daturus,
Te dominum sentit. das nummos: accipis vuam,
Pullos, oua, cadum temeti. nempe modo isto
Paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis
(Aut etiam supra) nummorum millibus emptum.
Quid refert, vinas numerato nuper an olim?
Emptor Aricini quondam Veientis & arui,
*Emptum cœnat olas, quanuis *aliter putat: emptis*
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.
** Sed vocat vsque suum, quâ populus adsita certis*
Limitibus vicina refugit iurgia. tanquam
Sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis horæ,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema,
Permutet dominos, & eedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur vsus, & hæres
Hæredem alterius, velut vnda supervenit vndam:
Quid vici prosunt? aut horrea? quidue Calabris
Saltibus adiecti Lucani? si metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla tabellas,
Argentum, vestes Gætulo murice tinctas,
Sunt qui non habeant, est qui non curat habere.
Cur alter fratrum cessare, & ludere, & vngi,
Præferat Herodis palmetis pinguibus: alter,

Al. *mercatur & are.* Vide annot. de seq.

Se fruct. suis ali putat, non autem emptis.

Suũ voc. quod eo vsque patet, vbi pop. adsita pro limite est qui distinguat agrum vicini à suo. Quidam *adsita* exp. viti maritata.

Diuet

Dives & importunus, ad vmbram lucis ab ortu,
*Syluestrem * flammis & ferro mitiget agrum:*
Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturæ deus humanæ, mortalis in vnum-
-quodque caput: vultu mutabilis, albus & ater.
Vtar, & ex modico, quantum res poscet, aceruo
Tollam: nec metuam quid de me iudicet hæres,
Quod non plura datis inuenerit: & tamen idem
Scire volam quantum simplex hilarisque nepoti
Discrepet, & quantum discordet parcus auaro.
Distat enim, spargas tua prodigus, an neq; sumptũ
Inuitus facias, neque plura parare labores.
Ac potius, puer vt festis quinquatribus, olim
Exiguo gratóque fruaris tempore raptim.
*Pauperies immunda domus procul absit. ego, * virũ*
Naue ferar magna an parua, ferar vnus & idem.
** Non agimur tumidis velis aquilone secundo:*
Non tamen aduersis ætatem ducimus austris.
Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis vsque priores.
Non es auarus: abi. quid cetera? iam simul isto
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos lemures portentáque Thessala rides?
** Natales grate numeras? ignoscis amicis?*
Lenior & melior fis accedente senecta?
Quid te exempta iuuat spinis de pluribus vna?
Viuere si recte nescis, decede peritis.
Lusisti satis: edisti satis atque bibisti:
Tempus abire tibi est: ne potum largus aquo
Rideat & pulset lasciua decentius ætas.

Frutic. & arb. syluestribus, partim incensis, fertiliorem reddat aut faciat vt non adeò sit sterilis.

Siue magna n. siue p. Vel, vtrum naue m. an parua ferat, nihil refert. ferar enim vnus & idem. *Non agimur.* Alleg. Si non ingentes nobis sunt opes, at certè nõ sumus inopes.

Quidam exp. Tui generis autores libenter recenses? Alij de ætate intell. de qua ingraueſcente non libenter cogitamus.

Q. HORATII FLACCI DE ARTE POETICA LIBER.

AD PISONES.

Corpori cuidam ex diuersi generis membris cõflato comparat poema cuius partes nullam inter se conuenientiam habent.

HVmano capiti cernicem pictor equinam
Iungere si velit, & varias inducere plumas,
Vndique collatis membris: vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne:
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite Pisones, isti tabulae fore librum
Persimilem, cuius, velut aegri somnia, vanae
Fingentur species: vt nec pes nec caput vni
Reddatur formae. * pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.
Scimus, & hanc veniam petimusq, damusq, vicissim:
Sed non vt placidis coeant immitia, non vt
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

Hypophora ex dicto vulgi, Atqui pict. &c.

In eos qui ornatum suo poemati quaerunt ex quibuslibet digressionibus & episodijs.

* Inceptis gravibus plerunque & magna professis
Purpureus, late qui splendeat, vnus & alter
Assuitur pannus: quum lucus, & ara Dianae,
Et properantis aquae per amoenos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus.
Sed nunc non erat his locus: & fortasse * cupressum
Scis simulare. quid hoc? si fractis enatat exspes
Nauibus, aere dato qui pingitur? amphora coepit
Institui, currente rota cur vrceus exit?
Denique sit quodvis, simplex duntaxat & vnum.
Maxima parvarum (pater, & iuuenes patre digni)

Imitari vis pictorem, qui quòd in pingenda cupresso esset exercitatus, eius picturam illi etiam tabellae inseruit in qua depingendum illi erat naufragium.

Decipimur

Decipimur specie recti. breuis esse laboro,
Obscurus fio. sectantem leuia, nerui
Deficiunt animique: professus grandia, turget:
Serpit humi tutus nimium, timidúsque procellæ.
Qui variare cupit rem prodigialiter vnam,
Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.
** Æmilium circa ludum faber * imus & vngues*
Exprimet, & molles imitabitur ære capillos:
Infelix operis summa quia ponere totum
Nesciet. hunc ego me, siquid componere curem,
Non magis esse velim, quàm prauo viuere naso,
Spectandum nigris oculis nigróque capillo.
Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
*Quid valeant humeri. cui lecta * potenter erit res,*
Nec facundia deserit hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit, & Venus (aut ego fallor)
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleráque differat, & præsens in tempus omittat.
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis autor.
In verbis etiam tenuis cautúsque serendis,
Dixeris egregiè, notum si callida verbum
*Reddiderit * iunctura nouum. si fortè necesse est*
** Indicys monstrare recentibus abdita * rerum,*
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget: dabitúrque licentia sumpta prudenter,
Et noua fictáque nuper habebunt verba fidem, si
Græco fonte cadant, parcè detorta. quid autem
*Cæcilio Plautóque * dabit Romanus, ademptum*
Virgilio Varióque? ego, cur acquirere pauca
Si possum inuideor? quum lingua Catonis & Enni
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum

Dura nimis ornatus sum studiosus & pollito genere orationis delector.

Gladiatorium. *Imus*, Cuius tab. est infima. Alijs nomen propr.

Q. d. habita potentiæ suæ ratione. i. virium suarum.

Quidam intell. de ea quam compositionem dicimus: vt Cic. *iuncta* dicit quæ nos *composita*.
Ind. vocabulis.
Rerum. Post *rerum* in al. est partic. &.
Al. *dedit*.
Ademptum Virg. id est, negatum, non concessum.

Nomina

Nomina protulerit? licuit, sempérque licebit,
*Signatum præsente nota * producere nomen.*
Vt syluæ folijs pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et iuuenum ritu florent modò nata, vigéntque.
*Debemur morti nos, nostráque, * siue receptus*
Terra Neptunus, classes aquilonibus arcet,
Regis opus: sterilísque diu palus, aptáque remis,
Vicinas vrbes alit, & graue sentit aratrum:
Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis,
Doctius iter melius: mortalia facta peribunt:
Nedum sermonum stet honos, & gratia viuax:
Multa renascentur quæ iam cecidere, cadéntque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus:
Quem penes arbitriũ est, & ius & norma loquendi.
Res gestæ regumque ducumq́, & tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstrauit Homerus
** Versibus impariter iunctis querimonia primùm,*
*Pòst etiam * inclusa est voti sententia compos.*
Quis tamen exiguos elegos emiserit autor,
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armauit iambo,
*Hunc * socci cepere pedem grandésque cothurni,*
Alternis aptum sermonibus, & populares
Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.
*Musa dedit * fidibus diuos, puerósq́ deorum,*
Et pugilem victorem, & equum certamine primũ,
Et iuuenum curas & libera vina referre.
Descriptas seruare vices operumq́ colores
Cur ego si nequeo ignoróque, poëta salutor?
Cur nescire, pudens prauè, quàm discere malo?
Versibus exponi tragicis res comica non vult:
Indignatur item priuatis ac propè socco

Al. *Procudere.*

Siue portus Iulius, mari in Lucr. & Auernũ lacum immisso, naues à ventis defendit (quod est Augusti opus) siue Pontini palus siccata, nunc aretur, & fruges vicinis vrb. ministret.

Vers. elegis. vt mox.
Inclu. Illis scriptę fuerunt res lætæ, & quæ ex animi sententia euenerunt.
Soc. & *coth.* Comœdiæ & trag.

Lyricis versib.

Dignis

Dignis carminibus narrari cœna Thyeſta.
Singula quæque locum teneant ſortita decenter.
Interdum tamen & vocem comœdia tollit,
Iratuſq; Chremes tumido delitigat ore:
Et Tragicus plerunque dolet ſermone pedeſtri.
Telephus & Peleus, quum pauper & exul vterque,
** Proiicit ampullas, & ſeſquipedalia verba:*
Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela. Reijcit à ſe.
Non ſatis eſt pulchra eſſe poemata: dulcia ſunto,
Et quocunq; volent, animum auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident, ita flentibus adſunt
Humani vultus. ſi vis me flere, dolendum eſt
Primùm ipſi tibi: tunc tua me infortunia lædent.
Telephe, vel Peleu, malè ſi mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridebo. triſtia mœſtum
Vultum verba decent: iratum, plena minarum:
Ludentem, laſciua: ſeuerum, ſeria dictu.
** Format enim natura prius nos intus ad omnem* Affectum varium pro mutatione fortunæ nobis indit: facítque vt eum vultu prodamus, deinde & declaremus:
Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit ad iram:
Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit:
Poſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,
Romani tollent equites peditéſque cachinnum.
Intererit multum diuúſne loquatur an heros:* Sic v. 227. *Me quicunque deus, quicunque adhibebitur heros.*
Maturúſne ſenex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus: an matrona potens, an ſedula nutrix:
Mercatórne vagus, cultórne virentis agelli:
Colchus, an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis. Sunt alioqui & aliæ lect. de quibus vide annot.
Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge
Scriptor. honoratum ſi forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer:
Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox, inuictáque, flebilis Ino,

Perfidus

Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes.
Siquid inexpertum ſcenæ committis, & audes
Perſonam formare nouam, ſeruetur ad imum
Qualis ab incepto proceſſerit, & ſibi conſtet.
Argum. fabularum in medio poſita, & a nemine præoccupata, ſic tractare vt ex ijs propria facias. Vide ann. de proximè ſeq. item de poe. cyclico.
Difficile eſt proprie communia dicere: túque*
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,
Quàm ſi proferres ignota indictáque primus.
Publica materies priuati iuris erit, ſi
Nec circa vilem patulúmque moraberis orbem:
*Nec verbum verbo curabis reddere * fidus*
F. im. i. ceu fid. Perinde ac ſi fidi interpretis officio fungi velles. Al. *referre.*
Interpres: nec deſilies imitator in arctum,
*Vnde pedem * proferre pudor vetet, aut operis lex:*
Nec ſic incipies, vt ſcriptor cyclicus olim,

FORTVNAM PRIAMI CANTABO ET NOBILE BELLVM.

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte:
Dic mihi muſa virum, captæ poſt tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat: vt ſpecioſa dehinc miracula promat.
Antiphatẽ, Scyllamq́, & cũ Cyclope Charybdim.
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Ouo ex quo ex. eluſa fuit Helena.
*Nec gemino bellum Troianum orditur ab * ouo.*
Semper ad euentum feſtinat: & in medias res,
Non ſecus ac notas, auditorem rapit: & quæ
Deſperat tractata nitescere poſſe, relinquit.
Atque ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet,
Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.
Tu, quid ego, & populus mecum deſideret, audi.
Si plauſoris eges aulæa manentia, & vſque
Seſſuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:

Ætatis

Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores:
Mobilibúsque decor naturis dandus & annis.
Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere: & iram
Colligit ac ponit temerè, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto,
Gaudet equis canibúsque, & aprici gramine campi: Elatus, Elato animo.
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper:
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris:
** Sublimis, cupidúsq́, & amata relinquere pernix.* Ambitiosus est.
Conuersis studijs, ætas animúsque virilis
Quærit opes & amicitias, inseruit honori:
Commisisse cauet quod mox mutare laboret.
Multa senem circumueniunt incommoda: vel quòd
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet vti:
Vel quòd res omnes timidè gelidéque ministrat,
*Delator, spe longus, iners, * auidúsque futuri:* Cupidus sciendi quæ futura sint, contrà illud, *Quid sit futurum cras, fuge quærere.* Quidam exp. Cupidus vitæ.
Difficilis, querulus: laudator temporis acti
Se puero, censor castigatórque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. ne forte seniles
Mandentur iuueni partes, pueróque viriles,
*Semper in adiunctis æuóque * morabimur aptis.* Non discedemus ab ijs quæ vnam quanque ætatem consequuntur, & illi conueniant. Vel, Cognatio nostra immorabitur in ijs quæ, &c.
Aut agitur res in scenis, aut acta refertur.
Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator. non tamen intus
Digna geri, promes in scenam: multáque tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palàm coquat exta nefarius Atreus:
Aut in auē Progne vertatur, Cadmus in anguem,
Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi.

Néue

Néue minor neu sit quinto producior actu
Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi.
Nec * deus interſit, niſi dignus vindice nodus
Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret.
Actoris partes chorus officiúmque virile
Defendat: neu quid medios intercinat actus.
Quod non propoſito conducat & hæreat aptè.
*Ille bonis faueátque, & conſilietur * amicis:*
Et regat iratos, & amet peccare timentes:
Ille dapes laudet menſæ brevis, ille ſalubrem
Iuſtitiam, legéſque, & apertis otia portis.
Ille tegat commiſſa: deóſque precetur & oret
Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.
*Tibia non, vt nunc, orichalco * vincta, tubæque*
*Æmula, ſed tenuis ſimpléxque * foramine pauco*
*Aſpirare, & adeſſe choris erat * vtilis, atque*
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.
Quo ſanè populus numerabilis, vtpote paruus,
Et frugi, caſtúſque verecundúſque coibat.
Poſtquam cœpit agros extendere victor, & vrbem
Latior amplecti murus, vinóque diurno
Placari Genius feſtis impunè diebus:
Acceſſit numeriſque modíſque licentia maior.
Indoctus quid enim ſaperet, libérque laborum,
Ruſticus, vrbano confuſus, turpis honeſto?
*Sic priſcæ * motúmque & luxuriam addidit arti*
Tibicen: traxítque vagus per pulpita veſtem.
*Sic etiam fidibus * voces creuere ſeueris,*
Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps:
Vtiliúmque ſagax rerum & diuina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.
*Carmine qui * tragico vilem certauit ob hircum,*
*Mox etiam agreſtes ſatyros * nudauit, & aſper.*

Incolumi

Cic. Vt tragici poetæ, quum explicare argumenti exitum non poſſit, confugiu ad deum. Hinc prouerb. Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς.

Amicu. Al. amicè. Legitur verò & conciliatur amicis.

Al. iuncta. Quidam vincta exp. orichalco ex parte circundata, *Vtilis aſpirare, adeſſe, compl.* Gr. more. *Por. p.* quatuor foram.

Mot. de ſaltatione, vel de geſtu. Ex voc. i ſonis, quidam chordas intell. vt dicat ch. eſſe additas. Vide annot. de hoc & ſeq.

Tr. v. Iuxta illos qui tragediam deducunt ἀπὸ τῆς τρυγὸς, i. hirco qui illius ſcriptoribus præmium erat.

Nud. Nudos inmoduxit.

Incolumi grauitate iocum tentauit: eo quòd
Illecebris erat & grata nouitate morandus
Spectator, functúsque sacris, & potus, & exlex.
Verùm ita risores, ita commendare dicaces
Conueniet satyros, ita vertere seria ludo:
Ne, quicunque deus, quicunque adhibebitur heros,
Regali conspectus in auro nuper & ostro,
** Migret in obscuras humili sermone tabernas:*
Aut, dum vitat humum, nubes & inania captet
Effutire leues indigna tragœdia versus:
Vt festis matrona moueri iussa diebus,
Intererit satyris paulum pudibunda proteruis.
Non ego inornata & dominantia nomina solùm,
Verbáque, Pisones, satyrorum scriptor amabo:
Nec sic enitar tragico differre colori,
Vt nihil interſit Dauúsne loquatur, & audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum:
An custos famulusq; dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen sequar: vt sibi quiuis
Speret idem. sudet multum, frustráque laboret
Ausus idem. tantum series iunctúraque pollet,
Tantum de medio sumptis accedit honoris.
Syluis deducti caueant (me iudice) Fauni
Ne, veluti in nati trriuijs, ac penè forenses,
Aut nimium teneris iuuentur versibus vnquam:
Aut immunda crepent ignominioſáque dicta.
Offenduntur enim quibus est equus & pater & res:
Nec, ſiquid fricti ciceris probat & nucis emptor,
Æquis accipiunt animis, donántue corona.
Syllaba longa breui subiecta, vocatur Iambus,
*Pes citus: vnde etiam *trimetris accreſcere iussit*
Nomen Iambeis: quum senos redderet ictus,
Primus ad extremum similis sibi. non ita pridem,

Humilem opificum & tabernariorum sermonem imitetur.

Quorum vius dominatur: quibus res quantumuis obscœnæ propriè appellantur.

Iussit Iambeos versus trimetros quoque nominari.

Tardior

Tardior vt paulo graniúmque veniret ad aures,
Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit
Commodus, & patiens: non vt de ſede ſecunda
*Cederet aut quarta * ſocialiter. hic & in Acci*
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni.
*In * ſcenam miſſos magno cum pondere verſus,*
Aut opere celeris nimium, curáque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Non quiuis videt immodulata poemata index:
Et data Romanis venia eſt indigna poetis.
Idcircóne vager. ſcribámque licenter? an omnes
*Viſuros peccata putem mea, tutus, & * intra*
Spem veniæ cautus? vitaui denique culpam,
Non laudem merui. vos exemplaria Græca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.
At noſtri proaui Plautinos & numeros &
Laudauere ſales: nimium patienter vtrunque,
(Ne dicam ſtultè) mirati: ſi modò ego & vos
Scimus in vrbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimúmque ſonum digitis callemus & aure.
Ignotum tragicæ genus inueniſſe Camœnæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis,
Quæ canerent agerentq́, peruncti facibus ora.
Poſt hunc perſonæ pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis,
Et docuit magnúmque loqui, nitíque cothurno.
Succeſſit vetus his comœdia, non ſine multa
*Laude. ſed * in vitium libertas excidit, & vim*
*Dignam lege regi. * lex eſt accepta: chorúſque*
Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquere poetæ:
Nec minimum meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta:

Vel

Commodum ſe & patientem ea in re præbens: ſed non ita vt ſecunda etiam & quarta ſede ſedere vellet, ſociali quodam amore. *Iu ſc, m.* Iambus rarus, verſus iambicos in ſcenam productos, qui nimis tardi ſunt ob ſpondeos, accuſat vel nimiæ feſtinantiæ, vel ignorationis artis. *Inuaſp.* Quidam rep. *extra* pro *intra*. Sed illud retinendum eſſe docebant Annot.

In ep. ad Aug. *donec iam ſcenis apertam, Iu rabiem verti cæpit iocu, &c. L. eſt acc.* ibidem, *quinetiam lex Pœnáq; lata, malo quæ nollet carq. Deſcripſit.*

Vel qui prætextas vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret clarisue potentius armis;
*Quàm lingua Latium: * si non offenderet vnum-*
-quenque poetarum limæ labor & morá. Vos ô
Pompilius sanguis carmen reprehendite quod non
Multa dies & multa litura coercuit, atque
** Perfectum decies non castigauit ad vnguem.*
Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit, & excludit sanos Helicone poetas
Democritus: bona pars non vngues ponere curat,
Non barbam: secreta petit loca, balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium nomenque poetæ,
Si tribus Anyceris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit. ô ego læuus,
Qui purgo bilem sub verni temporis horam,
Non alius faceret meliora poemata. verùm
** Nil tanti est. ergo fungar vice cotis acutum*
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi:
Munus & officium nil scribens ipse docebo:
Vnde parentur opes: quid alat formétque poetam:
Quid deceat, quid non: quo virtus, quò ferat error,
Scribendi rectè sapere est & principium & fons.
*Rem tibi * Socraticæ poterunt ostendere chartæ:*
Verbáque prouisam rem non inuita sequentur.
Qui didicit, patriæ quid debeat, & quid amicis;
Quo sit amore parẽs, quo frater amandus & hospes:
Quod sit Conscripti, quod iudicis officium: quæ
Partes in bellum missi ducis: ille profectò
Reddere personæ scit conuenientia cuique:
Respicere exemplar vitæ morúmque iubebo
Doctum imitatorem, & veras hinc ducere voces.
*Interdum * speciosa * locis morata áque rectè*
*Fabula, nullius Veneris, sine * pondere & arte,*

In eadem epist. de hoc queritur, *Sed turpem putat in scriptis metuisque luturam.*

Pro perf. vnguem, al. *prefectum vnguem*, vt sit metaph. à marmorarijs, vel à fictoribus.

Ing. m. In eos qui quòd Democr. furorem quendam ad poeticã requiri putaret, ideo illuuie & squalore nec non solitudine nomẽ poetarum aucuparentur.

Nil tanti est. Nil tanti facio, vt eius obtinendi causa insanus esse aut insaniam simulare velim.

Scripta discipulorum Socr.

Spec. Ornata dictis seu sententijs Philosophicis. *Alocu.* P. verborum. Quę grauitate carent.

Valdius oblectat populum, meliúsque moratur,
*Quàm versus inopes rerum, * nugæque canoræ.*
Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui; præter laudem nullius auaris.
** Romani pueri longis rationibus assem*
Discunt in partes centum diducere; dicat
Filius Albini, si de quicunce remota est
*Vncia, quid superat? poteras dixisse, triens. * eu,*
Rem poteris seruare tuam. redit vncia: quid fit?
Semis. ad hæc animos erugo & cura peculi
Quum semel imbuerit, speramus carmina fingi
Posse linenda cedro, & leui seruanda cupresso?
Aut prodesse volunt aut delectare poetæ,
Aut simul & iucunda & idonea dicere vitæ.
Quicquid præcipies, esto breuis: vt citò dicta
Percipiant animi dociles, teneántque fideles.
Omne superuacuum pleno de pectore manat.
Ficta voluptatis causa, sint proxima veris.
Nec, quodcunque volet, poscat sibi fabula credi:
Neu pransæ Lamiæ viuum puerum extrahat aluo.
Centuriæ seniorum agitant expertia frugis,
Celsi prætereunt austera poemata Rhamnes.*
Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci,
Lectorem delectando, paritérque monendo,
Hic meret æra liber Sosij: hic & mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat auum.
Sunt delecta tamẽ quibus ignouisse velimus. (mẽs,
Nã neq; chorda sonum reddit quem vult manus &
Poscentique grauem persæpe remittit acutum:
Nec semper feriet quocunque minabitur arcus.
Verùm vbi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendor maculis: quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura. quid ergo?

N.c. Versus canori quidem, sed quibus subsint res futiles. Vide sat. 6. lib. 1. *Quo pueri magnis ex cẽtur. orti.* &c. *Eu*, vt Gr. *&c.* Sic apud Ter. ex Agr. gramm. Vide annot.

Seniores poemata inutilia reprehendunt. *Rh.* Equites. Quidam per hos intell. quoslibet iuuenes generosos & qui animo sunt excelso.

Vt

*Vt scriptor si peccat idem librarius vsque,
Quamuis est monitus, venia caret: & citharœdus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum cessat, * fit Cherilus ille,
Quem bis terque bonum, cum risu miror: & idem
Indignor * quandoque bonus dormitat Homerus.
Verùm opere in longo fas est obrepere somnum.
Vt pictura, poesis. erit quæ, si propius stes,
Te capiet magis: & quædam, si longius abstes.
Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri,
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit.
O maior iuuenum, quamuis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te sapis, hoc tibi dictum
Tolle memor: certis * medium & tolerabile rebus
Recte concedi * consultus iuris, & actor
Causarum mediocris, abest virtute diserti
Messale, nec scit quantum Cassellius Aulus:
Sed tamen in pretio est. mediocribus esse poetis
Non homines, non di, non concessere * columnæ.
Vt gratas inter mensas symphonia discors
Et crassum unguentũ & Sardo cum melle papauer
Offendunt, poterat duci quia cœna sine istis:
Sic animi natum inuentumque poema iuuandis:
Si paulum à summo discessit, vergit ad imum.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis:
Indoctusque pilæ discive trochive quiescit,
Ne spissæ risum tollant impune coronæ:
Qui nescit, versus tamen audet fingere. quid ni?
Liber & ingenuus, præsertim * censu equestrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni.
Tu * nihil inuita dices faciesue Minerua:
Id tibi iudicium est, ea mens: si quid tamen olim

Ser. librarius.

Cherilo sit similis: quem miror & rideo si contingat ei vt duobus aut tribus locis rectè scribat. Quoties dorm. optimus poeta, qualis fuit Hom. Alij non de alio quàm ipsomet Hom. intell.

Mediocritatem, Mediocrem & tolerabilem peritiam.

C. in. Hæc velut per parenth. hoc modo, Certis rebus med. concedi: at mediocr. esse po. &c.

C. ad quas prostant libri vt sar. 4. lib. 1. *Nulla tab. meos hab. neque pila lib.* Alij referunt ad col. quæ erant vbi recitabantur car. Habens eq. censum. Cui iuuentus fuit census equestris, quum conferetur.

Eo iudicio eaque prudentia es, vt nihil sit dicturus vel fact. imita. Minerua.

Scipseris, in Metij descendat iudicis aures,
Et patris, & nostras: nonúmq; prematur in annum.
Membranis intus positis, delere licebit
*Quod non edideris: * nescit vox missa reuerti.*
Syluestres homines sacer interprésque deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidósque leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet. fuit hæc sapientia quondam,
Publica priuatis secernere, sacra profanis:
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor & nomen diuinis vatibus atque
Carminibus venit. post hos insignis Homerus,
Tyrtæúsque mares animos in Martia bella
*Versibus exacuit, * dictæ per carmina sortes:*
Et vitæ monstrata via est: & gratia regum
*Pierijs tentata modis: * ludúsque repertus,*
Et longorum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Musa lyræ solers, & cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est. ego nec studium sine diuite vena,
Nec rude quid prosit video ingenium. alterius sic
Altera possit opem res, & coniurat amicè
Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecítque puer: sudauit, & alsit:
*Abstinuit Venere & * vino. * qui Pythia cantat*
Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum.
Nunc satis est dixisse, Ego mira poemata pango.
** Occupet extremũ scabies: mihi turpe relinqui est,*
Et, quod non didici, sanè nescire fateri.
Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas:

At quum edid. non licebit quia nescit vox m. r.

Edita fuerunt oracula.

Carmina scribendo tentata fuit ad regum amicitiam via.

Reperta sunt quæ ad oblectationem facerent: vt comœdiæ, trag. mimi.

Al. *Baccho.*

Qui adhibetur ad canendas laudes Apoll.

Expuerorum lusu hoc dictum natum esse aiunt.

Assentatores

Assentatores iubet ad lucrum ire poeta,
Diues agris, diues positis in fœnore nummis.
*Si verò est * unctum qui rectè ponere possit,* Opiparam cœnam præbere.
Et spondere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor si sciet inter-
-noscere mendacem verúmque beatus amicum.
Tu seu donaris seu quid donare voles cui,
Nolite aduersus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ. clamabit enim, Pulchrè, bene, rectè.
*Pallescet super his: etiam * stillabit amicis* Lacrymas emittet, quas præ gaudio se emittere simulabit.
Ex oculis rorem: saliet, tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo: sic
Derisor vero plus laudatore mouetur.
*Reges dicuntur multis vrgere * culullis,* Poculis quibusdam grandioribus. Diminut. aculeo.
Et torquere mero, quem perspexisse laborent
An sit amicitia dignus. si carmina condes,
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.
Quintilio siquid recitares, corrige sodes,
Hoc (aiebat) & hoc melius te posse negares. Si negares. Recudere. Ira mutare emendando, vt alij esse viderentur.
Bis terque expertum frustra: delere iubebat,
*Et male tornatos * incudi reddere versus.* N. vlr. verbum addebat. Sum. Al. *insumebat.*
Si defendere delictum quam vertere malles,
*Nullum vltra * verbũ, aut operã * sumebat inanem.*
Quin sine riuali téque & tua solus amares.
*Vir bonus & prudens versus reprehendet * inertes:* *Inertes.* Quidam exponunt, arte carentes. Vide annot.
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Transuerso calamo signum: ambitiosa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambiguè dictum: mutanda notabit: Sic paulo antè *Derisor vero plus laud. mouetur.*
Fiet Aristarchus. nec dicet, Cur ego amicum
Offendam in nugis? Hæ nugæ seria ducent
In mala, derisum semel, exceptúmque sinistrè:

Vt, * *mala quem scabies aut morbus regius vrget,*
Aut fanaticus error & iracunda * *Diana,*
Ve sanum tetigisse timent fugiuntq́ poetam,
Qui sapiunt: agitant pueri incautique sequuntur,
Hic, dum sublimes versus ructatur, & errat,
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum, foueámue: licet succurrite * *longum*
Clamet, Io ciues, non sit qui tollere curet.
Si quis curet opem ferre, & demittere funem,
Qui scis an prudens huc se deiecerit? atque
Seruari nolit? dicam, Siculíque poeta
Narrabo interritum. deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnã
Insiluit. sit ius liceátque perire poetis.
Inuitum qui seruat, * *idem facit occidenti,*
Nec semel hoc fecit: nec, si retractus erit iam
Fiet * *homo, & ponet famosæ mortis amorem.*
Nec satis apparet cur versus factitet: vtrum
Minxerit * *in patrios cineres, an triste* * *bidental*
Mouerit incestus. certè furit, ac velut vrsus,
Obiectos caueæ valuit si frangere clathros,
Indoctum doctumq́ fugat recitator acerbus.
Quem verò arripuit, tenet, occidítque legendo,
Non missura cutem nisi plena cruoris * *hirudo.*

M. sc. quidam intell. de ea quam Gr. ψώραν ἀγρίαν. Aduersus eos qui non nisi furore quodam & afflatu diuino percitos ad poeticam aptos esse putabant.

D. Vnde σελινόλεστος dicuntur, & à Lat. limphati.

L. cl. Longum clamet, Io ciues succ.

Idem atque ille qui occidit.

Ad mentem humanam redibit, id est sanã. Quasi insanus non sit homo, quòd extra se dicatur esse, Vel, Desinet velle haberi deus, vt Emp.

In p. c. In paternum sepulchrum.

Bid. locum fulmine tactum: qui cæsis bidentibus expiabatur.

Hir. Tanquam hirudo, quæ dimittere non solet c. nisi pl. cruoris.

IVNII
IVVENALIS,
ET
AVLI PERSII
FLACCI
Satyræ.

Iam recens recognitæ, simul ac adnotatiunculis, quæ breuis commentarij vice esse possint, illustratæ.

LONDINI,
Apud *Melchisedecum Bradwood*,
Impensis IOANNIS
NORTON.

Anno Dom. 1607.

282-13

IVVENALIS VITA.

IVnius Iuuenalis, vt Suidas testatur, vixit tempore Domitiani Imperatoris, oriundus ex Aquino Volscorum oppido, quemadmodum ipse videtur innuere Satyra tertia, circa finem, cùm ait:

-Ergo vale nostri memor, & quotiens te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino.

Quanquam non desunt, qui Suidæ fidem eleuare conentur, hac certè in parte, ea cõiectura ducti, quòd liberius scripserit in ipsum quoque Imperatorem, quàm vt ferri potuerit, si vixisset. Sub Traiano igitur Satyras scripsisse volunt: neque verisimile esse, quod ille ait, à Paride histrione actum fuisse in exilium in Pentapolim, qua est in Libya, cùm Domitiano mortuo nihil potuerit Paris. Vtcunque est, certè Sidonius Apollinaris id videtur significare, cùm ait, si tamen illum intelligit:

Nec qui consimili deinde casu
Ad vulgi tenuem strepentis auram
Iratifuit histrionis exul.

De eius morte parum constat, nisi quod in exilio vitam finisse arbitrantur.

IVN. IVVENALIS AQVINATIS SATYRA PRIMA.

Semper ego auditor tantùm? nunquámne reponam,
Vexatus toties rauci Theseide Codri?
Impune ergo mihi recitauerit ille togatas?

Queritur otium suum sibi perire, dum ignauus ad fastidium poetas recitantes cogit audire, cum tamẽ ipse aliquid possit scribere. Quotidie nihil aliud quam recitant mihi historias suas, & fabulas, quas scripserunt.

Hic elegos? impune diem consumpserit ingens
Telephus? aut summi plena iam margine libri
Scriptus, & in tergo, nec dum finitus Orestes?
Nota magis nulli domus est sua, quàm mihi lucus
Martis, & Æolys vicinum rupibus antrum
Vulcani. quid agant venti, quas torqueat vmbras
Æacus, vnde alius furtiuæ deuehat aurum
Pelliculæ, quantas iaculetur Monichus ornos,
Frontonis platani, conuulsáq; marmora clamant
Semper, & assiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem à summo, minimóq; poeta.
Et nos ergo manum ferulæ subduximus: & nos
Consilium dedimus Syllæ, priuatus vt altùm
Dormiret. stultæ est clementia, cùm tot vbique
Vatibus occurras, perituræ parcere chartæ.

Quòd potissimum Satyram scribat, temporis sui mores esse in causa. Auruncæ al. Lucilius Satyricus.

Cur tamen hoc libeat potius decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus:
Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.
Cùm tener vxorem ducat spado: Meuia Tuscum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma:
Patritios omnes opibus cùm prouocet vnus,

Cinamus extonsore, & Crispinus, è seruo facti erant equites.

Quo tondente graui iuueni mihi barba senabat:

Cùm pars Niliacæ plebis, cùm verna Canopi
Crispinus, Tyrias humero reuocante lacernas
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ,
Difficile est Satyram non scribere. nam quis iniqua
Tam patiens vrbis, tam ferreus, vt teneat se?
Causidici nouacum veniat lectica Mathonis
Mag. delat. M. Regalus imperatoris amicus delatoribus etiam alijs erat formidabilis.
Plena ipso, & post hunc magni delator amici,
Et citò rapturus de nobilitate comesa (pat
Quod superest, quẽ Massatimet: quẽ munere pal-
Carus, & à trepido Thymele summissa Latino?
Cùm te summoueant, qui testamenta merentur
Noctibus, in cœlum quos euehit optima summi
Nunc via processus, vetulæ vesica beatæ?
Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem:
Partes quisq; suas ad mensuram inguinis hares
Accipiat, sanè mercedem sanguinis, & sic
Palleat, vt nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.
Quid referam, quanta siccum iecur ardeat ira?
Cùm populũ gregibus comitũ premat hic spoliator
Pupilli prostantis? at hic damnatus inani
Ab octauo non solũ securus est, sed ante tempus cibo destinatum genio indulget, quod erat horat nona.
Iudicio (quid enim saluis infamia nummis?)
Exul ab octauo Marius bibit, & fruitur dys
Iratis: at tu victrix prouincia ploras.
Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?
Hæc ego non agitem? sed quid magis Heraclæas,
Leno maritus, qui vxorem prostituit, quæ cum non possit adulterijs ius hæreditatis capere, accipiat ipse.
Aut Deomedeas, aut mugitum labyrinthi,
Et mare percussum puero, fabrumq; volantem?
Cùm leno accipiat mœchi bona (si capiendi
Ius nullum vxori) doctus spectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso:
Cùm fas esse putet curam sperare cohortis,

Qui

Qui bona donauit præsepibus, & caret omni
Maiorum censu, dum peruolat axe citato
Flaminiam: puer Automedon? nam lora tenebat
Ipse lacernatæ cùm se iactaret amicæ.
Nónne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio: cùm iam sexta ceruice feratur
Hinc atque inde patens, ac nuda penè cathedra,
Et multum referens de Mecænate supino
Signator falsò, qui se lautum, atque beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat vda.
Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum
Porrectura viro miscet sitienti rubetam,
Instituítque rudes melior Locusta propinquas
Per famam & populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid Breuibus, Gyaris, & carcere dignũ,
Si vis esse aliquis. probitas laudatur, & alget.
Criminibus debet hortos, prætoria mensas,
Argentum vetus, & stantem extra pocula caprũ.
Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?
Quem sponsæ turpes? & prætextatus adulter?
Si natura negat, facit indignatio versum
Qualemcunq; potest, quales ego, vel Cluuienus.
Ex quo Deucalion, nimbis tollentibus æquor,
Nauigio montem ascendit, sortésque poposcit,
Paulatímq; anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas,
Quicquid agũt homines, votũ, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri farrago libelli est.
Et quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando?
Hos animos neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.
Prælia quanta illic dispensatore videbis

Ipse, Nero.

Sexta cer. hexaphoro feratur Regulus ille omnium bipedum, vt Plinius ait, nequissimus.

Locusta venefica cuius opera vsus Nero, Britannicum sustulit: autor Suetonius.

Caper in cælatura poculorum.

Argumentum satyræ nostræ sunt vitiorum genera, quæ ab orbe condito cœperunt ad hæc tempora magis ac magis inualescere.

Armigero? simpléxne furor seſtertia centum
Perdere, & horrenti tunicam reddere ſeruo?
Quis totidem erexit villas? quis fercula ſeptem
Secretò cœnauit anus? nunc ſportula primo
Limine parua ſedet, turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inſpicit, & trepidat, ne
Suppoſitus ventas, ac falſo nomine poſcas.
Agnitus accipies, iubet à præcone vocari
Ipſos Troiugenas: nam vexant limen & ipſi
Nobiſcum. da Prætori, da deinde Tribuno.
Sed libertinus prior eſt, prior, inquit, ego ſum.
Cur timeam, dubitémue locũ defendere? quamuis
Natus ad Euphratem, molles quod in aure feneſtræ
Arguerint, licet ipſe negem: ſed quinq; tabernæ
Quadringenta parant. quid confert purpura maius
Optandum, ſi Laurenti cuſtodit in agro
Conductas Coruinus oues? ego poſſideo plus
Pallante, & Licinis. expectent ergo tribuni,
Vincant diuitiæ: ſacro nec cedat honori
Nuper in hanc vrbem pedibus qui vexerat albis.
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum
Maieſtas, etſi funeſta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorũ ereximus aras,
Vt colitur pax, atq; fides, victoria, virtus,
Quæq; ſalutato crepitat concordia Gnido.
Sed cùm ſummus honor finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat,
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc
Et panis, fumúſq; domi? denſiſſima centum
Quadrantes lectica petit, ſequitúrque maritum
Languida, vel prægnans, & circunducitur vxor:
Hic petit abſentis, nota iam callidus arte
Oſtendens vacuam, & clauſam pro coniuge ſellam.

Sportula, quæ olim in vſum pauperum clientum reperta erat iam diſpeniatur in ditiſſimos quoſque.

Pallas Claudij libertus ditiſſimus prætorijs ornamentis donatus per Claudium.

Si diuites ſportulam captent, quid non facient clientes, quibus hinc ſuppeditatur res domeſtica?

Galla

Galla mea est, inquit, citius dimitte: moraris.
Profer, Galla, caput. nolit vexare, quiescit.
Ipse dies pulchro distinguit ordine rerum:
Sportula, deinde forum, iuris q; peritus Apollo,
Atque triumphales, inter quas ausus habere
Nescio quis titulos Ægyptius, atq; Arabarches,
Cuius ad effigiem non tantùm meiere fas est.
Vestibulis abeunt veteres, lassique clientes,
Votáque deponunt, quanquàm longissima cœnæ
Spes homini: caules miseris, atque ignis emendus.
Optima syluarum interea, pelagique vorabit
Rex horum, vacuisque toris tantùm ipse iacebit.
Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis, vna comedunt patrimonia mensa.
Nullus iam parasitus erit. sed quis feret istas
Luxuriæ sordes? quanta est gula, quæ sibi totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum?
Pœna tamen præsens, cùm tu deponis amictus
Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas.
Hinc subitæ mortes, atque intestata senectus.
It noua, nec tristis per cunctas fabula cœnas.
Ducitur aratis plaudendum funus amicis.
Nilerit vlterius, quod nostris moribus addat
Posteritas, eadem cupient, faciéntque minores:
Omne in præcipiti vitium stetit. vtere velis,
Totos pande sinus. dicas hîc forsitan, vnde
Ingenium par materiæ? vnde illa priorum
Scribendi quodcunque animo flagrante liberet
Simplicitas, cuius non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoscat Mutius, an non?
Pone Tigillinum, tæda lucebit in illa,
Quæ stantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et lasum media sulcum deducit arena.

Triumphales statuæ erant in foro Augusti, quas ipse dedicauerat, inter quas tandem, Crispinus non veritus sit collocari, homo libertinus.

In voracitatem & gulam Romæ, qui exclusis omnibus, ventri suo tantum indulgebant, & hoc immodicè.

Hortatur seipsum poëta ad scribendum, cùm abundè suppetat materia, tametsi non sit secutum libere loqui, ne supplicio afficiatur insigni.

Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur
Pensilibus plumis, atque illinc despiciat nos.
Cùm veniet contrà, digito compesce labellum:
Accusator erit, qui verbum dixerit, hic est.* aliàs verum.
Securus licet Æneam, Rutulumq; ferocem
Committas, nulli gravis est percussus Achilles,
Aut multùm quæsitus Hylas, urnamq; sequutus,
Ense velut stricto quoties Lucilius ardens
Infremit, rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus, tacita sudant præcordia culpa,
Inde iræ, & lachrymæ. tecum prius ergo voluta
Hæc: animo ante tubas galeatum serò duelli
Pœnitet. experiar quid concedatur in illos,
Quorum Flaminia tegitur cinis, atq; Latina.

Verba monitoris, indicantis periculum, ne Coricæus aliquis deferat, tutius esse historias aut fabulas scribere, quemadmodum Virgilius & Homerus.

SATYRA II.

In eos qui impudenter aliorum vitam censebant, cum ipsi vitiis intercutibus madèrent.

VLtra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialē
Oceanum, quoties aliquid de morbis audent
Qui curios simulant, & bacchanalia viuunt.
Indocti primùm, quanquàm plena omnia gypso
Chrysippi inueniās: nam perfectissimus horum,
Si quis Aristotelem similem, vel Pittocon emit,
Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas.
Fronti nulla fides. quis enim non vicus abundat
Tristibus obscœnis? castigas turpia, cùm sis
Inter Socraticos notissima fossa cynados?
Hispida membra quidem, & duræ per brachia setæ
Promittunt atrocem animum, sed podice leui
Cæduntur tumidæ, medico ridente, marisca,
Raro sermo illis, & magna libido tacendi,
Atque supercilio breuior coma. verius ergo,
Et magis ingenuè Peribonius: hunc ego fatis
Imputo, qui vultu morbum, incessuq; fatetur.
Horum simplicitas miserabilis, hic furor ipse

Marisca fici genus, & vlcus quod medici fungum vocant.

Tolerabilior apertè malus, quàm hypocrita & secretus.

Dat

Dat veniam: ſed peiores, qui talia verbis
Herculis inuadunt, & de virtute loquuti,
Clunem agitant. ego te ceuentem, Sexte, verebor?
Infamis Varillus ait, quo deterior te?
Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.
Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
Quis cœlum terris non miſceat, & mare cœlo, Culpa careat neceſſe eſt, alieni vitij caſtigator.
Si fur diſpliceat Verri? homicida Miloni?
Clodius accuſet mœchos? Catilina Cethegum?
In tabulam Sylla ſi dicant diſcipuli tres?
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu? iqui tunc leges reuocarat amaras Qualis, Domitiani Iuliam fratris filiam, quæ marito nupſerat, corrupit, reuocata lege Iulia.
Omnibus atq; ipſis Veneri, Martiq; timendas,
Cùm tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam
Solueret, & patruo ſimiles effunderet oſſas?
Nónne igitur iure, ac meritò vitia vltima fictos
Contemnunt Scauros, & caſtigata remordent?
Non tulit ex illis toruum Laronia quendam
Clamantem toties, vbi nunc lex Iulia? dormis?
Ad quem ſubridens: felicia tempora, quæ te Ironia.
Moribus opponunt: habeat iam Roma pudorem,
Tertius è cœlo cecidit Cato: ſed tamen vnde
Hæc emis, hirſuto ſpirant opobalſama collo
Quæ tibi? ne pudeat dominum monſtrare taberna.
Quod ſi vexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia. reſpice primùm, Lex Scatinia, contra eos qui muliebria patiebantur quos peculiariter inſectatur poeta hac ſatyra.
Et ſcrutare viros, faciunt hi plura, ſed illos
Defendit numerus, iunctæq; vmbone phalanges.
Magna inter molles concordia. non erit vllum
Exemplum in noſtro tam deteſtabile ſexu,
Tedia non lambit Cluuiam, nec Flora Catullam:
Hiſpo ſubit iuuenes, & morbo pallet vtroque.
Nunquid nos agimus cauſſas? ciuilia iura

Noui-

Nouimus? aut vllo strepitu fora vestra mouemus?
Luctantur paucæ, comedunt colliphia paucæ.
Vos lanam trahitis, calathísque peracta refertis
Vellera, vos tenui prægnantem stamine fusum
Penelope melius, melius torquetis Arachne,
Horrida quale facit residens in codice pellex.

Virorum mollities.

Notum est, cur solo tabulas impleuerit Hister
Liberto, dederit viuus cur multa puellæ.
Diues erit, magno quæ dormit tertia lecto.
Tu nube, atq; tace: donant arcana cylindros.
De nobis post hæc tristis sententia fertur.
Dat veniam coruis, vexat censura columbas.
Fugerunt trepidi vera, ac manifesta canentem
Stoicidæ, quid enim falsi Laronia? sed quid
Non facient alij, cùm tu multitia sumas
Cretice? & hanc vestem populo mirante perores
In Proculas, & Pollineas? est mœcha Labulla,
Damnetur (si vis) etiam Carphinia: talem
Non sumet damnata togam. sed Iulius ardet,
Æstuo. nudus agas: minus est insania turpis.
En habitum, quo te leges, ac iura ferentem
Vulneribus crudis populus modò victor, & illud
Montanum positis audiret vulgus aratris.
Quid? non proclames, in corpore iudicis ista
Si videas? quæro, an deceant multitia testem.
Acer, & indomitus, libertatísque magister
Cretice pelluces. dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vuáq; conspecta liuorem ducit ub vua.
Fœdius hoc aliquid, quandoq; audebis amictu:
Nemo repentè fuit turpissimus. accipient te
Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt

Hister, Pacuuius, cuius alibi meminit, quem libertũ hæredem reliquit ob turpitudinem ab illo sibi præstitam.

Maior est honestatis ratio in adultera, si in publicum procederet, quàm in te, qui eius rei censuram tibi assumis, cum sis ipse perditissimus.

Fronti-

Frontibus, & toto posuere monilia collo,
Atq; Bonam tenerè placant abdomine porcæ,
Et magno cratêre deam: sed more siniſtro
Exagitata procul non intrat fœmina limen:
Solis ara deæ maribus patet. ite profanæ,
(Clamatur) nulla gemit hîc tibicina cornu.
Talia secretæ colucrunt Orgia tædæ
Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotyttò.
Ille supercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu, pingitq; trementes
Attollens oculos. vitreo bibit ille Priapo,
Reticulumque comis auratum ingentibus implet
Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa:
Et per Iunonem domini, iurante ministro.
Ille tenet speculum patrici gestamen Othonis,
Actoris Aurunci spolium, quo se ille videbat
Armatum, cum iam tolli vexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus, atq; recenti
Historia, speculum civilis sarcina belli.
Nimirum summi ducis est occidere Galbam,
Et curare cutem summi constantia civis,
Bebriaci in campo spolium affectare palati,
Vt pressum in faciem digitis extendere panem:
Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mœsta nec Actiacas fecit Cleopatra carinas.
Hîc nullius verbis pudor, aut reuerentia mensæ.
Hîc turpis Cybeles, & fracta voce loquendi
Libertas: & crine senex phanaticus albo
Sacrorum antistes, rarum, ac memorabile magni
Gutturis exemplum, conducendúsque magister.
Quid tamen expectas, Phrygio quos tempus erat iam
More supernacuam ceruicis abscindere carnem?
Quadringenta dabit Gracchus sestertia domum
Cornicini,

In sacerdotes Minervæ quos in Albano Domitianus instituerat.

Baptæ Eunolidis comœdiæ, in sacra quæ Cotyttia dicebantur, in quibus pervigilabant, non sine flagitijs.

Actor. Hemistichium Vergilianum, ironicè speculum hominis fortissimi spolium vocans.

Recto ære, tubicen erat, inquit, aut certè cornicen.

Cornicini, ſiue hic recto cantauerat ære:
Signatæ tabulæ, dictum feliciter, ingens
Cœna fœdet, gremio iacuit noua nupta mariti.
O proceres cenſore opus eſt, an haruſpice nobis?
Scilicet horreres, maioráq; monſtra putares,
Si mulier vitulum, vel ſi bos ederet agnum?
Segmenta, & longos habitus, & flammea ſumit
Arcano qui ſacra ferens nutantia loro

Salij Martis ſacerdotes ſoli ancilliæ è cœlo delapſum ferebant & pertractabant.

Sudauit clypeis ancilibus. ô pater vrbis,
Vnde nefas tantum Latijs paſtoribus? vnde
Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes?
Traditur ecce viro clarus genere, atq; opibus vir:
Nec galeam quaſſas, nec terram cuſpide pulſas,
Nec quereris patri. vade ergo, & cede ſeueri
Ingeribus campi, quem negligis. officium cras

Pœna matrimonij fœdè contracti, vt nunquam pariant uxores.

Primo ſole mihi peragendum in valle Quirini.
Qua cauſa officij? quid queris? nubit amicus,
Nec multos adhibet, liceat modò viuere, fient,
Fient iſta palàm, cupient & in acta referri.
Interea tormentum ingens nubentibus haret,
Quòd nequeunt parere, & partu retinere maritos.
Sed melius, quod nil animis in corpore ſuris
Natura indulget, ſteriles moriuntur, & illis
Turgida non prodeſt condita pixide Lyde,
Nec prodeſt agili palmas præbere Luperco.

Fuſcina, ludus gradiatorius, in quo Retiarius fuſcina & reti vtebatur.

Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi,
Luſtrauitq; fuga mediam gladiator arenam,
Et Capitolinis generoſior, & Marcellis,
Et Catulis, Pauliſque minoribus, & Fabijs, &
Omnibus ad podium ſpectantibus: his licet ipſum
Admoneas, cuius tunc munere retia miſit.
Eſſe aliquos manes, & ſubterranea regna,
Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras,

Atque

Atque vna tranſire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lauantur.
Sed tu vera puta. Curius quid ſentit, & ambo
Scipiadæ? quid Fabricius? manéſque Camilli?
Quid Cremeræ legio? & Cannis conſumpta iuuen-
Tot bellorũ animæ? quoties hinc talis ad illos (tus,
Vmbra venit, cuperent luſtrari, ſi qua darentur
Sulfura cum tædis, ſi foret humida laurus.
Illuc heũ miſeri traducimur. arma (quid?) vltra
Littora Iuuernæ promouimus, & modò captas
Orcadas, ac minima contentos nocte Britannos:
Sed quæ nunc populi fiunt victoris in vrbe,
Non faciunt illi, quos vicimus: & tamen vnus
Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno.
Aſpice, quod faciant commercia. venerat obſes.
Hic fiunt homines. nam ſi mora longior vrbem
Indulſit pueris, non nunquam deerit amator,
Mittentur bracæ, cultelli, frena, flagellum:
Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Si, inquit, crederes eſſe inferos is, cuius iuſſu tot millia trucidantur, non exhiberet gladiatores cum tanta carnificina, ſed certè crederet, ſi ſaperet.

Zelates, obſes Armenius contagione morum corruptus, turpe obſequium tribuno præſtitit.

SATYRA III.

QVamuis digreſſu veteris confuſus amici,
Laudo tamẽ vacuis quòd ſedem figere Cumis
Deſtinet atque vnum ciuen donare Sibyllæ.
Ianua Batarum eſt, & gratum littus, amœni
Seceſſus: ego vel Prochitam præpono Suburræ.
Nam quid tam miſerum, & tam ſolum vidimus vt
Deterius credas horrere incendia, lapſus (non
Tectorum aſſiduos, ac mille pericula ſæuæ
Vrbis, & Auguſto recitantes menſe poëtas?
Sed cùm tota domus rheda componitur vna,
Subſtitit ad veteres arcus, madidámq; Capenam,
Hìc vbi nocturna Numa conſtituebat amicæ.

Oſtendit in vrbe bonis viris locum non eſſe atq; ob id ſe gratulari Vmbritio aruſpici quòd Cumas migret, quamuis doleat amicum diſcedere.

Lucus Ægeriæ nymphæ.

Nunc

Nunc ſacri fontis nemus, & delubra locantur
Iudæis, quorum cophinus, fœnumq́, ſupellex.
Omnis enim populo mercedem pendere iuſſa eſt
Arbor & eiectis mendicat ſylua camœnis.
In vallem Ægeriæ deſcendimus, & ſpeluncas
Diſſimiles veris. quantò præſtantius eſſet
Numen aquæ, viridi ſi margine clauderet undas
Herba, nec ingenium violarent marmora tophus?
Hic tũc Vmbricius, quando artibus, inquit, honeſtis
Nullus in vrbe locus, nulla emolumenta laborum,
Res hodie minor eſt, heri quàm fuit, atq, eadẽ cras
Deteret exiguis aliquid, proponimus illuc
Ire, fatigatas vbi Dædalus exuit alas.
Dum noua canities, dum prima, & recta ſenectus,
Dũ ſupereſt Lacheſi quod torqueat, & pedibus me
Porto meis, nullo dextram ſubeunte bacillo,
Cedamus patria. viuant Arturius iſtic,
Et Catulus: maneant qui nigrũ in cãdida vertunt,
Queis facilè eſt eadem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluuiem, portandum ad buſta cadauer,
Et præbere caput domina venale ſub haſta.
*Quondam * bi cornicines, & municipales arenæ*
Perpetui comites, notæq́, per oppida buccæ,
Munera nunc edunt, & verſo pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter: inde reuerſi
Conducunt foricas. & cur non omnia? cùm ſint
Quales ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit, quoties voluit Fortuna iocari?
Quid Romæ faciam? mentiri neſcio: librum,
Si malus eſt, nequeo laudare, & poſcere: motus
Aſtrorum ignoro: funus promittere patris
Nec volo, nec poſſum: ranarum viſcera nunquam
Inſpexi: ferre ad nuptam quæ mittit adulter,

Qua

Romanorũ auaritia, qui etiam à mendicis Iudæis tributum exigebant, & quidem cùm in ſyluis agerent.

Vbi Dæd. Cunis, cum ex Creta euolaſſet.

* Aliàs hic.

Citharœdi & tubicines eò prouehuntur, vt non ſolùm lusoſ gladiatorios poſſint exhibere, ſed quemuis etiam impunè trucident.

Quid Romæ agendum ſit, qui in pretio velit haberi.

Quæ mandat, norint alij: me nemo miniſtro
Fur erit: atque ideo nulli comes exeo tanquam
Mancus: & extinctæ corpus non vtile dextræ.
Quis nunc diligitur, niſi conſcius? & cui ſeruiens
Æſtuat occultis animus, ſempérque tacendis?
Nil tibi ſe debere putat, nil conferet vnquam,
Participem qui te ſecreti fecit honeſti.
Charus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,
Accuſare poteſt. tanti tibi non ſit opaci
Omnis arena Tagi, quódq; in mare volnitur aurũ, Periculoſa res magnorum ſe-
Vt ſomno careas, ponendaque præmia ſumas creta noſcere.
Triſtis, & à magno ſemper timearis amico.
Quæ nunc diuitibus gens acceptiſſima noſtris, Soli aſſentatores & nebulones ſunt in pretio, cuiuſmodi ſunt Græculi, & Barbari quidam.
Et quos præcipuè fugiam, properabo fateri.
Nec pudor obſtabit. Non poſſum ferre, Quirites,
Græcam vrbẽ. quamuis quota portio faecis Achæe,
Iampridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana ſecum
Vexit, & ad Circum iuſſas poſtare puellas.
Ite, quibus grata eſt picta lupa barbara mitra.
Ruſticus ille tuus ſumit recidiua Quirine:
Et ceromatico fert niceteria collo.
Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabãdis, Alabandæ vrbs Cariæ feliciſſima, atque ob id voluptatibus deditiſſima.
Æſquilias, dictumq; petunt à vimine collem,
Viſcera magnarum domuum, dominique futuri.
Ingenium velox, audacia perdita, ſermo
Promptus, & Iſæo torrentior: ede quid illum
Eſſe putes? quemuis hominem ſecum attulit ad nos,
Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,
Augur, ſchœnobates, medicus, magus, omnia nouit:
Græculus eſuriens, in cœlum, iuſſeris, ibit,

Ad

Quiduis pollicentur illi, etiam se in cœlum volaturos, si opus sit, quemadmodum Dædalus.

Ad summam non Maurus erat, nec Sarmata, nec
Qui sūpsit pœnas, medijs sed natus Athenis (Thrax
Horum ego, non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit? fultusq́, toro meliore recumbet,
Aduectus Romam, quo pruna, & coctona vento?
Vsqueadeò nihil est, quòd nostra infantia cœlum
Hauſit Auentini bacca nutrita Sabina?

Græcorum fœda adulatio.

Quid quòd adulandi gens prudentiſſima, laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici:
Et longum innalidi collum cernicibus æquet
Herculis, Antæum procul à tellure tenentis.
Miratur vocem anguſtam, qua deterius nec
Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.

Eorundem actio.

Hæc eadem licet & nobis laudare, ſed illis
Creditur. an melior cùm Thaida ſuſtinet, aut cùm
Vxorem comœdus agit, vel Dorida nullo
Cultam palliolo? mulier nempe ipſa videtur,
Non perſona loqui: vacua, & plana omnia dicas
Infra ventriculum, & tenui diſtantia rima.
Nec tamen Antiochus, nec erit mirabilis illic
Aut Stratocles, aut cum molli Demetrius Hæmo.

Antio, Stratocles, & Demetrius actores comœdiarum peritiſſimi, quorum meminit Quintilianus lib. 11. circa finem.

Natio comœda eſt. rides? maiore cachinno
Concutitur: flet, ſi lachrymas aſpexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
Accipit endromidem: ſi dixeris, æſtuo: ſudat.
Non ſumus ergo pares: melior qui ſemper, & omni
Nocte, diéque poteſt alienum ſumere vultum,
A facie tactare manus, laudare paratus,
Si bene ructauit, ſi rectùm minxit amicus,
Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo:

Eorundem libido.

Prætereà ſanctum nihil eſt, & ab inguine tutum,
Non matrona laris, non filia virgo, neque ipſe
Sponſus leuiq; adhuc, non filius antè pudicus.

Horum

Horum ſi nihil eſt, aulam reſupinat amici.
Scire volunt ſecreta domus, atque inde timeri.
Et quoniam cœpit Græcorum mentio, tranſi
Gymnaſia, atque audi facinus maioris abollæ:
Stoicus occidit Baream, delator amicum,
Diſcipulumq́, ſenex, ripa nutritus in illa,
Ad quam Gorgonei delapſa eſt penna caballi.
Non eſt Romano cuiquam locus hic, vbi regnat
Protogenes aliquis, vel Diphilus, aut Erymanthus,
Qui gentis vitio nunquam partitur amicum.
Solus habet: nam cùm facilem ſtillauit in aurem
Exiguum de natura, patriáq́, veneno,
Limine ſummoueor, perierunt tempora longi
Seruitij: nuſquam minor eſt iactura clientis.
Quod porrò officium (ne nobis blandiar) aut quod
Pauperis hîc meritum? ſi curet nocte togatus
Currere? cùm prætor lictorem impellat, & ire
Præcipitem iubeat, dudum vigilantibus orbis,
Ne prior Albinam, aut Modiam collega ſalutet?
Diuitis hîc ſerui claudit latus ingenuorum
Filius. alter enim, quantum in legione tribuni
Accipiunt, donat Caluinæ, vel Catienæ,
Vt ſemel, atq́, iterum ſuper illam palpitet: at tu
Cùm tibi veſtiti facies ſcorti placet, hares,
Et dubitas altâ Chionem deducere ſella.
Da teſtem Romæ tam ſanctum, quàm fuit hoſpes
Numinis Idæi procedat vel Numa, vel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam;
Protinus ad cenſum (de moribus vltima fiet
Quæſtio) quot paſcit ſeruos, quot poſſidet agri
Iugera: quàm multa, magnáq́, paropſide cœnat.
Quantum quiſque ſuæ nummorum ſeruat in arcâ,
Tantũ habet & fidei: iures licet & Samothracum,

P. Ægnatius pecunia corruptus Soranum Bream falſo teſtimonio oppreſſit: autor Tacitus in Nerone.

Pauperis obſequium inutile in diuites cum ipſe magiſtratus officijs præueniat & ſalutationibus, maximè autem vetulas orbas & ſenes.

Hoſp. Naſica qui Rheam è Phrygia delatam excepit hoſpitio. Vel qui Seru. L. Metellus Pontifex, vbi vi flammæ viſum amiſit.

Et noſtrorum aras, contemnere fulmina pauper
Creditur, atque deos, dijs ignoſcentibus ipſis.
Quid quòd materiam præbet, cauſaſq́, iocorum
Omnibus hic idem, ſi fœda, & ſciſſa lacerna?
Si toga ſordidula eſt? & rupta? calceus alter
Pelle patet? vel ſi conſuto vulnere traſſum,
Atque recens linum oſtendit non vna cicatrix?
Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit. exeat, inquit,
Si pudor eſt, & de pluuino ſurgat equeſtri,
Cuius res legi non ſufficit: & ſedeant hîc
Lenonum pueri quocunque in fornice nati:
Hîc plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenéſque laniſtæ:
Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni.
Quis gener hîc placuit cenſu minor, atque puella
Sarcinulis impar? quis pauper ſcribitur hæres?
Quando in conſilio eſt ædilibus? agmine facto
Debuerant olim tenues migraſſe Quirites.
Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi. ſed Romæ durior illis
Conatus, magno hoſpitium miſerabile, magno
Seruorum ventres, & frugi cœnula magno.
Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negauit
Tranſlatus ſubitò ad Marſos, menſámq́, Sabellam,
Contentúſque illic veneto, duróque cucullo.
Pars magna Italiæ eſt (ſi verũ admittimus) in qua
Nemo togam ſumit, niſi mortuus: ipſa dierum
Feſtorum herboſo colitur ſi quando theatro
Maieſtas: tandémque redit ad pulpita notum
Exodium, cùm perſonæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat ruſticus infans.
Æquales habitus illic, ſimilémque videbis
Orcheſtrum,

Pauper ſi per omnia ſacra deieret, peierare creditur.

Nota Domitianum, qui reuocarat legem Othonis Trib. plebis iam abolitam, ne in quatuordecim gradibus ſpectaret, cui non eſſet cenſus equeſtris.

Tranſla. Curium Dentatum intelligit, qui deuictis Samnitibus & Sabinis continentiſſimè vixit.

Orcheſtram, & populum, clari velamen honoris: Simplicitas in ſpectaculis municipalium.
Sufficiunt tunicæ ſummis ædilibus albæ.
Hîc vltra vires habitus nitor, hîc aliquid plus,
Quàm ſatis eſt, interdum aliena ſumitur arca.
Commune id vitium eſt: hîc viuimus ambitioſa
Paupertate omnes: quid te moror? omnia Roma
Cum pretio. quid das, vt Coſſum aliquãdo ſalutes?
Vt te reſpiciat clauſo Veiento labello?
Ille metit barbam, crinem hic deponit amati:
Plena domus libis venalibus. accipe, & illud
Fermentum tibi habe: præſtare tributa clientes
Cogimur, & cultis augere peculia ſernis.
Quis timet, aut timuit gelida Prænęſte ruinam? Tutius extra vrbem viuere.
Aut poſitis nemoroſa inter iuga Volſinijs, aut
Simplicibus Gabijs, aut proni Tyburis arce? Tibicen pro fulcimento.
Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam
Magna parte ſui: nam ſi labentibus obſtat
Villicus, & veteris rima contexit hiatum,
Securos pendente iubet dormire ruina:
Viuendum eſt illic, vbi nulla incendia, nulli Vcalegon, vicinus, alludens ad illud Vergilij: Iam proximus ardet Vcalegon:
Nocte metus: iam poſcit aquã, iam friuola trãsfert
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant:
Tu neſcis. nam ſi gradibus trepidatur ab imis,
Vltimus ardebit, quem tegula ſola tuetur
Aplunia, molles vbi reddunt oua columbæ.
Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli ſex,
Ornamentum abaci, nec non & parunlus infrà
Cantharus, & recubãs ſub eodẽ marmore Chiron:
lámque vetus Græcos ſeruabat ciſtalibellos,
Et diuina opici rodebant carmina mures.
Nil habuit Codrus, quis enim negat? & tamẽ illud Codrus poeta, qui ſupra Theſeida recitabat, homo extremæ paupertatis.
Perdidit infelix totum nil. vltimus autem
Ærumnæ cumulus, quòd nudũ, & fruſtra rogantẽ

Nemo cibo, nemo hospitio, tectóque iuuabit.
Si magna Assyrij cecidit domus, horrida mater,
Assyrij, alij Arturij legunt cuius & prà meminit, vt scelerati, qui nigrum in candida vertat.
Pullati proceres, differt vadimonia prætor:
Tunc geminus casus vrbis, tunc odimus ignem.
Ardet adhuc, & iam occurrit qui marmora donet,
Conferat impensas, hic nuda, & candida signa.
Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polycleti,
Phecasianorum vetera ornamenta deorum.
Hic libros dabit, & forulos, mediámq; Mineruam:
Hic modium argenti: meliora, ac plura reponit
Persicus orborum lautissimus, & meritò iam
Suspectus, tanquam ipse suas incenderit ædes.
Si potes auelli Circensibus, optima Soræ,
Fabrateria & Frusinon, oppida Campaniæ, in via Latina. Strabo lib. 5.
Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur,
Quanto nunc tenebras vnum conducis in annum.
Horridulus hic, puteusq; breuis, nec reste mouendus,
In tenues plantas facile diffunditur haustu.
Viue bidentis amans, & culti villicus horti,
Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis.
Est aliquid quocunque loco, quocunque recessu,
Vnius sese dominum fecisse lacertæ.
Incommoda pauperum ex insomnijs.
Plurimus hîc æger moritur vigilando: sed illum
Languorem peperit cibus imperfectus, & hærens
Ardenti stomacho: nam quæ meritoria somnum
Admittunt? magnis opibus dormitur in vrbe.
Inde caput morbi: rhedarum transitus arcto
Vicorum inflexu, & stantis conuitia mandræ
aliàs Vrso. Eripiunt somnum Druso, vitulisq; maricis.
Si vocat officium, turba cedente vehetur
Liburno, licti cario ex Liburnia Dalmatiæ vicina regione. Dines, & ingenti curret super ora Liburno,
Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus
(Nanque facit somnum clausa lectica fenestra
Antè tamen veniet: nobis properantibus obstat

Vnda

Vnda prior, magno populus premit agmine lumbos,
Qui sequitur, ferit hic cubito, ferit assere duro
Alter, at hic tignum capiti incutit, ille metretam.
Pinguia crura luto, planta mox vndique magna
Calcor, & in digito clauus mihi militis hæret.
Nónne vides quanto celebretur sportula fumo?
Centum conuiuæ, sequitur sua quenque culina.
Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res
Impositas capiti, quas recto vertice portat
Seruulus infelix: & cursu ventilat ignem.
Scinduntur tunicæ sartæ, modo: longa coruscat
Sarraco veniente abies, atque altera pinum
Plaustra vehunt, nutant altè, populóque minantur.
Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat
Axis, & euersum fudit super agmina montem,
Quid superest de corporibus? quis mẽbra, quis ossa
Inuenit? obritum vulgi perit omne cadauer
More animæ. domus interea secura patellas
Iam lauat, & bucca foculũ excitat, & sonat vncti
Strigilibus, pleno componit lintea gutto.
Hæc inter pueros variè properantur. at ille
Iam sedet in ripa, tetrúmque nouitius horret
Porthmea, ne sperat cœnosi gurgitis alnum
Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.
Respice nunc alia, ac diuersa pericula noctis,
Quod spatium tectis sublimibus, vnde cerebrum
Testa ferit, quoties rimosa, & curta fenestris
Vasa cadunt, quanto percussum pondere signent,
Et lædant silicem. possis ignauus haberi,
Et subitis casus improuidus, ad cœnam si
Intestatus eas, adeò tot fata, quot illa
Nocte patent vigiles te prætereunte fenestræ.
Ergò optes, votúmq; feras miserabile tecum,

Corbulo, vir validissimus, tempore Neronis latuit, cuius meminit Tacitus.

Imitatur Horatium, qui ferè ijsdem verbis descripsit vrbis tumultus.

πορθμεία, portitorem: vt Maro appellat Charontem, qui animas transfretat.

Improbitas iuuentutis, quæ non possit dormire, nisi quem piam pulsauerit.

Vt sint contentæ patulas effundere pelues.
Ebrius, ac petulans, qui nullum fortè cecidit,
Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicum
Pelidæ, cubat in faciem, mox deinde supinus:
Ergo non aliter poterit dormire. quibusdam
Somnum rixa facit: sed quamuis improbus annis,
Atque mero feruens, cauet hunc, quem coccina læna
Vitare iubet, & comitum longissimus ordo,
Multum prætereà flammarum, atque ænea lampas.
Me, quem Luna solet deducere, vel breue lumen
Candelæ, cuius dispenso, & tempero filum,
Contemnit. miseræ cognosce prœmia rixæ,
Si rixa est, vbi tu pulsas, ego vapulo tantùm:

Contentionis initium.

Stat contrà, staríque iubet, parêre necesse est.
Nam quid agas, cùm te furiosus cogat, & idem
Fortior? vnde venis exclamat, cuius aceto,

Conchis faba elixa cum cortice. προσευχὴ propriè est oratio ad Deum. hic verò locus vbi mendici stipem efflagitant.

Cuius conche tumes? quis tecum sectile porrum
Sutor, & elixi veruecis labra comedit?
Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem,
Ede vbi consistas, in qua tè quæro proseucha.
Dicere si tentes aliquid, tacitúsue recedas,
Tantundem est: feriunt pariter: vadimonia deinde
Irati faciunt: libertas pauperis hæc est,
Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat,
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.

Furta & latrocinia committi in media vrbe, quibus tota ferè scatet.

Nec tamen hoc tantùm metuas: nam qui spoliet te
Non deerit, clausis domibus postquàm omnis vbiq;
Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.
Interdum & ferro subitus grassator agit rem,
Armato quoties tutæ custode tenentur,
Et Pontina Palus, & Gallinaria pinus:
Sic inde huc omnes tanquam ad viuaria currunt.
Qua fornace graues, qua non incude catenæ?

Maximus

Maximus in vinclis ferri modus, vt timeas, ne
Vomer deficiat, ne marra, & sarcula desint.
Felices proauorum atauos, felicia dicas
Secula, quæ quondam sub regibus, atque tribunis
Viderunt vno contentam carcere Romam.
His alias poteram, & plures subnectere causas,
Sed iumenta vocant, & sol inclinat, eundum est:
Nam mihi commota iamdudum multo virga
Innuit: ergo vale nostri memor, & quoties te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino,
Me quoq; ad Eluinam Cererẽ, vestrámq; Dianã,
Conuelle à Cumis: satyrarum ego (ni pudet illas)
Adiutor gelidos veniam caligatus in agros.

Inuenalis patria Aquinum oppidum in via Latina, quæ est Campania, autor Strabo, libro quinto.

SATYRA IIII.

ECce iterũ Crispinus, & est mihi sæpe vocãdus
Ad partes, monstrum nulla virtute redemptum
A vitijs, æger, solág; libidine fortis,
Delicias vidua tantum aspernatur adulter:
Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus? quanta nemorum vectetur in vmbra?
Iugera quot vicina foro? quas emerit ædes?
Nemo malus, felix, minimè corruptor, & idem
Incestus, cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdo.
Sed nunc de factis leuioribus, & tamen alter
Si fecisset idem, caderet sub iudice morum.
Nam quod turpe bonis Titio, Seriógq;, decebat
Crispinum. quid agas, cùm dira, & fœdior omni
Crimine persona est? mullum sex millibus emit,
Æquantem sanè paribus sestertia libris,
Vt perhibent, qui de magnis maiora loquuntur.
Consilium laudo artificis, si munere tanto
Præcipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi.

In Crispinum Ægyptium, flagitijs coopertum, & ventris mancipium inuehitur, atque per occasionem in Domitiani crudelitatem & luxum.

Est ratio vlterior, magna si misit amicæ,
Quæ vehitur clauso latis specularibus antro:
Nil tale expectes: emit sibi. multa videmus,
Quæ miser & frugi non fecit Apicius. hoc tu
Succinctus patria quondam Crispine papyro,
Hoc pretium squamæ? potuit fortasse minoris
Piscator, quàm piscis emi, prouincia tanti
Vendit agros, sed maiores Apulia vendit.
Quales tunc epulas ipsum gluttisse putemus
Induperatorem: cùm tot sestertia partem
Exiguum, & modicæ sumptam de margine cœnæ
Purpureus magni ructaret scurra palati,
Iam princeps equitum, magna qui voce solebat,
Vendere municipes fracta de merce siluros?
Incipe Calliope, licet hic considere, non est
Cantandum, res vera agitur, narrate puellæ
Pierides, prosit mihi vos dixisse puellas.
Cùm iam semianimum laceraret Flauius orbem
Vltimus, & caluo seruiret Roma Neroni,
Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi
Ante domũ Veneris, quàm Dorica sustinet Ancon,
Impleuítq; sinus: neque enim minor hæserat illis,
Quos operit glacies Mæotica, ruptáq; tandem
Solibus effundit torpentis ad hostia Ponti
Desidia tardos, & longo frigore pingues.
Destinat hoc monstrum cymbæ, limique magister
Pontifici summo. quis enim proponere talem,
Aut emere auderet, cùm plena ea littora multo
Delatore forent? dispersi protinus alga
Inquisitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitiuum dicere piscem,
Depastúmque diu viuaria Cæsaris, indè
Elapsum veterem ad dominum debere reuerti.

Si

Apicius omnium nepotum, vt ait Plinius, altissimus gurges.

Crispinus ex ἰχθυοπώλῃ eques factus.

Cùm imperaret Domitianus alter Nero, captus est piscis Anchonæ miræ magnitudinis, qui mox Cæsari fuit exhibitus.

Si quid Palphurio, si credimus Armillato,
Quicquid cõspicuũ, pulchrúmq; ex æquore totõ est:
Res fisci est, vbicunq; natat. donabitur ergo,
Ne pereat, iam lętifero cedente pruinis
Autumno, iam quartanum sperantibus ægris.
Stridebat deformis hyems, prædámque recentem
Seruabat: tamen hic properat, velut vrgeat Auster.
Vtq; lacus superant, vbi quanquàm diruta seruat
Ignem Troianum, & Vestam colit Alba minorem,
Obstitit intranti miratrix turba parumper,
Et cessit, faculi patuerunt cardine valuæ.
Exclusi expectant admissa obsonia patres.
Itur ad Atriden. tunc Picens, Accipe, dixit
Priuatis maiora focis, genialis agatur
Iste dies, propera stomachum laxare saginis,
Et tua seruatum consume in secula rhombum.
Ipse capi voluit. quid apertius? & tamen illi
Surgebant cristæ. nihil est, quod credere de se
Non possit, cùm laudatur dijs æqua potestas.
Sed deerat pisci patinæ mensura vocantur
Ergo in concilium proceres, quos oderat ille,
In quorum facie miserę, magnæq; sedebat
Pallor amicitię. primus clamante Liburno,
Currite iam sedit, rapta properabat ab olla
Pegasus, attonitæ positus modò villicus vrbi.
Annè aliud tunc præfecti? quorum optimus, atque
Interpres legum sanctissimus, omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Iustitia. venit & Crispi iucunda senectus,
Cuius erant mores, qualis facundia, mite
Ingenium. maria, ac terras, populósque regenti
Quis comes vtilior, si clade, & peste subilla
Sæuitiam damnare, & honestum asserre liceret
Consilium

Palphurius Sura delator accerrimus, cum Armillato, quorum meminit Suetonius.

Atriden à crudelitate, vt Oreſtes, aut Nero, qui matrem ſi am occiderunt.

Pegaſus, iuriſconſultus celeberrimus, tempore Veſpaſiani Cæſaris.

Vibius Criſpus vir facetiſſimus, & integerrimus.

Consilium? sed quid violentius aure tyranni,
Cum quo de pluuijs, aut astibus, aut nimboso
Vere loquuturi fatum pendebat amici?
Tyranni crudelitas.
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem, nec ciuis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, & vitam impendere vero:
Sic multas hyemes, atque octogesima vidit
Solstitia: his armis, illa quoq; tutus in aula.
Proximus eiusdem properabat Acilius aui,
Cum iuuene indigno, quẽ mors tam saua maneret,
Et domini gladijs iam festinata: sed olim
Prodigio par est in nobilitate senectus,
Vnde fit, vt malim fraterculus esse gigantum.
Profuit ergo nihil misero, quòd comminus vrsos
Figebat Numidas, Albana nudus arena
Venator. quis enim iam non intelligat artes
Facilius imposuit Brutus Tarquinio stolidoregi, quàm hodie nostris, si viueret.
Patritias? quis priscum illud miretur acumen
Brute tuum? facile est barbato imponere regi:
Nec melior vultu, quamuis ignobilis, ibat
Cinædo, Nerone qui maledicentissimum carmen scripsit in Quintianum.
Rubrius, offensæ veteris reus, atque tacendæ:
Et tamen improbior Satyram scribente cinædo.
Montani quoque venter adest abdomine tardus:
Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera, sæuior illo
Cornelius Fuscus, qui in Dacia perijt.
Pompeius tenui iugulos aperire susurro,
Et qui vulturibus seruabat viscera Dacis,
Catullus Messalinus cæcus, sed petulentissimus sycophanta.
Fuscus marmorea meditatus prælia villa:
Et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
Qui nunquàm visæ flagrabat amore puellæ,
Grãde, & conspicuũ nostro quoq; tempore monstrũ,
Cæcus, adulator, dirúsque à ponte satelles
Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes,
Blandáque deuexa iactaret Basiarheda.

Nemo

Nemo magis rhombum ſtupuit, nam plurima dixit
In lænum conuerſus: at ille dextra iacebat
Bellua: ſic pugnas Cilicis laudabat, & ictus,
Et pægma, & pueros inde ad velaria raptos.
Non cedit Veiento, ſed vt fanaticus æſtro
Percuſſus Bellonatuo diuinat: & ingens
Omen habes, inquit, magni, clariq; triumphi,
Regem aliquem capies, aut de temone Britanno
Excidet Arüiragus, peregrina eſt bellua. cernis
Erectas in terga ſudes? hoc defuit vnum
Fabricio, patriam vt rhombi memoraret, & annos.
Quidnam igitur cenſes? conciditur? abſit ab illo
Dedecus hoc, Montanus ait, teſta alta paretur,
Quæ tenui muro ſpatioſum colligat orbem.
Debetur magnus patinæ, ſubituſq; Prometheus,
Argillam, atq; rotam citius properate: ſed ex hoc
Tempore iam Cæſar figulina caſtra ſequantur.
Vicit digna viro ſententia: nouerat ille
Luxuriam imperij veterem, noctesq; Neronis
Iam medias, aliamq; famen, cùm pulmo Falerno
Arderet, nulli maior fuit vſus edendi
Tempeſtate mea: Circeis nata forent, an
Lucrinum ad ſaxum, Rutupinóue edita fundo
Oſtrea, callebat primo deprendere morſu.
Et ſemel aſpecti littus dicebat echini.
Surgitur, & miſſo proceres exire inbentur
Concilio, quos Albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos, & feſtinare coactos,
Tanquam de Getis aliquid, toruiſq; Sicambris
Dicturus, tanquam diuerſis partibus orbis
Anxia præcipiti veniſſet epiſtola penna.
Atq; vtinam his potius nugis tota illa dediſſet
Tempora ſæuitiæ, claras quibus abſtulit vrbi,

Illuſtréſque

Curtius Montanus ventricoſus & abdomini ſeruiens: propterea ait, eum ſe dignam ſententiam dixiſſe.

Rutupinum oppidum Britanniæ maritimum, cuius meminit Ptolemæus & Lucanus.

Domitianus postquám cœpit sæuire in plebem, statim perijt.

Illustrésque animas impunè, & vindice nullo:
Sed peryt postquàm cerdonibus esse timendas
Cœperat, hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

SATYRA V.

Ad Trebium amicum, quem monet, vt à vita parasitica se subducat, cùm ob multa alia, tum maximè ob contumeliam, & auaritiam diuitum.

SI te propositi nondũ pudet, atq; eadem est mens,
Vt bona summa putes, aliena viuere quadra?
Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas
Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba tulisset?
Quamuis iurato metuam tibi credere testi:
Ventre nihil noui frugalius, hoc tamen ipsum
Defecisse puta, quòd inani sufficit aluo,
Nulla crepido vacat? nusquam pons, & tegetis pars
Dimidia breuior? tantíne iniuria cœnæ?
Tam ieiuna fames, cum poscis honestius illic
Et tremere, & sordes farris mordere canini?
Primo fige loco, quòd tu discumbere iussu,
Mercedem solidam veterum capis officiorum,
Fructus amicitiæ magnæ cibus. imputat hunc rex,
Et quamuis rarum, tamen imputat. ergo duos post
Si libuit menses neglectum adhibere clientem,
Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto,
Vnà simus, ait, votorum summa, quid vltrà
Quæris? habet Trebius propter quod rumpere somnum
Debeat, & ligulas dimittere sollicitus, ne
Tota salutatrix iam turba peregerit orbem
Syderibus dubijs, aut illo tempore, quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca Boota.
Qualis cœna tamen? vinum quod succida nolit
Lana pati. de conuiua Corybanta videbis.
Iurgia proludunt: sed mox & pocula torques
Saucius, & rubra deterges vulnera mappa,
Inter vos quoties, libertorúmq; cohortem
Pugna Saguntina feruet commissa lagœna?

Conuiuator putat se tecum bellè agere, si semel te donauit vna cœna.

Sarraca genus vehiculi cuius tibi meminit.

Ipse

Ipſe capillato diffuſum conſule potat,
Calsatámque tenet bellis ſocialibus vuam,
Cardiaco nunquàm cyathum miſſurus amico:
Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cuius patriam, titulúmq; ſenectus
Delenit multa veteris fuligine teſtæ,
Quale coronati Thraſea, Heluidiúſq; bibebant
Brutorum, & Caſſi natalibus. ipſe capaces
Heliadum cruſtas, & inæquales Beryllos
Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum:
Vel ſi quando datur, cuſtos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, vnguéſq; obſeruet acutos.
Da veniam, præclara illic laudatur ſaſpis:
Nam virro (vt multi) gemmas ad pocula transfert
Adigitis, quas in vagina fronte ſolebat
Ponere zelotypo iuuenis pralatus Hyarba.
Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem vaſorum quatuor, ac iam
Quaſſatum, & rupto poſcentem ſulphura vitro.
Si ſtomachus domini ferueat vinóque, ciboque,
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis:
Non eadem vobis poni modo vina querebar:
Vos aliam potatis aquam: tibi pocula curſor
Getúlus dabit, aut nigri manus oſſea Mauri,
Et cui per mediam nobis occurrere noctem:
Cliuoſæ veherſus dum per monumenta Latinæ,
Flos Aſiæ ante ipſum, pretio maiore paratus,
Quàm fuit & Tulli cenſus pugnacis, & Anci,
Et, ne te teneam, Romanorum omnia regum
Frinola. quod cùm ita ſit, tu Getúlum Ganymedem
Reſpice, cùm ſities: neſcit tot millibus emptus
Pauperibus miſcere puer: ſed forma, ſed ætas
Digna ſupercilio. quando ad te peruenit ille?

Cap. conſ. Opimius anum vinum intelligit, quod ſeruatum eſt in multa ſecula.

Thraſea & Heluidius, duo libertatis amatores, Bruti & Caſſij natales celebrabant.

Iuue. præ. Æneas qui in gladij capulo gemmas ferebat, non poculis, 4. Æn.

Decocta, aqua niue refrigerata.

Neronis incantum.

Flos Aſiæ, puerna formoſiſſimus ex Aſia, & idem precioſiſſimus.

Quando

Sermonum arrogantia.

Quando vocatus adest calidæ, gelidæq; minister?
Quippe indignatur veteri parere clienti,
Quòq; aliquid poscas, & quòd se stante recumbas.
Maxima quæque domus seruis est plena superbis.
Ecce alius, quanto porrexit murmure panem?
Vix fractum, solida iam mucidæ frustra farinæ,
Quæ genuinum agitent, non admittentia morsum?
Sed tener, & niueus, molliq; siligine factus
Seruatur domino: dextram cohibere memento,
Salua sit artocopi reuerentia: finge tamen te
Improbulum, superest illic, qui ponere cogat:
Vix te consuetis, audax conuiua, canistris
Impleri, panisque tui nouisse colorem.

Scilicet, ironicè ferè usurpatur vt hîc, & Terent. Id populus curat scilicet.

Scilicet hoc fuerat, propter quod sæpe relicta
Coniuge, per montem aduersum, gelidáq; cucurri
Æsquilias, fremeret sæua cùm grandine vernus
Iuppiter, & multo stillaret pennula nimbo.

Diuiti squilla laudatissimus piscis apponitur, clienti verò gammarus vilissimus.

Aspice quàm longo distendat pectore lancem,
Quæ fertur domino, squillas & quibus vndiq; septa
Asparagis, quæ despiciat conuiua canda,
Cùm venit excelsi manibus sublata ministri.
Sed tibi dimidio constrictus gammarus ouo,
Ponitur exigua, feralis cœna, patella.
Ipse Venafrano piscem perfundit: at hic, qui
Pallidus offertur misero tibi caulis, olebit
Laternam: illud enim vestris datur alueolis, quod
Canna Micipsarum proræ subuexit acuta,

Boccar rex fuit Mauritaniæ, vbi oleum adeò teterrimi odoris vt serpentes etiam non ferant.

Propter quod Romæ cùm Boccare nemo lauatur,
Quod tutos etiam facit à serpentibus atris.
Multus erit domino, quem misit Corsica, vel quem
Taurominitanæ rupes, quando omne peractum est,
Et iam defecit nostrum mare, dum gula sæuit,
Retibus assiduis penitus scrutante macello

Proxima, nec patitur Tyrrhenum crescere piscem.
Instruit ergo focum prouincia, sumitur illinc
Quod captator emat Lenas, Aurelia vendat.
Virroni murena datur, quæ maxima venit
Gurgite de Siculo: nam dum se continet Auster,
Dum sedet, & siccat madidas in carcere pennas,
Contemnunt mediam temeraria ligna Charybdim.
Vos anguilla manet longæ cognata colubræ,
Aut glacie aspersus maculis Tyberinus, & ipse
Vernula, riparum pinguis torrente cloaca,
Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburræ.
Ipsi pauca velim, facilem si præbeat aurem.
Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis
A Seneca, quæ Piso bonus, quæ Cotta solebat
Largiri (uanque & titulis, & fascibus olim
Maior habebatur donandi gloria) solùm
Poscimus, vt cœnes ciuiliter: hoc face, & esto,
Esto (vt nunc multi) diues tibi, pauper amicis,
Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par
Altilis, & flaui dignus ferro Meleagri
Fumat aper, post hunc raduntur tubera, si ver
Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas
Maiores. tibi habe frumentum, Aledius inquit,
O Libye disiunge boues, dum tubera mittas.
Structorem intereà, ne qua indignatio desit,
Saltantem spectas, & chironomonta volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.
Duceris planta, velut ictis ab Hercule Cacus,
Et ponêre foris, si quid tentaueris vnquam
Hiscere, tanquã habeas tria nomina, quando propi-
Virro tibi, sumitq́ tuis contacta labellis (nat

Lenas, quiuis auarus captator: & Aurelia, orba & opulenta anus.

Lupus in Tybri natus, stercore pastus, & insulsus, pauperi obtruditur.

Petimus bone vir non vt sis alter Seneca aut Piso viri liberalissimi, sed tantùm vt æqualiter cum conuiuis bibas & edas.

χειρονόμωντα Græcè vsurpauit, alibi χειρονόμων qui manibus & corpore gesticulatur.

Tria nomina, hoc est, sis nobilis: quanquam alij aliter interpretentur.

Politianus misce. 31.

Pocula?

Pocula? qui vestrum temerarius vsque adeò, quis
Peditus, vt dicat regi, bibe? plurima sunt, quæ
Non audent homines pertusa dicere læna.
Quadringenta tibi si quis deus, aut similis dijs,
Et melior fatis donaret homuncio, quantus
Ex nihilo fieres? quantus Virronis amicus?
Da Trebio, pone ad Trebium. vis frater ab illis
Ilibus? ô nummi, vobis hunc præstat honorem:
Vos estis fratres. dominus tamen, & domini rex
Si vis tu fieri, nullus tibi paruulus aula
Luserit Æneas, sed filia dulcior illo:
Iucundum, & charum sterilis facit vxor amicum.
Sed tua nunc Mycale pariat licet, & pueros tres
In gremium patris fundat, simul ipse loquaci
Gaudebit nido, viridem thoraca iubebit
Afferri, minimásq; nuces, assemque rogatum,
Ad mensam quoties parasitus venerit infans.
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis:
Boletus domino, sed qualem Claudius edit.
Ante illum vxoris, post quem nil amplius edit.
Virro sibi, & reliquis Virronibus illa iubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore,
Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat,
Credere quæ possis surrepta sororibus Aphris:
Tu scabie fruêre mali, quod in aggere rodit,
Qui tegitur parma, & galea, metuénsq; flagelli,
Discit ab hirsuta iaculum torquere capella.
Forsitan impensæ Virronem parcere credas:
Hoc agit, vt doleas. nam quæ comœdia? mimus
Quis melior plorante gula? ergo omnia fiant,
Si nescis, vt per lachrymas effundere bilem
Cogaris, pressóq; diu stridêre molari.
Tu tibi liber homo, & regis conuiua videris:

Si ditatus es, facilè inuenies cultores, & obseruatores: maximè autem, si sine liberis.

Claudius Boleto ab Agrippina vxore me dicato extinctus est. Sor. Aphr. hortis Hesperidum. Contumeliæ diuitum in pauperes, ex quorum dolore capiunt voluptatem.

Quis ferat talem insolentiam, nisi plane seruus: certè dum ob ventrem seruis potenti, liber non es.

Captum

Captum te nidore suæ putat ille culinæ.
Nec malè coniectat. quis enim tam nudus, vt illum
Bis ferat, Hetruscum puero si contigit aurum?
Vel nodus tantùm, & signum de paupere loro?
Spes bene cœnandi vos decipit. ecce dabit iam
Semesum leporem, atq; aliquid de clunibus apri,
Ad nos iam veniet minor altilis: inde parato,
Intactóque omnes, & stricto pane tacetis.
Ille sapit, qui te sic vtitur, omnia ferre
Si potes, & debes: pulsandum vertice raso
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

SATYRA VI.

CRedo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visámque diu, cùm frigida parvas
Præberet spelunca domos, ignémque, larémque:
Et pecus, & dominos communi clauderet vmbra:
Syluestrem montana torum cùm sterneret vxor
Frondibus, & culmo, vicinarúmque ferarum
Pellibus: haud similis tibi Cynthia: nec tibi, cuius
Turbauit nitidos extinctus passer ocellos:
Sed potanda ferens infantibus vbera magnis,
Et sæpè horridior, glandem ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe nouo, cœlóque recenti
Viuebant homines, qui rupto robore nati,
Compositique luto, nullos habuere parentes.
Multa pudicitiæ veteris vestigia forsan,
Ant aliqua extiterant, & sub Ioue: sed Ioue nondũ
Barbato, nondum Græcis iurare paratis
Per caput alterius, cùm furem nemo timeret,
Caulibus, aut pomis, & aperto viueret horto,
Paulatim deinde ad superos Astræa recessit
Hac comite, atque duæ pariter fugere sorores.

Vitidium monet, ne facilè pariatur se matrimonio alligari, eius incommoda ob oculos ponens: & miro stomacho mulierum mores, & vitia insectatur.

Græc. hoc est, cum syncerè inter se viuerent, iureiurando, vt nec esset opus postea Astræa, quæ teste Hesiodo, cum pudicitia in cœlum euolauit, offensa hominum moribus.

Antiquum, & vetus est, alienum Posthume lectũ
Concutere, atqui sacri genium contemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas:
Viderunt primos argentea secula mœchos.
Conuentum tamen, & pactum, & sponsalia nostra
Tempestate paras, iámque à tonsore magistro
Pecteris, & digito pignus fortasse dedisti.

Quiduis ageres potius quam duceres vxorem, qua commodius posses carere.

Certè sanus eras, vxorem Posthume ducis?
Dic qua Tisiphone? quibus exagitare colubris?
Ferre potes dominam, soluis tot restibus vllam?
Cùm pateant altæ, caligantésque fenestræ?
Cùm tibi vicinum se præbeat Æmilius pons?
Aut si de multis nullus placet exitus, illud
Nónne putas melius, quòd tecum pusio dormit?
Pusio qui noctu non litigat? exigat à te
Nulla iacens illic munuscula, nec queritur, quòd
Et lateri parcas, nec, quantum iussit, anheles.

Lex Iulia, quæ cauet, vt adulteri deprehensi dent pœnas.

Sed placet Vrsidio lex Iulia, tollere dulcem
Cogitat hæredem, cariturus turture magno,
Mulorúmque iubis, & captatore Macello.
Quid fieri non posse putes, si iungitur vlla
Vrsidio? si mœchorum notissimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capistro?

Perit. qui cùm timeret delatores, illis vxorem submittebat.

Quem toties texit perituri cista Latini?
Quid? quòd & antiquis vxor de moribus illi
Quæritur? ô medici mediam pertundite venam,
Delicias hominis, Tarpeium limen adora
Pronus, & auratam Iunoni cæde iuuencam,
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.

Thesmophoria agebantur per νηφαλίους, sobrias & castas fœminas.

Paucæ adeò Cereris vittas contingere dignæ,
Quarum non timeat pater oscula. nectè coronam
Postibus, & densos per limina tende corymbos,
Vnus Iberinæ vir sufficit, ocyus illud

Extorquebis,

Extorquebis, vt hæc oculo contenta sit vno.
Magna tamen famâ est cuiusdam rure paterno
Viuentis. viuat Gabijs, vt vixit in agro,
Viuat Fidenis, & agello cedo paterno:
Quis tamen affirmat, nil actum in montibus? aut in
Speluncis? adeò senuerunt Iuppiter & Mars. Iupiter & Mars adulteri insignes, vt scribunt poëtæ.
Porticibusne tibi monstratur fœmina voto
Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames, quódque inde excerpere possis?
Chironomon Ledam molli saltante Batillo,
Thuscia vesica non imperat: Appula gannit
Sicut in amplexu: subitum & miserabile, longum
Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discit.
Est aliæ quoties aulæa recondita cessant,
Et vacuo, clausóque sonant fera sola theatro;
Atque à plebeis longè Megalesia, tristes Megalesia, ludi Circenses in honorem magnæ matris dicata.
Personam, thyrsúmque tenent, & subligar Acci,
Vrbicus exodio risum mouet, Attellanæ
Gestibus Antonoës, hunc diligit Ælia pauper.
Soluitur his magno comœdi fibula, sunt quæ
Chrysogonum cantare velent, Hispulla tragœdo
Gaudet: an expectas, vt Quintilianus ametur? Quintilianus, quibus doctus & probus vir, vt alibi profitetur.
Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiúsq; choraules.
Longa per Angustos figamus pulpita vicos:
Ornentur postes, & grandi ianua lauro,
Vt testudineo tibi, Lentule conopæo,
Nobilis Euryalum mirmillonem exprimat infans. Senat. Veientonis vxor, relicto marito secuta est gladiatorem in Ægyptum.
Nupta Senatori comitata est Hippia Ludum
Ad Pharon, & Nilum, famosáque mœnia Lagi.
Prodigia, & mores vrbis, damnante Canopo.
Immemor illa domus, & coniugis, atque sororis,
Nil patriæ indulsit, plorantésque improba natos,

Vtq; magis ſtupeas, ludos, Paridémque reliquit.
Sed quanquàm in magnis opibus, plumaq; paterna,
Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis,
Mulierum in cœpto facinore conſtantia. *Contempſit pelagus. famam contempſerat olim,*
Cuius apud molleis minima eſt iactura cathedras.
Tyrrhenos igitur fluctus, latéque ſonantem
Pertulit Ionium conſtanti pectore, quamuis
Mutandum toties eſſet mare. iuſta pericli
Si ratio eſt, & honeſta timent, pauidóque gelantur
Pectore, nec tremulis poſſunt inſiſtere plantis:
Fortem animũ præſtat rebus, quas turpiter audent.
Si iubeat coniux, durum eſt conſcendere nauim:
Tunc ſentina grauis, tunc ſummus vertitur aër.
Qua mœchũ ſequitur, ſtomacho valet, illa marituũ
Conuomit, hæc inter nautas & prandet, & errat
Per puppim, & duros gaudet tractare rudentes.
Ludia, vt ſuprà Ludium dixerat ſcenicum aut gladiatorem, Sergium nimirum, quem erat ſecuta. *Qua tamen exarſit forma? qua capta iuuenta eſt*
Hippia? quid vidit propter quod Ludia dici
Suſtinuit? nam Sergiolus iam radere guttur
Cœperat, & ſecto requiem ſperare lacerto.
Præterea multa in faciem deformia, ſicut
Attritus galea, medíſque in naribus ingens
Gibbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli:
Hyacinth. ſuauis & delicatus, vt Hyacinthus Apollinis amaſius. *Sed gladiator erat, facit hoc illos Hiacynthos,*
Hoc pueris, patriæq; hoc prætulit illa ſorori,
Atq; viro. ferrũ eſt, quod amant. hic Sergius idem
Acceptarude cœpiſſet Veiento videri.
Quid priuata domus, quid fecerit Hippia, curas?
Meſſalinæ, Claudij vxoris impudicitia. *Reſpice rivales diuorum, Claudius, audi,*
Quæ tulerit. dormire virum cùm ſenſerat vxor,
Auſa palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos,
Linquebat: comite ancilla non amplius vna:

Et

Et nigrum flauo crinem abſcondente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atque ſuam. tunc nuda papillis
Conſtitit auratis, titulum mentita Lyciſcæ, Britannicus, qui etiam Germanicus eſt dictus, à Nerone veneno ſublatus.
Oſtenditq; tuum generoſe Britannice ventrem.
Excepit blandas intrantes, atque ærapoposcit,
Mox lenone ſuas iam dimittente puellas,
Triſtis abit, ſed quod potuit, tamen vltima cellam
Clauſit, adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ:
Et laſſata viris, nondum ſatiata, receſſit:
Obſcuriſque genis turpis, fumóque lucernæ
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.
Hippomanes, carmén q; loquar, coctúmq; venenum,
Priuignóque datum? faciunt grauiora coactæ
Imperio ſexus, minimúmque libidine peccant.
Optima ſed quare Cecennia, teſte marito? Mariti laudant vxores non ob probitatem, ſed propter dotem.
Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam:
Nec Veneris pharetris macer eſt, aut lãpade fernet.
Inde faces ardent, veniunt à dote ſagittæ.
Libertas emitur. coràm licet immut, atque
Reſcribat, vidua eſt locuples, quæ nupſit auaro.
Cur deſiderio Bibulæ Sertorius ardet? Nonnullas magis ob venuſtatem quam pudicitiam amari.
Si verum excutias, facies, non vxor amatur.
Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcurì dentes, oculíque minores,
Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis, & ſæpe emungeris, exi
Ocyus, & propera, ſicco venit altera naſo:
Interea calet, & regnat, poſcítque maritum
Paſtores, & ouem Canuſinam, vlmóſq; Falernas. Vxorum importunitas & ingluies.
Quantulum in hoc? pueros omneis, ergaſtula tota,
Quódque domi non eſt, & habet vicinus, ematur.
Menſe quidem bruma, cùm tam mercator Iaſon

Clauſus, & armatis obſtat caſa candida nautis,
Grandia tolluntur cryſtallina, maxima rurſus
Murrhina, deinde adamas notiſſimus, & Berenices
In digito factus pretioſior: hunc dedit olim
Agryppa Iudæorum rex poſt mortem Herodis, cui nupſerat Berenice ſoror, ſuſpectus fuit de inceſtu cum illa admiſſo.
Barbarus inceſtæ: dedit hunc Agrippa ſorori,
Obſeruant vbi feſta mero pede ſabbata reges,
Et vetus indulget ſenibus clementia porcis.
Nullâne de tantis gregibus tibi digna videtur?
Sit formoſa, decens, diues, fœcunda, vetuſtos
Portcibus diſponat auus, intactior omni
Crinibus effuſis bellum dirimente Sabina,
Rara auis in terris, nigróque ſimillima cygno.
Fel cium ſuperbia.
Quis ferit vxorem, cui conſtat omnia? malo,
Malo Venuſinam, quam te Cornelia mater
Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus affers
Grande ſupercilium, & numerãs in dote triumphos.
Tolle tuum, precor, Annibalem, victúmq; Syphacẽ
In caſtris, & cum tota Carthagine migra.
Parce, precor, Pœan, & tu depone ſagittas,
Nil pueri faciunt, ipſum configite matrem,
Amphion clamat, ſed Pœan contrahit arcum.
Extulit ergo gregem gnatorum ipſiſſimq; parentem
Dum ſibi nobilior Latona gente videtur,
Niobe Amphionis Thebani vxor ob ſuorum elata, ſe Latonæ prætulit: quare poſtea pœnas dedit cæſis liberis & marito.
Atque eadem ſaxopha Niobe fœcundior alba.
Quæ tanti granitas? quæ forma, vt ſe tibi ſemper
Imputet? huius enim rari, ſummíq; voluptas
Nulla boni, quotiens animo corrupta ſuperbo
Plus aloës, quam mellis habet. quis deditus autem
Vſque adeo eſt, vt non illam, quam laudibus effert,
Horreat? inque dies ſeptenis oderit horis?
Quadam parua quidem, ſed non toleranda maritis.
Nam quid tranſcidius, quam quod ſe non putat vlla
Formoſam, niſi quæ da Tuſca Græcula facta eſt?

De

Dè Sulmonenſi mera Cecropis? omnia Græcè
Cùm ſit turpe magis noſtris neſcire, Latinè.
Hoc ſermone pauent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi ſecreta. quid vltrà?
Concumbunt Græcè. dones tamen iſta puellis,
Túne etiam, quam ſextus & octogeſimus annus
Pulſat, adhuc Græcè? non eſt hic ſermo pudicus
In vetula, quotiens laſciuum intercenit illud,
Σαὴ καὶ λυγέ, modò ſubloquere relictis.
Vteris in turba. quod enim non excitat inguen?
Vox blanda, & nequã digitos habet: vt tamẽ omnes
Subſidant pennæ. dicas hæc mollius Oemo,
Quanquã & Carpophoro, facies tua cõputat annos.
Si tibi legitimis pactam, iunctáq, tabellis
Non es amaturus, ducendi nulla videtur
Cauſa, nec eſt quare cœnam, & muſtacea perdas
Labente officia, crudis donanda: nec illud,
Quòd prima pro nocte datur, cùm lance beata
Dasicus, & ſcripto radiat Germanicus auro.
Si tibi ſimplicitas vxoria, daditus vni
Eſt animus, ſubmitte caput, ceruice parata
Ferre iugum: nullam inuenies, quæ parcat amanti,
Ardeat ipſa licèt, tormentis gaudet amantis,
Et ſpolijs. igitur longè minus vtilis illi
Vxor, quiſquis erit bonus, optandúſque maritus,
Nil vnquam inuita donabis coniuge, vendes
Hæc obſtante nihil: nihil, hæc ſi nolit, emetur.
Hæc dabit affectus, ille excludetur amicus
Iam ſenior, cuius barbam tua iamdudum vidit.
Teſtandi cùm ſit lenonibus, atque lanistis
Libertas, & inris idem contingat arenæ,
Non vnus tibi rivalis dictabitur hæres.
Pone crucem ſeruo. meruit quo crimine ſeruus

In affectatam mulierum Græcitatem, qua blãditias ſuas exprimebant.

Nequam, laſciua & nullius frugi, quòd nihil quæ.

Muſtacea genus panis, in nuptijs conuiuis dabant, ſub finem officij.

Quo probior quiſque eſt, hoc magis vxor eius ingenio volet abuti, & vbique præeſſe ac imperare marito.

Supplicium? quis teſtis adeſt? quis detulit? audi,
Nullo vnquã de morte hominis cunctatio longa eſt.
O demens, ita ſeruus homo eſt? nil fecerit, eſto,
Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.
Imperat ergo viro. ſed mox hæc regna relinquit,
Subinde alijs nubit, & mox ad priſtinum maritum reuertitur. *Permutatque domos, & flammea conterit: inde*
Aduolat, & ſpreti repetit veſtigia lecti.
Ornatas paulò ante fores, pendentia linquit
Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.
Sic creſcit numerus, ſic fiunt octo mariti,
Quinq; per autumnos, titulo res digna ſepulchri.
Socrus & vxoris artes in miſerum maritum. *Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru:*
Illa docet ſpoliis nudi gaudere mariti,
Illa docet miſſis à corruptore tabellis,
Nil rude, nil ſimplex reſcribere. decipit illa
Cuſtodes, aut are domat. tunc corpore ſano
Aduocat Archigenen, oneroſáque pallia iactat:
Abditus interea latet, & ſecretus adulter,
Impatiénſque moræ pauet, & præputia ducit.
Scilicet expectas, vt tradat mater honeſtos,
Aut alios mores, quàm quos habet? vtile porrò
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.
Nulla ferè cauſa eſt, in qua non fœmina litem
Manilia ſcortum, quæ Hoſtilium Mancinum lapide percuſſit, & per tribunos plebis abſoluta eſt. Cell. Cornelius Celſus orator & medicus, cuius extat liber de medicina. *Mouerit: accuſat Manilia, ſi rea non eſt.*
Componunt ipſæ per ſe, formantq; libellos,
Principium, atq; locos Celſo dictare parata.
Andromidas Tyrias, & fœmineum ceroma
Quis neſcit? aut quis non vidit vulnera Pali,
Quem canat aſſiduis ſubibus, ſcutóque laceſſit?
Atq; omnes implet numeros, dignißima prorſus
Florali matrona tuba: niſi ſi quid in illo
Pectore plus agitat, veraq; paratur arena.
Quem præſtare poteſt mulier galeata pudorem,

Qua

Quæ fugit à sexu? vires amat, hæc tamen ipsa
Vir nollet fieri: nam quantula nostra voluptas?
Quale decus rerum, si coniugis auctio fiat,
Balteus, & manicæ, & cristæ, crurísque sinistri
Dimidium tegmen? vel si diuersa mouebit
Prælia, tu felix ocreas vendente puella,
Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias, & panniculus bombycinus vrit.
Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curuetur pondere, quanta
Poplitibus sedeat, quàm denso fascia libro,
Et ride scaphium positis cùm sumitur armis:
Dicite vos neptes Lepidi, cæcíue Metelli,
Gurgitis, aut Fabij, quæ Lúdia sumpserit vnquàm
Hos habitus? quando ad palum gemat vxor Asyli?
Semper habet lites, alternáq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimùm dormitur in illo.
Tunc grauis illa viro, tunc orba tigride peior,
Cùm simulat gemitus occulti conscia facti,
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat,
Vberibus semper lacrymis, sempérque paratis
In statione sua, atque expectantibus illam,
Quo iubeat manare modo. tu credis amorem,
Tu tibi tunc * *eruca places, fletúmque labellis*
Exorbes. quæ scripta, & quas lecture tabellas,
Si tibi zelotypæ retegantur scrinia mœchæ.
Sed iacet in serui complexibus, aut equitis. dic,
Dic aliquem sodes. dic Quintiliane colorem.
Hæremus. dic ipsa. olim conuenerat, inquit,
Vt faceres tu quod velles, nec non ego possem
Indulgere mihi: clames licet, & mare cœlo
Confundas, homo sum. nihil est audacius illis
Deprensis: iram, atque animos à crimine sumunt.

Turpe est mulierem tractare arma, omissis domesticis officijs.

σκάφιον, matella in qua mingunt fœminæ, autor Iulius Pollux. Mulierum malitia.

* Curruca legunt alij, vt sit is qui alienos liberos pro suis educat.

Vnde

Vnde morum corruptela, inquit, nisi ex diuturno otio, & secunda fortuna?

Vnde hæc monstra tamen, vel quo de fonte requiris?
Præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat
Tecta labor, somnique breues, & vellere Thusco
Vexatæ, duræq; manus, ac proximus vrbi
Annibal, & stantes Collina in turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala: sæuior armis
Luxuria incubuit, victúmq; vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinúsq; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit, hinc fluxit ad Histros
Et Sybaris colles: hinc & Rhodos, atque Miletos,
Atq; coronatum & petulans, madidúmq; Tarentũ.
Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Diuitiæ molles. quid enim Venus ebria curat?
Inguinis, & capitis quæ sint discrimina nescit.
Grandia quæ medijs iam noctibus ostrea mordet,
Cùm perfusa mero spumant vnguento Falerno,
Cùm bibitur concha, cùm iam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.
I nunc, & dubita qua sorbeat ære sanna
Tullia, quid dicat nota Collacia Maura,
Maura pudicitiæ veterem cùm præterit aram.
Noctibus hîc ponunt lectticas, mictúriunt hîc,
Effigiémq; Deæ longis siphonibus implent,
Inq; vices equitant, ac luna teste mouentur.
Inde domos abeunt: tu calcas luce reuersa
Coniugis vrinam magnos visurus amicos.
Nota bonæ secretæ dea, cùm tibia lumbos
Incitat, & cornu pariter, vinóque feruntur
Attonitæ, crinémq; rotant vlulante Priapo
Mænades: ô quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus! quæ vox saltante libidine, quantus

Hîstri & Sybaritæ populi voluptatibus addictissimi: vnde ab his histriones, ab illis Sybariticæ delitiæ appellatæ.

Tectum ebrijs ambulare videtur & lucernæ præ vertigine duplices apparere.

σίφωνες. fistulæ per quas aqua fluit, à sono, quem videntur exprimere.

μαινάδες, bacchæ, à furore sic dictæ: ostendit autem

Ille

Ille meri veteris per crura madentia torrens!
Lenonum ancillas posita Laufella corona
Prouocat, & tollit pendentis præmia coxæ.
Ipsa Medullinæ frictum crissantis adorat.
Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.
Nil ibi per ludum simulabitur, omnia fient
Ad verum, quibus incendi iam frigidus æuo
Laomedontiades, & Nestoris hernia possit.
Tunc prurigo moræ impatiẽs, tum fœmina simplex,
Et pariter toto reparatur clamor ab antro.
Iam fas est, admitte viros, dormitat adulter?
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo.
Si nihil est, seruis incurritur. abstuleris spem
Seruorum, veniet conductus aquarius. hic si
Quæritur, & desunt homines, mora nulla per ipsam
Quo minus imposito clunem summittat asello.
Atq; vtinam ritus veteres, & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra. sed omnes
Nouerunt Mauri, atq; Indi, quæ psaltria penem
Maiorem, quàm sint duo Cæsaris Anticatones,
Illuc, testiculi sibi conscius vnde fugit mus,
Intulerit, vbi velari pictura iubetur,
Quæcunque alterius sexus imitata figuram est.
Et quis tunc hominũ contemptor numinis? aut quis
Simpuuium ridere Numæ, nigrúmque catinum,
Et Vaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat? sed nunc ad quas non Clodius aras?
Audio quid veteres olim moneatis amici:
Pone seram, cohibe. sed quis custodiet ipsos
Custodes? cauta est, & ab illis incipit vxor.
Iámq; eadem summis pariter, miminísque libido:
Nec melior: pedibus silicem quæ conterit atrum,
Quàm quæ longorum vehitur ceruice Syrorum.

sacra Bonæ deæ æquè sacrilega, & flagitiosa, ac Bacchanalia ipsa.

Hernia morbus, qui Græcis κήλη & ἐντεροκήλη dicitur, autore Cornelio Celso.

Anticatones, libri duo Cæsaris in Catonem Vticensem, in cuius laudes scripserat Cicero libellum.

Clodius sumpta muliebri veste, Pompeiam Cæsaris vxorem, in sacris Bonæ deæ violauit.

Quædam ita ambitiosæ sunt, vt cum sint pauperes, tamen splendidè videri velint, neque habent rationem tenuitatis suæ, sed ita sumptum faciunt, perinde ac si nasceretur illis pecunia.

Vt spectet ludos, conducit Ogulnia vestem,
Conducit comites, sellam, ceruical, amicas,
Nutricem, & flauam, cui det mandata, puellam:
Hæc tamen argenti superest quodcunque paterni,
Leuibus athletis, ac vasa nouissima donat.
Multis res angusta domi est, sed nulla pudorem
Paupertatis habet: nec se metitur ad illum,
Quem dedit hæc, posuitq; modũ: tamẽ vtile quid sit
Prospiciunt aliquando viri, frigúsq;, famemq́;:
Formica tandem quidam expauere magistra.
Prodiga non sentit pereuntem fœmina sensum:
At velut exhausta rediuiuus pullulet arca
Nummus, & è pleno semper tollatur aceruo,
Nonnunquam reputant, quanti sibi gaudia constent.

Ἀνῆχοι, qui & spadones dicti ab eo quòd cubiculis præsint.

Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbæ,
Et quòd abortiuo non est opus. illa voluptas
Summa tamẽ, quòd iam calida, & matura iuuenta
Inguina traduntur medicis, iam pectine nigro.
Ergo expectatos, ac iussos crescere primùm
Testiculos, postquàm cœperunt esse bilibres,
Tonsoris damno tantùm rapit Heliodorus.

Tonsoris damno fiebant spadones, quia barbam non producunt.

Conspicuus longè, cunctísq; notabilis intrat
Balnea: nec dubiè custodem vitis, & horti
Prouocat à domina factus spado. dormiat ille
Cum domina: sed tu iam durum, Posthume, iámq́;
Tondendum eunucho Bromium committere noli.

Immodica earum voluptas ex musica.

Si gaudet cantu, nullius fibula durat
Vocem vendentis prætoribus. organa semper
In manibus, densi radiant testudine tota
Sardonices, crispo numerantur pectine chordæ:
Quo tener Hedymeles operã dedit, hũc tenet, hoc se
Solatur, gratóque indulget basia plectro:

Quædam

Quædam de numero Lamiarum, ac nominis alti
Cum farre, & vino Ianum, Vestámque rogabat,
An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & fidibus promittere. quid faceret plus
Ægrotante viro? medicis quid tristibus erga
Filiolum? stetit ante aram, nec turpe putauit
Pro cithara velare caput, dictáque verba
Protulit (vt mos est) & aperta pallait agna.
Dic mihi nunc quæso, die antiquissime diuûm.
Respondes his Iane pater? magna otia cœli.
Non est (vt video) non est, quid agatur apud vos.
Hæc de comœdis te consulit, illa tragœdum
Commendare volet, varicosus fiet aruspex.
Sed cantet potius, quàm totam peruolet vrbem
Audax, & cœtus possit quàm ferre virorum.
Cùmque paludatis ducibus, præsente marito
Ipsa loqui recta facie, strictísque mamillis.
Hæc eadem nouit: quid toto fiat in orbe,
Quid Seres, quid Thraces agant, secreta nouerca,
Et pueri, quis amet, quis decipiatur adulter.
Dicit quis viduam prægnantem fecerit, & quo
Mense, quibus verbis concûbat quæq;, modis quot.
Instantem regi Armenio, Parthóque cometen
Prima videt: famam rumoréque illa recentes
Excipit ad portas, quosdam facit isse Niphatem
In populos, magnóque illic cuncta arua teneri
Diluuio, nutare vrbes, subsidere terras,
Quocunque in trinio, cuicunque est obuia narrat.
Nec tamen id vitiû magis intolerabile, quam quòd
Vicinos humiles rapere, & concidere loris
Exorata solet. nam si latratibus alti
Rumpuntur somni, fustes huc ocyus, inquit,
Afferte, atque illis dominum iubet ante feriri,

Quædam ex nobili familia Ianũ rogabat, an Pollio citharœdus futurus esset victor in certamine Capitolino.

Varic. nimiam diu stando venæ intumescunt & in varices conuertuntur.

Mulierum curiositas & loquacitas.

Niphates Armeniæ fluuius, & mons eiusdem nominis.

Etiam exorata sæuit in supplices ob rem leuiculam.

Deinde

Strepitus, & apparatus dum lauant in balneis.

Deinde canem, grauis occurſu, teterrima vultu
Balnea nocte ſubit: conchas, & caſtra moueri
Nocte iubet, magno gaudet ſudare tumultu.
Cùm laſſata graui ceciderunt brachia maſſa,
Callidus, & criſtæ digitos impreſſit alipter,
Ac ſummum domina femur exclamare coëgit.
(Conuiuæ miſeri interea ſomnóque, famémque
Vrgentur) tandem illa venit rubicundula, totum
Oenophorum ſitiens, plena quod tenditur vrna
Admotum pedibus, de quo ſectarius alter
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim,
Dum redit, & terram luto ferit inteſtino,
Marmoribus riui properant: aut lata falerno
Peluis olet. nam ſic tanquàm alta in dolia longus
Deciderit ſerpens, bibit, & vomit. ergò maritus
Nauſeat, atque oculis bilem ſubſtringit opertis.
Illa tamen grauior, quæ cùm diſcumbere cœpit,
Laudat Virgilium, perituræ ignoſcit Eliſæ,
Commíttit vates, & comparat inde Maronem,
Atque alia parte in trutina ſuſpendit Homerum.
Cedunt grammatici, vincuntur rhetores, omnis
Turba tacet, nec cauſidicus, nec præco loquatur,
Altera nec mulier, verborum tanta cadit vis,
Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas
Pulſari. iam nemo tubas, atque æra fatiget:
Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ.
Imponit finem ſapiens & rebus honeſtis.
Nam quæ docta nimis cupit, & facunda videri,
Crure tenus medio tunicas ſuccingere debet,
Cædere Syluano porcum, quadrante lauari.

Pedibus. i. ſeruis quibus apponebatur peſſimum vinum, quo vomitum prouocabant, vt eſſet maior edendi appetitus.

Inter pocula de poëtis diſputat, vt Virgilium laudet, quia ita ſcitè cauſas necis Didonis deſcripſerit vt illi poſſit ignoſci, ſi ſibi mortem conſciuit.

Vxor non nimium ſit erudita.

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum ſermone rotato
Torqueat enthymema, nec hiſtorias ſciat omneis:

Sed

Sed quædam ex libris, & non intelligat. odi
Hanc ego, quæ repetit, volúitque Palæmonis artem, Palæmon grammaticus arrogantissimus, qui se Poetarum arbitrũ ex Vergilij versu dicebat, Audiat hæc tantum, vel qui venit, ecce Palæmon.
Seruata semper lege, & ratione loquendi,
Ignotósque mihi tenet antiquaria versus,
Nec curanda viris opica castigat amicæ
Verba: solœcismus liceat fecisse marito.
Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Cùm virides gemmas collo circundedit, & cùm
Auribus extensis magnos commisit elenchos. Elenchos, vniones fastigiata longitudine, vt ait Plin.
Intolerabilius nihil est, quàm fœmina dines.
Intereà fœda aspectu, ridendáque multo
Pane tumet facies, aut pingnia Poppæana
Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti.
Ad mœchum veniet lota cute. quando videri
Vult formosa domi, mœchis foliata parantur. Folita vnguentã ex spicis nardi, ac folijs pretiosissima.
His emitur quicquid graciles huc mittitis Indi:
Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit,
Incipit agnosci: atque ideo illo lacte fouetur,
Propter quod secum comites educit asellas,
Exul hyperboreum si dimittatur ad axem.
Sed quæ mutatis inducitur, atque fouetur
Tot medicaminibus, coctáq, siliginis offas Offas, frusta paniꝭ macerati cum lacte asinino, ad tollendas rugas.
Accipit, & madida, facies dicetur, an bulcus?
Est operæ pretium penitus cognoscere toto
Quid faciant, agiténtque die. si nocte maritus
Auersus iacuit, perijt libraria, ponunt
Cosmetæ tunicas, tardè venisse Liburnus
Dicitur: & pœnas alieni pendere somni
Cogitur: hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,
Hic scutica, sunt quæ tortoribus annua præstent. Annua stipendiũ aut victum vnius anni, qua voce Suetonius in Tiberio vsus est.
Verberat, atque obiter faciem linit, audit amicas,
Aut latum pictæ vestis considerat aurum,
Et cadens longi relegit transacta diurni:

Et

Et cadit, donec lassis cadentibus, exi
Intonat horrendum, iam cognitione peracta.
Præfectura domus Sicula non mitior aula.
Nam si constituit, solitóque decentius optat
Ornari, & properat, iamq́, expectatur in hortis,
Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ,
Componit crinem laceratis ipsa capillis,
Nuda humeros Psecas infelix, nudísque mamillis.
Altior hic quare cincinnus? Taurea punit
Continuò flexi crimen, facinúsque capilli.
Quid Psecas admisit? quænam est hîc culpa puellæ,
Si tibi displicuit nasus tuus? altera lævum
Extendit, pectítque comas, & voluit in orbem.
Est in consilio matrona, admotáque lanis
Emerita, quæ cessat acu: sententia prima.
Huius erit: post hanc ætate, atque arte minores
Censebunt, tanquam famæ discrimen agatur,
Aut animi: tanti est quærendi cura decoris.
Tot premit ordinibus, tot adhuc campagibus altum
Ædificat caput, Andromachen à fronte videbis,
Pòst minor est, aliam credas. cedò, si breue parui
Sortita est lateris spatium, breuiórque videtur
Virgine Pygmæa nullis adiuta cothurnis,
Et leuis erecta consurgit ad oscula planta:
Nulla viri cura intereà, nec mentio fiet
Damnorum: viuit tanquam vicina marito,
Hoc solo propior, quòd amicos coniugis odit,
Et seruos, grauis est rationibus. ecce furentis
Bellonæ, matrísque deûm chorus intrat, & ingens
Semiuir obscœno facies reuerenda minori,
Mollia qui rupta secuit genitalia testa,
Iampridem cui rauca cohors, cui tympana cedunt
Plebeia, & Phrygia vestitur bucca Tyara.

Sicula aula quæ tyrannos semper aluit.

ψακὰς stella, & ancillæ nomen apud Ouidium, è Dianæ ministris vna.

Andromache quæ procera à poetis fingitur.

Mariti ne meminit quidem, nisi eius amicos odio prosequatur. Ingens semiuir, antistes, quem alij reuerentur sacerdotes: notat autem mulierum superstitionem.

Grade

Grande sonat, metuíq; Septẽbris, & Austri
Aduentum, nisi sé centum lustrauerit ouis,
Et xerampelinas veteres donauerit ipsi,
Vt quicquid subiti, & magni discriminis instat,
In tunicas eat, & totum semel expiet annum.
Hybernum fracta glacie descendet in amnem,
Ter matutino Tyberi mergetur, & ipsis
Vorticibus timidum caput abluet: inde superbi
Totum regis agrum, nuda, ac tremebunda cruentis
Erepit genibus. si candida iusserit Io,
Ibit ad Ægypti finem, calidásque petitas
A Meroë portabit aquas, vt spargat in æde
Isidis, antiquo quæ proxima surgit ouili.
Credit enim ipsius dominæ se voce moneri.
En animam, & mentem, cum qua dij nocte loquun-
Ergo hic præcipuum, summumq; meretur honorem,
Qui grege lanigero circundatus, & grege caluo
Plangentis populi currit derisor Anubis.
Ille petit veniam, quoties non abstinet vxor
Concubitu, sacris, obseruandísque diebus:
Magnáque debetur violato pœna caduceo,
Et mouisse caput visa est argentea serpens.
Illius lacrymæ, meditatáq; murmura præstant,
Vt veniam culpæ non abnuat, ansere magno
Scilicet, & tenui popano corruptiis Osiris.
Cùm dedit ille locum, cophino, fœnóque relicto,
Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem
Interpres legum Solymarum: & magna sacerdos
Arboris, ac summi fida internuntia cœli,
Implet & illa manum, sed parcius ære minuto,
Qualiacunque voles Iudæi somnia vendunt.
Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ.

ξηραμπελεναὶ vestes atri coloris: alij ξυλαμπελινὰς legunt, lini enim genus, ξύλον.

Templum Isidis in campo Martio.

Anubis, sacerdos Isidis: fuit autem Osiridis filius, ab Ægyptijs pro Deo cultus.

πόπανον, ait Suidas, placenta tenuis & rotunda.

Iudæorum imposturæ.

Habetur quidem, inquit, fides Armenijs vatibus, sed maior Chaldæis.

Tractato. Armenius, vel Commagenus aruspex
Pectora pullorum rimatur, & exta catelli,
Interdum & pueri, faciet quod deferat ipse.
Chaldæis sed maior erit fiducia. quicquid
Dixerit Astrologus, credent à *fronte relatum
Hammonis, quoniam Delphis oracula cessant,
Et genus humanum damnat caligo futuri.

*alias, fonte.

Maior item sceleratissimo cuiq; cuiusmodi fuit Seleucus astrologus, cuius consilio Galba imperator ab Othone iugulatus est.

Præcipuus tamen est horum, quæ sæpius exul,
Cuius amicitia, conducendáque tabella
Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.
Inde fides arti, sonuit si dextera ferro,
Lauáque: si longo castrorum in carcere mansit.
Nemo mathematicus genium indemnatus habebit,
Sed qui penè perit, cui vix in Cycladamitti
Contigit, & parua tandem caruisse Seripho.

Nonnullæ in parentum mortem inquirunt, non solùm maritorum cum morbo laborant ancipiti.

Consulit ictericæ lento de funere matris,
Antè tamen de te Tanaquil tua, quando sororem
Efferat, & patruos, an sit victurus adulter
Post ipsam: quid enim maius dare numina possunt?
Hæc tamen ignorat quid sydus triste minetur
Saturni, quò læta Venus se proferat astro,
Qui mensis damno, quæ dentur tempora lucro.
Illius occursus etiam vitare memento,
In cuius manibus, ceu pinguia succina, tritas

Ephemeridas, quas Latini diaria vocant. Sentit autem eas, quæ omnia ex astrorum præscripto faciũt.

Cernis ephemeridas, quæ nullum consulit, & iam
Consulitur: quæ castra viro, patriámque petenti,
Non ibit pariter, numeris reuocata Thrasylli.
Ad primum lapidem vectari cùm placet, hora
Sumitur ex libro: si pruurit frictus ocelli
Angulus, inspecta genesi collyria poscit.

Petosiris, insignis astrologus Plinio teste lib. 7.

Ægra licet iaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.
Si mediocris erit, spatium lustrabit vtrunq;

Metarum,

Metarum, & ſortes ducet, frontémq; manúmq;
Præbebit vati crebrum poppiſma roganti.
Diuitibus reſponſa dabit Phryx augur, & inde
Conductus dabit aſtrorum, mundíq; peritus:
Atq; aliquis ſenior, qui publica fulgura condit.
Plebeium in circo poſitum eſt, & in aggere fatum.
Quæ nudis longum oſtendit ceruicibus aurum,
Conſulit antè Phalas, delphinorúmque columnas, Phalæ turres editæ & ligneæ ad ſpectandum erectæ.
An ſaga vendenti nubat caupone relicto.
Hæ tamen & partus ſubeunt diſcrimen, & omnes Diuites matronæ fœtus ſuos pharmacis necant plerunque, aut ſterilitatem inducunt.
Nutricis tolerant fortuna vrgente labores:
Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto,
Tantùm artes huius, tantùm medicamina poſſunt,
Quæ ſteriles facit, atq; homines in ventre necandos
Conducit. gaude infelix, atque ipſe bibendum
Porrige quicquid erit: nam ſi diſtendere vellet,
Et vexare vterum pueris ſalientibus, eſſes
Æthiopis fortaſſe pater: mox decolor hæres
Impleret tabulas, nunquam tibi manè videndus.
Tranſeo ſuppoſitos, & gaudia, votaq; ſæpe Supposítos nothos & ſuppoſítios, quos pro ſuis educant patres.
Ad ſpurcos decepta lacus, atque inde petitos
Pontifices Salios, Scaurorum nomina falſo
Corpore laturos. ſtat fortuna improba noctu
Arridens nudis infantibus: hos foueat omneis,
Inuoluítque ſinu, domibus tunc porrigit altis.
Secretumque ſibi mimum parat: hos amat, his ſe
Ingerit, atque ſuos ridens producit alumnos.
Hic magicos affert cantus, hic Theſſala vendit Φίλτρα veneficia, quibus amor conciliatur.
Philtra, quibus valeant mentem vexare marui,
Et ſolea pulſare nates. quod deſipis, inde eſt,
Inde animi caligo, & magna obliuio rerum,
Quæ modò geſſiſti. tamen hoc tolerabile, ſi non Anunculus Neronis, Caligula Im.
Et furere incipias, vt anunculus ille Neronis,

perator, qui ab vxore dato Hippomane, in furorem versus est, quo correptus multos varijs supplicijs affecit.

Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit. quæ non faciet, quod principis vxor?
Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant,
Non aliter, quàm si feciſſet Iuno maritum
Inſanum. minus ergo nocens erit Agrippina
Boletus: ſi quidem vnius præcordia preſſit
Ille ſenis, tremulúmque caput deſcendere iuſſit
In cœlum, & longum manantia labra ſalinum:
Hæc poſcit ferrum, atque ignes, hæc potio torquet,
Hæc lacerat miſtos equitum cum ſanguine patres.
Tanti partus equæ, quanti vna venefica conſtat?

Matrum crudelitas in proprios filios.

Oderunt natos de pellice: nemo repugnet,
Nemo vetet, iam iam priuignum occidere fas eſt:
Vos ego pupilli moneo, quibus amplior eſt res,
Cuſtodite animas, & nulli credite menſæ.
Liuida maternoferuent adipata veneno.
Mordeat antè aliquis, quicquid porrexerit illa,
Quæ peperit, timidus præguſtet pocula papas.
Fingimus hæc, altum Satyra ſumente cothurnum:
Scilicet & finem egreſſi, legémque priorum,
Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu,
Montibus ignotum Rutulis, cœlóque Latino.

Pontia, quæ vt adultero nuberet, duos filios veneno ſuſtulit, cuius meminit Martialis: O mater, qua nec Pontia deterior.

Nos vtinam vani: ſed clamant Pontia, feci,
Confiteor, puerí ſque meis aconita paraui,
Quæ deprenſa patent, facinus tamen ipſa peregi.
Túne duos vna ſæuiſſima vipera cœna?
Túne duos? ſeptem, ſi ſeptem forte fuiſſent.
Credamus Tragicis quicquid de Colchide torua
Dicitur, & Progne, nil contrà conor: & illæ

Minus flagitioſum, ſi iratè quid deſignauerint, quàm deſtinato animo.

Grandia monſtra ſuis audebant temporibus, ſed
Non propter nummos. minor admiratio ſummis
Debetur monſtris, quoties facit ira nocentem
Hunc ſexum & rabie ſecum incendente feruntur

Præcipites

Præcipites, vt saxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clinóque latus pendente recedit.
Illam ego non tulerim, quæ cõputat, & scelus ingens
Sana facit. spectant subeuntem fata mariti.
Alceſtim: & ſimilis ſi permutatio detur,
Morte viri cupiant animum ſeruare catellæ.
Occurrent multæ tibi Belides, atque Eriphylæ:
Manè Clytemneſtram nullus non vicus habebit.
Hoc tantùm refert, quòd Tyndaris illa bipennem
Inſulſam, & fatuam læua, dextráque tenẽbat.
At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ:
Sed tamen & ferro, ſi præguſtaret Atrides
Pontica ter victi cautus medicamina regis.

Hodie, inquit, paſſim maritos necant, ſed ferè veneno, niſi antidotis muniantur.

SATYRA VII.

ET ſpes, & ratio ſtudiorum in Cæſare tantùm:
Solus enim triſteis hac tempeſtate camœnas
Reſpexit, cùm iam celebres, notíque poetæ
Balneolum Gabijs, Romæ conducere furnos
Tentarent: nec fœdum alij, nec turpe putarent
Præcones fieri: cùm deſertis Agamippes
Vallibus, eſuriens migraret in atria Clio.
Nam ſi Pieria quadrans tibi nullus in arca
Oſtendatur, ames nomen, victúmque Machæra,
Et vendas potius, commiſſa quod auctio vendit
Stantibus, œnophorum, tripodes, armaria, ciſtas,
Halcyonen, Bacchi Thebas, & Terea Fauſti.
Hoc ſatius, quàm ſi dicas ſub iudice vidi,
Quod non vidiſti. faciant equites Aſiani.
Quanquã, & Cappadoces faciãt, equitéſq; Bithyni,
Altera quos nudo traducit Gallia talo.
Nemo tamen ſtudijs indignum ferre laborem
Cogetur poſthac, nec lit quicunque canoris
Eloquium vocale modis, Laurúmque momordit.

Ad Teleſinum poetam, quòd nulla ſpes emolumenti ſit ſtudioſis, niſi forte ab vno Traiano Cæſare.

Halcyo. tragœdiam de Halcyone Ceycis vxore.

Aſianorum fidem eleuat & Cicero, in oratione pro L. Flacco.

Hoc agite, ô iuuenes, circumspicit, & stimulat vos,
Materiámque sibi ducis indulgentia quærit.
Si qua aliunde putas rerum expectanda tuarum
Præsidia, atque ideo croceæ membrana tabellæ
Impletur, lignorum aliquid posce ocyus, & quæ
** Componis, dona Veneris, Telesine, marito,*
Aut clude, & positos tinea pertunde libellos,
Frange miser calamos, vigilatáque prælia dele,
Qui facis in parua sublimia carmina cella,
Vt dignus venias hederis, & imagine macra.
Spes nulla vlterior. didicit nam diues auarus
Tantùm admirari, tantùm laudare disertos.
Vt pueri Iunonis auem. sed defluit ætas
Et pelagi patiens, & cassidis, atque ligonis:
Tædia tunc subeunt animos, tunc seque, suámque
Terpsichoren odit facunda, & nuda senectus.
Accipe nunc artes, ne quid tibi conferat iste,
Quem colis. & musarũ, & Apollinis æde relicta.
Ipse facit versus, atque vni cedit Homero
Propter mille annos. at si dulcedine famæ
Succensus recites, Maculonus commodat ædeis,
Ac longè ferrata domus seruire iubetur,
In qua solicitas imitatur ianua portas.
Scit dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis, & magnas comitum disponere voces:
Nemo dabit regum, quanti subsellia constent,
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo,
Quæq; reportandis posita est orchestra cathedris.
Nos tamen hoc agimus, tenuique in puluere sulcos
Ducimus, & littus tenui versamus aratro.
Nam si discedas, laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali, tenet insanabile multos
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit,

Ducis, Traianum intelligit, cuius benignitate ingenia alebantur.

* *Conscribis.* Veneris marito, Vulcano, cõbure potius quæ scripseris, quàm ea sine emolumento ædi patiaris.

Iunonis auem. πάρφρασις pauonis, qui Iunoni sacer est.

Diues fortasse commodabit ædes suas recitaturo, sed prætercà nihil.

Poetę tametsi suo malo magno, non possunt auelli à scribendo, morbo quodam inueterato infecti.

Sed

Sed vatem egregium cui non sit publica vena,
Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui
Communi feriat carnem triuiale moneta,
Hunc, qualem nequeo monstrare, & sentio tantùm,
Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus syluarum, aptúsque bibendis
Fontibus Aonidum. neque enim cantare sub antro
Pierio, thyrsúmue potest contingere sana
Paupertas, atque aris inops, quo nocte, dicque
Corpus egit, satur est, cùm dicis Horatius, ohe.
Quis locus ingenio, nisi cùm se carmine solo
Vexant, & dominis Cyrrhæ, Nisæq; ferumtur
Pectora nostra, duas non admittentia curas?
Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda
Attonita, currus, & equos, faciésque deorum
Aspicere, & qualis Rutulum confundat Erinnys.
Nam si Virgilio puer, & tolerabile desit
Hospitium, caderent omnes à criminibus hydri,
Surda nihil gemeret graue buccina. poscimus, vt sit
Non minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno,
*Cuius & * aluéolos & lenam pignorat Atreus?*
Non habet infelix Numitor, quod mittat amico,
Quintillæ quod donet, habet: nec defuit illi
Vnde emeret multa pascendum carne leonem
Iam domitum: constat leuiori bellua sumptu
Nimirum, & capiunt plus intestina poetæ.
Contentus fama iaceat Lucanus in hortis
*Marmoreis: & Sarrano, tenuíque * Salio*
Gloria quantalibet, quid erit, si gloria tantùm est?
Curritur ad vocem iucundam, & carmen amica
Thebaidos, lætam fecit cùm Statius vrbem,
Promisítque diem, tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantáque libidine vulgi

Consummatus poëta esse non potest, qui paupertate vexatur.

Non possunt quicquam eximij meditari poëtæ, nisi Apollinis & Bacchi furore agitentur, & curis vacent.

Erinnys Alecto quæ Turnum ad bellum suscipiendum compellit. Æneid. li 7.

* albiolos.
Diuites habent vnde alant leones, vnde poetas alant, non habent.

* Salino.
Salei, poëtæ egregij, sed pauperis meminit Tacitus.

Statius alioqui poeta optimus nullum habet, qui det quicquam, præter vnum Paridem histrionem.

Auditur: sed cùm fregit subsellia versu,
Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agauen:
Ille & militiæ multis largitur honorem,
Semestri vatum digitos circunligat auro.
Quod non dãt proceres, dabit histrio. tu Camerinos,
Et Bareas, tu nobilium magna atria curas,
Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.
Haud tamen inuideas vati, quem pulpita pascunt.

Proculeius eques liberalissimus in fratres suos spoliatos bello ciuili.

Quis tibi Mecænas? quis nunc erit aut Proculeius
Aut Fabius? quis Cotta iterũ? quis Lentulus alter?
Tunc par ingenio pretium, tunc vtile multis
Pallere, & vinum toto nescire Decembri.
Vester porrò labor fœcundior historiarum
Scriptores, petit hic plus temporis, atq; olei plus:
Nanq; oblita modi millesima pagina surgit
Omnibus, & crescit multa damnosa papyro:
Sic ingens rerum numerus iubet, atq; operum lex.
Quæ tamen inde seges? terræ quis fructus apertæ?

Acta leg. scribæ actuario.

Quis dabit historico, quantum daret acta legenti?
Sed genus ignauum, quod tecto gaudet, & vmbra.
Dic igitur quid causidicis ciuilia præstent
Officia? & magno comites in fasce libelli?
Ipsi magna sonant, sed tunc cùm creditor audit
Præcipuè, vel si tetigit latus acrior illo,
Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen:
Tunc immensa caui spirant mendacia folles,

Nomen pro debito vsurpauit, vt Horat. Nomina sectat, &c.

Conspuitúrque sinus. veram deprendere messem
Si libet, hinc centum patrimonia causidicorum,
Parte alia solùm Russati pone Lacertæ.

Consed. Hemistichium Ouidij, ex Metamorph. lib. 13.

Consedêre duces, surgis tu pallidus Aiax
Dicturus dubia pro libertate, bubulco
Iudice. rumpe miser tensum iecur, vt tibi lasso
Figantur virides scalarum gloria palmæ.

Quod

Quod vocis pretium? siccus petasunculus, & vas
Pelamidū, aut veteres Aphrorū epimenida bulbi,
Aut vinum Tyberi deuectum: quinq; lagenæ,
Si quater egisti: si contigit aureus vnus,
Inde cadunt partes in fœdere Pragmaticorum.
Æmilio dabitur, quantum petet, & melius nos
Egimus: huius enim stat currus aheneus, alti
Quadrijuges in vestibulis, atq; ipse feroci
Bellatore sedens, curuatum hastile minatur
Eminus, & statua meditatur prælia lusca.
Sic Pedo conturbat, Matho deficit. exitus hic est
Tongilli, magno cum rhinocerote lauari
Qui solet, & vexat lutulenta balnea turba,
Perq; forum iuuenes longo premit assere Medos
Empturus pueros, argentum, murrhina, villas:
Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo.
Et tamen hoc ipsis est vtile. pupura vendit
Causidicum, vendunt amethystina. conuenit illis
Et strepitu, & facie maioris viuere census.
Sed finem impensæ non seruat prodiga Roma.
Vt redeant veteres, Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.
Respicit hoc primùm, qui litigat, an tibi serui
Octo, decem comites, post te an sit sella, togati
Ante pedes. ideo conducta Paulus agebat
Sardonyche, atq; ideo pluris, quàm Gossus agebat,
Quàm Basilus. rara in tenui facundia panno
Quando licet flentem Basilo producere matrem?
Quis bene dicentem Basilum ferat? accipiat te
Gallia, vel potius nutricula causidicorum
Aphrica, si placuit mercedem imponere linguæ.
Declamare doces, ô ferrea pectora, Vecti,
Cùm perimit sæuos classis numerosa tyrannos.

Rhinoc. vase ex rhinocerotis cornu.

Magno strepitu agit omnia, sed hoc expedit, vt pluris fiat.

Nam tanta est seculi nostri stoliditas, vt non virtutem, sed splendorem spectemus.

Rhetorum misera conditio, qui magno labore, sed nullo fructu, docent iuuenes declamare.

Nam

Nam quæcunq; sedens modò legerat, hæc eadẽ stans
Proferet, atque eadem cantabit versibus ijsdem.
Occîdit miseros crambe repetita magistros.
Quis color, & quod sit causæ genus, atq; vbi sũma
Quæstio, quæ veniant diuersa parte sagittæ,
Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo.
Mercedem appellas? quid enim scio? culpa docentis
Scilicet arguitur, quòd leua in parte mamillæ
Nil salit Arcadico iuueni, cuius mihi sexta
Quaque die miserum dirus caput Annibal implet,
Quicquid id est, de quo deliberat, an petat vrbem
A Cannis, an post nimbos, & fulmina cautus
Circumagat madidas à tempestate cohortes.
Quantũ vis stipulare, & protinus accipe, quod do,
Vt toties illum pater audiat. ast alij sex,
Et plures, vno conclamant ore, sophistæ,
Et veras agitant lites, raptore relicto,
Fusa venena silent, malus, ingratiusque maritus,
Et quæ iam veteres sanant mortaria cæcos.
Ergò sibi dabit ipsa rudem, si nostra mouebunt
Consilia, & vitæ diuersum iter ingredietur
Ad pugnam qui rhetorica descendit ab vmbra,
Summula ne pereat, qua vilis tessera vênit
Frumenti: quippe hæc merces lautissima. tenta
Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti
Lautorum pueros artem scindens Theodori.
Balnea sexcentis, & pluris porticus, in qua
Gestetur dominus, quoties pluit. ánne serenum
Expectet, spargátque luto iumenta recenti?
Hîc potius: nanq; hîc munda nitet vngula mulæ.
Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat, & algentem rapiat cœnatio solem.
Quanticunque domus, veniet qui ferula doctè
Componit,

Area. Si iuuenis sit hebeti & asinino ingenio, imputatur præceptori, quòd nihil didicerit.

Bona pars, inquit, omissis frigidis declamatiũculis, se transferant ad veras causas agẽdas, si quidem mihi credent.

Vberior quæstus redit citharædis quam oratoribus, qui planè negliguntur, etiam ab ijs, qui non dubitant ingentem sumptum facere in rebus nihil ad rem facientibus.

Componit, veniet qui pulmentaria condit,
Hos inter sumptus: sestertia Quintiliano,
Vt multùm, dao sufficient. res nulla minoris
Constabit patri, quàm filius. vnde igitur tot
Quintilianus habet saltus? exempla nouorum
Fatorum transi: felix, & pulcher, & acer:
Felix, & sapiens, & nobilis, & generosus
Appositam nigræ lunam subtexit alutæ:
Felix, orator quoque maximus, & iaculator:
Et si perfrixit, cantat bene. distat enim, quæ
Sydera te excipiant modò primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Si fortuna volet, fies de rhetore consul:
Si volet hæc eadem, fies de consule rhetor.
Ventidium quid enim? quid Tullius? ánne aliud quã
Sydus, & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos.
Felix ille tamen, cornu, quo que rarior albo,
Pœnitet multos vnus, sterilisque cathedra,
Sicut Thrasymachi probat exitus, atq; Secundi
Carinatis: & hunc inopem vidistis Athenæ,
Nil præter gelidas ausa conferre cicutas.
Dij maiorum umbris tenuẽ, & sine pondere terrã,
Spirantésque crocos, & in vrna perpetuum ver,
Qui præceptorem sancti voluere parentis
Esse loco. metuens virgæ iam grandis Achilles
Cantabat patrijs in montibus, & cui non tunc
Eliceret risum citharœdi cauda magistri?
Sed Ruffum, atq; alios cadit sua quenq; inuentus:
Ruffum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.
Quis gremio Enceladi, doctiq; Palæmonis affert
Quantũ grãmaticus meruit labor? & tamen ex hoc
Quodcunq; est (minus est autẽ quàm rhetoris æra)

Quintiliani rara felicitas.

Rhet. cons. Hoc contigisse Quintiliano testatur Ausonius Ventidius ex mulomba consul factus est.

Thrasymachus & Secundus rhetores ob pretij exigu tatem, à professione destiterunt.

Ruffus orator, qui Ciceronem Gallicæ cuiusdam eloquentiæ esse dixit.

Discipuli

Discipuli custos præmordet Acœnitus ipse,
Et qui dispensat, frangit sibi. cæde Palemon,
Et patere inde aliquid decrescere, non aliter, quàm
Institor hyberna tegetis, niueíque cadurci,
Dum modò non pereat, media quod noctis ab hora
Sedisti, qua nemo faber, qua nemo sedebat,
Qui docet obliquo lanam deducere ferro:
Dum modò non pereat totidem olfecisse lucernas,
Quot stabant pueri, cùm totus decolor esset
Flaccus, & hæreret nigro fuligo Maroni.
Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni
Non egeat, sed vos sæuas imponite leges,
Vt præceptori verborum regula constet,
Vt legat historias: autores nouerit omneis
Tanquàm vngues, digitósq; suos: vt fortè rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchisæ, nomen, patriámque nouercæ
Archemori: dicat quot Acestes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donauerit vrnas.
Exigite, vt mores teneros ceu pollice ducat,
Vt si quis cera vultum facit: exigite, vt sit
Et pater ipsius cœtus, ne turpia ludant,
Ne faciant vicibus, non est leue tot puerorum
Obseruare manus, oculósque in fine trementes.
Hæc inquit, cures, & cùm se verterit annus,
Accipe victori populus quod postulat aurum.

Garminator.

Ingratitudo in præceptores, quos mercede sua defraudant parentes discipulorum. Indigna à præceptore exiguntur. Anchemoli alij legunt de quo Ver. Anchemolum thalamos ausum incestare nouercæ.

SATYRA VIII.

STemmata quid faciũt? quid prodest Põtice lõgo
Sanguine censeri, pictósque ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus Æmilianos,
Et Curios iam dimidios, nasúmque minorem
Coruini, & Galbam auriculis, naséque carentem?
Quis fructus, generis tabula iactare capaci

Ad Ponticum, de vera nobilitate, quæ non maiorum imaginibus censenda est, sed ab animi virtutibus.

Fumosos

Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros,
Si coram Lepidis malè vivitur? effigies quò
Tot bellatorum, ſi luditur alea pernox
Antè Numantinos? ſi dormire incipis ortu
Luciferi, quò ſigna duces, & caſtra monebant?
Cur Allobrogicis, & magna gaudeat ara
Natus in Herculeo Fabius lare, ſi cupidus, ſi
Vanus, & Euganeâ quantumuis mollior agna?
Si tenerum attritus Catinenſi pumice lumbum
Squalentes producit auos? emptórque veneni
Frangenda miſeram funeſtat imagine gentem?
Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria, Nobilitas ſola eſt, atque vnica, virtus.
Paulus, vel Coſſus, vel Druſus moribus eſto,
Hos antè effigies maiorum pone tuorum:
Præcedant ipſas illi te Conſule virgas,
Prima mihi debes animi bona. ſanctus haberi,
Inſtitiáq; tenax factis, dictíſque mereris?
Agnoſco procerem. ſalue Getulice: ſeu tu
Syllanus, quodcunq; alio de ſanguine rarus
Ciuis, & egregius patriæ contingis ouanti.
Exclamare libet, populus quod clamat Oſiri
Inuento, quis enim generoſum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantùm
Inſignis? nanum cuiuſdam Atlanta vocamus:
Æthiopem, cygnum: paruam, extortámq; puellã,
Europen: canibus pigris, ſcabiéque vetuſta
Leuibus, & ſiccæ lambentibus ara lucernæ,
Nomen erit pardus, tigris, leo, ſi quid adhuc eſt,
Quod fremit in terris violentius. ergò cauebis,
Et metues, ne tu ſis Creticus, ac Camerinus.
His ego quem monui? tecum eſt mihi ſermo, Rubelli
Plance: tumes alto Druſorum ſanguine, tanquam

Fab. Is tantum à Fabij maximi patris moribus degenerauit, vt ei à prætore paternis bonis interdictum ſit, autor Valerius libro tertio cap. 5.

Vera nobilitas vnde proficiſcatur.

Vide ne cum Creticus audis, aut Camerinus, id per iocum dicatur, vt pumilionẽ vocamus Atlantem. Rubellius Plancus, qui depulſo Nerone, propter generis claritatem ſucceſſorem omnium ore petebatur autor Tacitus in Nerone.

Feceris

Feceris ipſe aliquid, propter quod nobilis eſſes,
Vt te conciperet, quæ ſanguine fulget Iuli,
Non quæ ventoſo conducta ſub aëre texit.
Vos humilis, inquis, vulgi pars vltima noſtri,
Quorum nemo queat patrſam monſtrare parentis?
Aſt ego Cecropides viuas, & originis huius
Gaudia longa feras: tamen ima plebe Quiritem
Maior in plebeijs nonnunquam induſtria quàm in Torquatis quibuſdã ſtupidiſſimis.
Facundum inuenies: ſolet hic defendere cauſas
Nobilis indocti: veniet de plebe togata.
Qui iuris Nodos, & legum ænigmata ſoluat.
Hic petit Euphraten iuuenis domitique Batani
Cuſtodes aquilas armis induſtrius: at tu
Nil niſi Cecropides, truncóque ſimillimus Hermæ.
Nullo quippe alio vincis diſcrimine, quàm quòd
Illi marmoreum caput eſt, tua viuit imago.
Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis generoſa putet, niſi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Feruet, & exultat rauco victoria circo.
Vt equus generoſus appellatur, qui cæteros excellit curſu, vndecunque natus ſit: ita qui animi bonis cæteros præſtat.
Nobilis hic, quocunque venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis.
Sed venale pecus Coriſthæ, poſteritas &
Hirpini: ſi rara iugo victoria ſedit,
Nil ibi maiorum reſpectus, gratia nulla
Nepos molitoris nomen, cuius meminit Martialis.
Vmbrarum: dominos pretijs mutare iubentur
Exiguis, tritóque trahunt epicedia collo
Segnipedes, dignique molam verſare Nepotis.
Ergo vt miremur te, non tua, primùm aliquid da,
Quod poſſim titulis incidere præter honores,
Rarò fit vt non inſigniter decipiant, qui opibus nati ſunt.
Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes.
Hæc ſatis ad iuuenem, quem nobis fama ſuperbum
Tradit, & inflatum, plenúmq; Nerone propinquo.
Rarus enim fermè ſenſus communis in illa

Fortuna,

Fortuna, sed te censeri laude tuorum,
Pontice, noluerim, sic vt nihil ipse futuræ
Laudis agas. miserum est aliorũ iacumbere famæ,
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis:
Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos:
Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
Intiger, ambiguæ si quando citabare testis,
Incertæq; rei, Phaleris licet imperet, vt sis
Falsus, & admoto dictet periuria tauro.
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere causas.
Dignus morte, perit: cœnet licet ostrea centum
Gaurana, & Cosmi toto mergatur aheno.
Expectata diu tandem prouincia cùm te
Rectorem accipiet, pone ſræfræna, modúmque
Pone & auaritiæ, miserere inopum sociorum:
Ossa vides regum vacuis exhaustamedullis.
Respice quid moneat leges quid curia mandet,
Præmia quanto bonos maneant, quàm fulmine iusto
Et Capito, & Tutor ruerint damnante senatu,
Piratæ Cilicum. sed quid damnatio confert,
Cùm Pansa eripiat, quicquid tibi Natta reliquit?
Præconem Cherippe tuis circunspice pannis,
Iámque tace, furor est post omnia perdere naulum.
Non ijdem gemitus olim, nec vulnus erat par
Damnorum sociis florentibus, & modo, victis
Plena domus tunc omnis, & ingens stabat acervus
Nummorum, Spartana chlamys, conchylia Coa:
Et cum Parrhasij tabulis, signísque Myronis
Phidiacum vinebat ebur, nec non Polycleti
Multus vbique labor, raræ sine Mentore mensæ:
Inde Dolabella est, atque inde Antonius, inde
Sacrilegus Verres: referebant nauibus altis

Non committas, vt in alicuius gratiam periurus sis etiam si periundum esset.

Capito Cossutianus damnatus fuit repetundarum, quòd Ciliciam prouinciam spoliasset.

Olim prouinciæ florẽtiores erant, quàm nunc à prætoribus sic exhaustæ.

Occulta

Occulta spolia, & plures de pace triumphos.
Nunc socijs iuga pauca boũ, & grex paruus equarũ,
Et pater armenti capto eripietur agello:
Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum,
Si quis in ædicula Deus vnicus. Hæc etenim sunt
Pro summis, nam sunt hæc maxima. despicias tu
Forsitan imbelles Rhodios, vnctámque Corinthum
Despicias meritò. quid enim resinata iuuentus,
Curáque totius facient tibi leuia gentis?
Horrida vitanda est Hispania, Gallicus axis,
Illyricumq́, latus: parce & messoribus illis,
Qui saturant vrbem, circo, scenaq́, vacantem.
Quanta autem inde feres tam diræ præmia culpæ,
Cùm tenues nuper Marius discinxerit Aphros?
Curandum in primis ne magna iniuria fiat (est
Fortibus & miseris: tollas licet omne quod vsquam
Auri atque argenti, scutum, gladiumq́, relinques,
Et iacula, & galeam: spoliatis arma supersunt.
Quod modò proposui non est sententia, verùm
Credite me vobis foliũ recitare Sibyllæ.
Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit acersecomes, si nullum in coniuge crimen,
Nec per conuentus, nec cuncta per oppida curuis
Vnguibus ire parat nummos raptura Celeno,
Tunc licet à Pico numeres genus, altáque si te
Nomina delectant, omnem Titanida pugnam
Inter maiores, ipsumq́, Promethea ponas:
De quocunque voles proauum tibi sumito libro:
Quod si præcipitem rapit ambitus, atque libido,
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lasso lictore secures,
Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas, clarámque facem præferre pudendis.

Nunc non solùm pretiosa, sed vilissima quæque furantur, & miseros prouinciales spoliant: quanquam non ita tantum sit Hispanos compilare atque Græcos imbelles, & voluptatibus deditos.

Marius ita Africam exhausit, vt non sit quod tollatur amplius.

ἀκαροκόμης, intonsus, quales erant Romanis in delicijs pueri.

Pico, rege Aboriginum.

Omne

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.
Quo mihi te solitum falsas signare tabellas
In templis, quæ fecit auus? statuámque parentis
Ante triumphalem? quò? si nocturnus adulter
Tempora Santonico velas adoperta cucullo?
Præter maiorum cineres, atque ossa volucri
Carpento rapitur pinguis Damasippus: & ipse,
Ipse rotam stringit multo sufflamine consul,
Nocte quidem, sed luna videt, sed sydera testes
Intendunt oculos. finitum tempus honoris
Cùm fuerit, clara Damasippus luce flagellum
Sumet, & occursum nusquam trepidabit amici
Iam senis, ac virga prior innuet, atque maniplos
Soluet, & infundet iumentis hordea lassis.
Intereà dum lanatas, toruumque iuuencum
More Numæ cædit Iouis ante altaria, iurat
Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas.
Sed cùm peruigiles placet instaurare popinas,
Obuius assiduo syrophœnix vdus amomo
Currit, Idumææ syrophœnix incola portæ,
Hospitis affectu dominum, regémque salutat:
Et cum venali Cyane succincta lagena.
Defensor culpæ dicet mihi: fecimus & nos
Hæc iuuenes. esto, desisti nempe, nec vltrà
Fouisti errorem. breue sit, quòd turpiter audes.
Quædam cum prima resecentur crimina barba.
Indulge veniam pueris: Damasippus ad illos
Thermarum calices, inscriptáque lintea vadit
Maturus bello Armeniæ, Syriæq́ tuendis
Amnibus: & Rheno, atq́ Istro præstare Neronem
Securum valet hæc ætas. mitte hostia Cæsar,
Mitte, sed in magna legatum quære popina,

Damasipp. Neronem latenter perstringit, qui fuit aurigandi studiosissimus, vt scribit Suetonius.

Hipp. agasonum deam, summe aurigationi deditam vult ostendere.

Non pudet nobiles & iam grãdes in ebriosorum compotationes ingredi.

Sandapila, qua plebeiorum & damnatorum eadauera efferebantur.

Inuenies aliquo cum percussore iacentem,
Permistum nautis, aut furibus, aut fugitiuis,
Inter carnifices, & fabros sandapilarum,
Et resupinati cessantia tympana Galli,
Æqua vbi libertas, communia pocula, lectus
Non alius cuiquam, nec mensa remotior vlli.
Quid facias talem sortitus, Pontice, seruum?
Nempe in Lucanos, aut Thusca ergastula mittas.
At vos Troingenæ vobis ignoscitis, & quæ
Turpia cerdoni, Volesos, Brutésque decebunt.

χλευασμὸς.

Quid, si nunquam adeò fœdis, adeóque pudendis
Vtimur exemplis, vt non peiora supersint?
Consumptis opibus vocem, Damasippe, locasti
Sipparo, clamosum ageres vt phasma Catulli.
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me, dignus vera cruce. nec tamen ipsi
Ignoscas populo: populi frons durior huius,
Qui sedet, & spectat triscurria patriciorum,
Planipedes audit Fabios, ridere potest qui
Mamercorum alapas. quanti sua funera vendant,
Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone,
Nec dubitant celsi prætoris vendere ludis.
Finge tamen gladios inde, atque hinc pulpita pone,
Quid satius? mortem sic quisquam exhorruit, vt sit
Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?
Res haud mira tamen. cithardœdo principe natus
Nob lis, hæc vltra, quid erit nisi ludio? & illud
Dedecus vrbis habes, nec mirmillonis in armis,
Nec clypeo Gracchum pugnantem, aut falce supina:
Damnat enim tales habitus, & damnat, & odit,
Nec galea frontem abscondit: monet ecce tridentē.
Post quàm vibrata pendentia retia dextra
Nequicquam effudit, nudum ad spectacula vultum
Erigit, & tota fugit agnoscendus arena.

Laureolum, fabulam Nœuij de Laureolo in crucem sublato. Scurrile esse in cœna saltare, maximè si magnus es, & a nemine cogeris. Non mirum si mores ciuium sint corrupti, cum princeps sit corruptissimus: vnde non pudet optimates palàm in arenam sese demittere, quod infamium hominum est.

Credamus tunicæ, de faucibus aurea cùm ſe
Porrigat, & longo ſaltetur ſpira galero.
Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere, cùm Gracchoiuſſus pugnare ſequuntor.
Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam
Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni?
Cuius ſupplicio non debuit vná parari
Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus.
Par Agamemnonidæ crimen, ſed cauſſá facit rem
Diſſimilem: quippe ille dys autoribus vltor
Patris erat cæſi media inter pocula: ſed nec
Electræ iugulo ſe pollvit, aut Spartani
Sanguine coniugij, nullis aconita propinquis
Miſcuit, in ſcena nunquam cantauit Oreſtes,
Troicanon ſcripſit. quid enim Virginius armis
Debuit vlciſci magis, aut cum Vindice Galba?
Quid Nero tam ſæua, crudaque tyrannide fecit?
Hac opera, atque hæ ſunt generoſi principis artes,
Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita ſaltu
Proſtitui, Graiaque apium meruiſſe coronæ.
Maiorum effigies habeant inſignia vocis,
Ante pedes domiti longum tu pone Thyeſtæ
Syrma, vel Antigones, ſeu perſonam Menalippes,
Et de marmoreo cytharam ſuſpende Coloſſo.
Quis Catilina tuis natalibus, atque Cethegi
Inueniet quicquam ſublimius? arma tamen vos
Nocturna, & ſtãmas domibus, templiſq; paraſtis,
Vt Bracchatorum pueri, Senonumq; minores,
Auſi quod liceat tunica punire moleſta:
Sed vigilat conſul, vexilláque veſtra coercet:
Hic nouus Arpinas ignobilis, & modò Roma
Municipalis Eques, galeatum ponit vbique
Præſidium attonitis, & in omni gente laborat.

Parricidium Neronis multò quàm id quod patrauit Oreſtes, crudeliùs.

Virginius Rufus Iu. Vindex & Galba exercitus duces deſciuerunt à Nerone.

Non eſſe nobiles, qui ex generoſis nati impie agant.

Cicero quanuis illis videretur obſcuntor, plus profuit reipub & reportauit tantum gloriæ, quantum Cæſar Auguſtus

Tantum igitur muros intra toga contulit illis
Nominis, & tituli, quàtum non Leucade, quantum
Thessalæ campis Octauius abstulit vdo
Cadibus assiduis gladio. sed Roma parentem
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Marius & ipse Arpinâs, humili loco natus fortissime se gessit pro libertate patriæ, iam in summo periculo constitutæ.

Arpinas alius Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro:
Nodosam post hæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra:
Hic tamen & Cimbros, & summa pericula rerum
Excipit, & solus trepidantem protegit vrbem.
Atq; ideo postquã ad Cimbros, stragemq; volabant,
Qui nunquam attigerant maiora cadauera corui,
Nobilis ornatur lauro collega secunda.

Deciorum virtus.

Plebeia Deciorum anima, plebeia fuerunt
Nomina: pro totis legionibus hi tamen, & pro
Omnibus auxiliis, atq; omni plebe Latina
Sufficiunt dijs infernis, terræq; parentes.
Pluris enim Decij, quàm qui seruantur ab illis.

Reg. vlti. Seruius Tullius vir ignobilis, omnium consensu ob virtutem rex declaratus.

Ancilla natus trabeam, & diadema Quirini,
Et fasces meruit regum vltimus ille bonorum,
Prodita laxabant portarum claustra tyrannis
Exulibus iuuenes ipsius Consulis, & quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret:
Quod miraretur cum Cocles Mutius, & qua
Imperij fines Tyberinum virgo natauit.

Crimina seruius, Vindex Cecinensis, qui iuuenum coniurationem detexit, quàm tractæ ueranein domo Aquiliorum, de reducendis regibus.

Occulta ad patres produxit crimina seruus
Matronis lugendis, at illos verbera iustis
Afficiunt pœnis, & legum prima securis.
Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacidæ similis, Vulcaniáque arma capessas,
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.
Et tamen vt longè repetas, longéque reuolutas

Nomen,

Nomen, ab infami gentem deducis asylo:
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum,
Aut pastor fuit: aut illud, quod dicere nolo.

SATYRA IX.

SCire velim quare toties mihi Naevole tristis
Occurras fronte obducta, seu Marsya victus.
Quid tibi cum vultu, qualem deprensus habebat
Raevola, dum Rhodopes vda terit inguina barba?
Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.
Non erat hac facie miserabilior Crepereius
Pollio, qui triplicem vsuram praestare paratus
Circuit, & fatuos non invenit. vnde repente
Tot rugae? certè modico contentus agebas
Vernam equitem, convina ioco mordente facetus,
Et salibus vehemens intra pomeria natis.
Omnia nunc contrà. vultus gravis, horrida ficca
Sylva Comae, nullus tota nitor in cute, qualem
Praestabat calidi circumlita fascia visci,
Sed fruticante pilo neglecta, & squallida crura.
Quid macies aegri veteris, quem tempore longo
Torret quarta dies, olimque domestica febris?
Deprendas animi tormenta latentis in aegro
Corpore, deprendas & gaudia, sumit vtrung;
Inde habitum facies. igitur flexisse videris
Propositum, & vitae contrarius ire priori.
Nuper enim (vt repeto) fanum Isidis, & Ganymedē
Pacis, & aduectae secreta palatia matris,
Et Cererem (nam quo non prostat fœmina templo?)
Notior Ausidio mœchus celebrare solebas,
(Quod taceo) atque ipsos etiam inclinare maritos.
Vtile & hoc multis vitae genus, at mihi nullum
Inde operae pretium: pingueis aliquando lacernas
Munimenta togae duri, crassique coloris,

Ad Naevolum quendam, qui cinædis operam præstabat, sed nullo ferè quæstu, vnde sub eius persona sui temporis fœditatem & auaritiam insectatur.

Visco cum resinâ & cera, facies nitidior reddebatur

Aduectæ mat. Cybeles templum, quod extructum erat in palatio.

Et malè percussas textoris pectine Galli
Accipimus, tenue argentum, venæque secundæ.
Fata regunt homines, fatum est in partibus illis,
Quas sinus abscondit: nam si tibi sydera cessant,
Nil faciet longi mensura incognita nerui:
Quamuis te nudum spumanti Virro labello
Viderit, & blandè assiduæ, densæq; tabella
Sollicitent: ἤθεος γὰρ γλυκὺς ἄνδρα κίναιδον.
Quod tamẽ vlterius monstrũ, quã mollis auarus?
Hæ tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.
Computet, & ceuet, ponatur calculus, adsint
Cum tabula pueri, numera sestertia quinque
Omnibus in rebus, numerentur deinde labores.
An facile, & pronũ est agere intra viscera penem
Legitimum, atque illic hesterna occurrere cœnæ?
Seruus erit minus ille miser, qui foderit agrum,
Quàm dominum, sed tu sanè tener, & puerum te,
Et pulchrum, & dignum cyatho, cœloque putabas.
Vos humili assecla, vos indulgebitis vnquam
Cultori, iam nec morbo donare parati?
En cui tu viridem vmbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit; & strata positus, longáque cathedra
Munera fœmineis tractes secreta Calendis.
Dic passer cui tot montes, tot prædia seruas
Appula, tot miluos intra tua pascua lassos?
Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet,
Suspectúmq; iugum Cumis, & Gaurus inanis:
Nam quis plura linit victuro dolia musto?
Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis? meliúsue hic rusticus infans
(Cum matre, & casulis, & cum lusore catello)
Cymbala pulsantis legatus fiet amici.

Venæ sec. minus purum, ac per hoc vilius, vt secundarium panem dicimus.

Vlterius, peius: quasi vltrà quòd non sit deterius.

Asseclæ, ministro, ab assequendo.

Calend. Martiis quibus mulieribus munera mittebantur.

Suspect. quod imminet ciuitati. Missenum videtur innuere promontorium.

Improbus

Improbus es, cùm poscis ait. sed pensio clamat,
Posce, sed appellat: puer vnicus, vt Polyphemi
Lata acies, per quam solers euasit Vlysses. Odysseæ lib. 9.
Alter emendus erit (namque hic non sufficit) ambo
Pascendi, quid agam bruma spirante? quid, oro?
Quid dicam scapulis seruorum mense Decembri,
Et pedibus? durate, atque expectate cicadas? Cicadas, æstatem: nam æstate potissimùm canunt.
Verùm vt dissimules, vt mittas cætera, quanto
Mettris pretio, quòd ni tibi deditus essem,
Deuotùsque cliens, vxor tua virgo manaret:
Scis certe quibus ista modis, quam sæpe rogaris,
Et qua pollicitus. fugientem sæpe puellam
Amplexu rapui. tabulas quoque ruperat, & iam Tabul. rup. quibus contractum erat matrimonium, & alias cum alio mariro parabat.
Signabat, tota vix hac ego nocte redemi
Te plorante foris. testis mihi lectulus, & tu
Ad quem pernenit lecti sonus, & domina vox.
Instabile, ac dirimi cœptum, & iam penè solutum
Coniugium in multis domibus seruauit adulter.
Quo te circumagas? quæ prima, aut vltima ponas?
Nullum ergo meritum est ingrate, ac perfide, nullũ,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes Acta, libri in quibus liberorum nomina scribebant parentes, qui publicè & priuatim asseruabantur.
Argumenta viri. foribus suspende coronas,
Iam pater es, dedimus quod fama opponere possis,
Iura parentis habes, propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.
Commoda præterea iunguntur multa caducis,
Si numerum, si tres impleuero. iusta doloris, Si tres. Nam qui in vrbe tres liberos susceperint, immunitate donabantur.
Nauole, causa tui: contrà tamen ille quid affert?
Negligit, atq; alium bipedem sibi quærit asellum.
Hec soli commissa tibi celare memento,
Et tacitus nostras intra te fige querelas:
Nam res mortifera est inimicus pumice leuis, Leuis pumice, mollis & effœminatus.

Qui modò secretum commiserat, ardet, & odit,
Tanquam prodiderim quicquid scio, sumere ferrũ,
Fuste aperire caput, candelam apponere valuis
Non dubitat: nec contemnas, aut despicias, quòd
His opibus nunquam cara est annona veneni.
Ergo occulta teges, vt curia Martis Athenis.

Hemistichium carminis Virgiliani.

O Corydon Corydon, secretum diuitis vllum
Esse putas? serui vt taceant, iumenta loquentur,
Et canis, & postes, & marmora. claude fenestras,
Vela tegant rimas, iunge ostia, tollito lumen
E medio, clament omnes, propè nemo recumbat,
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundum,
Proximus ante diem caupo sciet; audiet & quæ
Finxerunt pariter librarius, archimagiri,
Carptores. quod enim dubitant componere carmen
In dominos, quoties rumoribus vlciscuntur

Balthea, lora quibus sæpe cæsi sunt.

Balthea? nec deerit qui te per compita quærat
Nolentem, & miseram vinosus inebriet aurem.
Illos ergo roges quicquid paulò antè petebas
A nobis, taceant illi, sed prodere malunt
Arcanum, quàm subrepti potare falerni,
Pro populo faciens quantum Laufella bibebat.

Faciens, sacrificãs Bonæ deæ, sic Virgilius, cùm faciam vitula.

Viuendum rectè cùm propter plurima, tum de his
Præcipuè caussis, vt linguas mancipiorum
Contemnas: nam lingua mali pars pessima serui.
Deterior tamen hic, qui liber non erit illis,
Quorum animas & farre suo custodit, & ære.
Idcirco vt possim linguam contemnere serui,
Vtile consilium modò, sed commune dedisti:
Nunc mihi quid suades post damnũ tẽporis, & spes
Deceptas? festinat enim decurrere velox
Flosculus, angustæ, miseræq; breuissima vitæ

Vitæ breuitas.

Portio: dum bibimus, dum serta, vnguenta, puellas
Poscimus,

Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.
Ne trepida, nunquam pathicus tibi deerit amicus
Stantibus, & ſaltis huc collibus: vndiq; ad illos
Conueniunt & carpentia, & nauibus omnes,
Qui digito ſcalpunt vno caput: altera maior
Spes ſupereſt, tu tantùm erucis imprime dentem.
Hæc exempla para felicibus, at mea Clotho
Et Lacheſis gaudent, ſi paſcatur inguine venter.
O parui, noſtríque lares, quos thure minuto,
Aut farre, & tenui ſolea exornare corona,
Quãdo ego figam aliquid, quo ſit mihi tuta ſenectus
A tegete, & baculo? viginti millia fœnus
Pignoribus poſtis? argenti vaſcula puri,
Sed quæ Fabricius cenſor notet? & duo fortes
De grege Mœſorum, qui me ceruice locata
Securum iubeant clamoſo inſiſtere circo?
Sit mihi præterea curuus celator, & alter,
Qui multas facies pingat citò. ſufficient hec.
Quando ego pauper ero, votum miſerabile, nec ſpes
His ſaltem. nam cùm pro me fortuna rogatur,
Affigit ceras illa de naue petitas,
Quæ Siculos cantus effugit remige ſurdo.

Qui digito, Hemiſtichium verſus Calui poetæ de Pompeio, qui hoc verſu, vt mollem & pathicum perſtringit.

Mœſia regio Pannoniæ finitima, vnde mittebantur robuſtiſſimi ſerui.

SATYRA X.

OMnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus vſque
Auroram, & Gangem, pauci diſcernere poſſunt*
Vera bona, atq; illis multùm diuerſa, remota
Erroris nebula. quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, vt te
Conatus non pœniteat, votíque peracti?
Euertêre domos totas optantibus ipſis
Dij faciles: nocitura toga, nocitura petuntur
Militia: & torrens dicendi copia: multis
Et ſua mortifera eſt facundia: viribus ille

Infectatur ſtulta hominum vota, qui vitijs excæcati, neſciant quid optent: à dijs autem nihil eſſe petendum colligit, quam ſana mens, & ſenſuum integritas.

* diſcernere.

Consisus periit, admirandisque lacertis.
Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia censu.
Cassius Longinus, Seneca, & Plautus Lateranus propter diuitias à Nerone ad necem compulsi sunt.
Quantò delphinis balæna Britannica maior.
Temporibus diris igitur, iussuque Neronis
Longinum, & magnos Senecæ prædiuitis hortos
Clausit, & egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors: rarus venit in cœnacula miles.
Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus gladium, contumq; timebis,
Et mota ad lunam trepidabis arundinis vmbram:
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Prima ferè vota, & cunctis notissima templis,
Diuitiæ vt crescant, vt opes, vt maxima toto
Nostra sit arca foro: sed nulla aconita bibuntur
Sap. Democritus qui ob id γελασινος dictus est.
Fictilibus: tunc illa time, cùm pocula sumes
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro:
Alter Heraclitus, fleuit.
Iámne igitur laudas, quòd de sapientibus alter
Ridebat, quoties à limine moverat vnum,
Protulerat q; pedem, flebat contrarius alter?
Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni,
Mirandum est vnde ille oculis suffecerit humor.
Perpetuò risu pulmonem agitare solebat
Democritus: quanquam non esset vrbibus illis
Prætexta, & trabea, fasces, lectica, tribunal.
Tunica Iouis, triumphali veste, quam ex templo Iouis sumptam induebant, vt indicat Liu. lib. 10. ab Vrbe condita.
Quid si vidisset prætorem in curribus altis
Extantem, & medio sublimem in pulvere circi
In tunica Iouis, & pictâ sarranaferentem
Ex humeris aulea toga, magnaque corona
Tantum orbem, quanto cervix non sufficit vlla?
Quippe tenet sudans hanc publicus, & (sibi consul
Ne placeat) curru servus portatur eodem.
Da nunc & volucrem sceptro quæ surgit eburno,

Illinc

Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niueos ad frena Quirites,
De fossa in loculis, quos sportula fecit amicos:
Tunc quoque materiam risus inuenit ad omnes
Occursus hominum: cuius prudentia monstrat
Summos posse viros, & magna exempla daturos
Veruecum in patria, crassoque sub aere nasci.
Ridebat curas, nec non & gaudia vulgi,
Interdum & lacrymas, cùm fortunæ ipse minaci
Mandaret laqueum, mediúmq; ostenderet vnguẽ.
Ergo superuacua, aut pernitiosa petuntur,
Propter quæ fas est genua incerare deorum.
Quosdam præcipitat subiecta potentia magnæ
Inuidia, mergit longa, atque insignis honorum
Pagina, descendunt statuæ, restémque sequuntur.
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.
Iam stridunt ignes, iam follibus, atque caminis
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
Seianus: deinde ex facie toto orbe secunda
Fiunt vrceoli, pelues, sartago patellæ.
Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum,
Cretatúmque bouem: Seianus ducitur vnco
Spectandus, gaudent omnes. quæ labra? quis illi
Vultus erat? nunquam, si quid mihi credis, amaui
Hunc hominem. sed quo cecidit sub crimine? quisnã
Delator? quibus indicijs? quo teste probauit?
Nil horum: verbosa & grandis epistola venit
A Capreis. bene habet, nil plus interrogo. sed quid
Turba tremens? sequitur fortunam, vt semper, &
Damnatos. idem populus, si Nortia Thusco (odit
Fauisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora

Democritus exemplo est, bonos viros vbique posse nasci, vt qui in Thracia, barbarissima regione natus sit.

Exemplo Seiani ostendit nimiam potentiam multis esse exitio: Nam ille sub Tiberio eò honorum euectus est, vt eius Natalis publicè celebraretur, & illi aureæ statuæ ponerentur, imperatorisque in consulatu collega fieret, à quo tandem, vt sur per literas à senatu interfici, & vnco trahi iussus est,

Augustum

Augustum. iam pridem, ex quo suffragia nulli
Vendimus, effugit curas. nam qui dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atque duas tantùm res anxius optat
Panem, & Circenses. perituros audio multos.
Nil dubium, magna est fornacula. pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.
Quàm timeo victus ne pœnas exigat, Aiax
Vt malè defensus. curramus præcipites, &
Dum iacet in ripa, calcemus Cæsaris hostem.
Sed videant serui, ne quis neget, & pauidum in ius
Cervice astricta dominum trahat. hi sermones
Tunc de Seiano, secreta hæc murmura vulgi.
Visne salutari sicut Seianus? habere
Tantundem? atque illi sellas donavere curules?
Illum exercitibus præponere? tutor haberi
Principis augusta Caprearum in rupe sedentis
Cum grege Chaldæo? vis certè pila cohortis?
Egregios equites, & castra domestica? quid ni
Hæc cupias? & qui nolunt occidere quenquam,
Posse volunt. sed quæ præclara, & prospera tantùm,
Vt rebus lætis par sit mensura malorum?
Huius, qui trahitur, prætexta sumere mauis,
An Fidenarum, Gabiorúmque esse potestas?
Et de mensura ius dicere? vasa minora
Frangere pannosus vacuis ædilis Vlubris?
Ergo quid optandum foret, ignorasse fateris
Seianum: nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, vnde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruina.
Quid Crassos? quid Pompeios euertit? & illum,
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?

Summus

Aiax, hoc est, periculum est, ne multi sibi inferant manus, dum citati ad causam dicendam, desperãt de salute, vtpote malè sibi conscij.

Chal. Trasyllo mathematico Chaldæo vtebatur inprimis Tiberius.

Ædilis, qui magistratus minimi erant, annonæ, mensuris & id genus præfecti.

Summouet nempe locus, nulla non arte petitus.
Magnaque numinibus vota exaudita malignis.
Ad generum Cereris ſine cade, & vulnere pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni. Gen. Cereris, Plutonem.
Eloquium, ac famam Demoſthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat. Pueri quinquatribus precantur à Minerua eloquentiam, cum plerumque ſit pernicioſa.
Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam,
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ:
Eloquio ſed vterque perit orator, vtrunque
Largus, & exundans leto dedit ingenij fons:
Ingenio manus eſt, & ceruix caſa, nec vnquam
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.
O fortunatam natam me conſule Romam. O fortu. carmen quod Cicero decinit coniuratione Catilinæ oppreſſa.
Antoni gladios potuit contemnere, ſi ſic
Omnia dixiſſet. ridenda poemata malo,
Quàm te conſpicua diuina Philippica fama,
Volueris à prima quæ proxima, ſenus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri.
Dijs ille aduerſis genitus, fatóque ſiniſtro,
Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus Demoſthenes μεγαιροποῦ filius hauſto veneno perijt.
A carbone, & forcipibus, gladioſque parante
Incude, & luteo Vulcano ad rhetora miſit.
Bellorum exuuiæ, truncis affixa trophæis
Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens,
Et curtum temone iugum, victæq; triremis
Aplueſtre, & ſummo triſtis captiuus in arcu,
Humauis maiora bonis creduntur: ad hæc ſe
Romanus, Graiuſque, ac barbarus induperator Laudem quærere ex re bellica laboris & calamitatis plenum.
Erexit: cauſas diſcriminis, atque laboris
Inde habuit: tanto maior famæ ſitis eſt, quàm,
Virtutis. quis enim virtutem amplectitur ipſam,
Præmia ſi tollas? patriam tamen obruit olim

Gloria

Gloria pancorum, & laudis, titulíque cupido
Haſuri ſaxis cinerum cuſtodibus, ad quæ
Stet. ficus, caprificus, quæ ex muris et tumpens ſaxa diſcutit.
Diſcutienda valent ſterilis mala roborа ficus:
Annibalis inſatiabilis imperandi cupiditas, ſed miſerabilis exitus.
Quandoquidē data ſunt ipſis quoq; fata ſepulchris,
Expende Annibalem: quot libras in duce ſummo
Inuenies? hic eſt, quem non capit Aphrica Mauro
Perfuſa Oceano, Nilóque admota tepenti.
Rurſus ad Æthiopū populos, alióſq; Elephantos,
Additur imperijs Hiſpania, Pyreuaum
Tranſilit (oppoſuit natura Alpémque, niuémque)
Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam, tamen vltrà pergere tendit,
Actum inquit, nihil eſt, ni Pœno militeportas
Frangimus, & media vexillum pono Suburra:
Luſcum: nam fuit altero oculo captus, in Apennini tranſitu.
O qualis facies, & quali digna tabella,
Cùm Getúla ducem portaret bellua luſcum!
Exitus ergò quis eſt? ô gloria! vincitur idem
Nempe, & in exiliū præceps fugit, atq; ibi magnus,
Bithyno, regi Pruſiæ, ad quem confugerat.
Mirandúſque cliens ſedet ad prætoria regis,
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
Finem animæ, quæres humanas miſcuit olim,
Non gladij, non ſaxa dabunt, non tela, ſed ille
Cannarum vindex, ac tanti ſanguinis vltor
Annullus. I demens, & ſæuas, curre per Alpeis,
Vt pueris placeas, & declamatio fias.
Pell. iune. Alexandri Macedoni, qui eſſe infinitos eſſe mundos audiret, me miſerum, inquit, qui ne vnum quidem adhuc conſequutus ſim.
Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis,
Æſtuat infelix anguſto limite mundi,
Vt Gyara clauſus ſcopulis, paruáque Seripho.
Cùm tamen à figulis munitam intrauerit vrbem,
Sarcophago contentus erit. Mors ſola fatetur,
Quantula ſint hominum corpuſcula. creditur olim
Velificatus Athos: & quicquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria: conſtratum claſſibus iſdem,

Suppo-

Suppoſitúmque rotis ſolidum mare credimus altos
Defeciſſe amnes, epotáque flumina Medo
Prandente, & madidis cantat quæ Soſtratus alis.
Ille tamen qualis rediit Salamine relicta,
In Corum, atque Eurum ſolitus ſæuire flagellis
Barbarus, Æoleo nunquam hoc in carcere paſſos,
Ipſum compedibus, qui vinxerat Enoſigæum?
Mitius id ſanè, quòd non & ſtigmate dignum
Credidit. huic quiſquam vellet ſeruire Deorum?
Sed qualis rediit? nempe vna nauc cruentis
Fluctibus, ac tarda per denſa cadauera prora.
Has toties optata exegit gloria pœnas.
Da ſpatium vitæ, multos da Iuppiter annos,
Hoc rectò vultu, ſolum hoc & pallidus optas.
Sed quàm continuis, & quantis longa ſenectus
Plena malis? deformẽ, & tetrũ ante omnia vultum,
Diſſimiléma, ſui, deformem pro cute pellem,
Pendentéſque genas, & taleis aſpice rugas,
Qualeis, vmbriferos vbi pandit Tabraca ſaltus,
In vetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.
Plurima ſunt iuuenum diſcrimina, pulchrior ille
Hoc, atque ille alio, multùm hic robuſtior illo:
Vna ſenum facies, cum voce trementia labra,
Et iam leue caput, madidíque infantia naſi.
Frangendus miſero gingiua panis inermi,
Vſqueadeo grauis vxori, natíſque, ſibíque,
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.
Non eadem vini, atque cibi torpente palato
Gauſa: nam coitus iam longa oblimo, vel ſi
Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus,
Et, quamuis tota palpetur nocte, iacebit.
Anne aliquid ſperare poteſt hac inguinis ægri
Canities? quid, quòd meritò ſuſpecta libido eſt,

Medo prand. Xerxis hiſtoriam vt fabuloſam notat, quæ à Græcis prodita, multa portentoſa continet.

Ennoſig Neptunum.

Stulta vota longæ vitæ, cum ea nihil ſit miſerius & contẽ.

Tabraca, oppid. Africæ, vbi magna eſt ſimiarum copia.

Ramex qui Græcè ἰκμαδοκάλλων dicitur, ab eo quòd venæ intimeſcant atque incorquentur.

Que

Qua Venerem affectat sine viribus? astice partis
Nunc damnũ alterius. nam quæ cantante voluptas,
Sit licet eximius citharœdus, siue Seleucus,
Et quibus aurata mos est fulgere laeerna?
Aur. hae. tibicines, qui, vt ait Horat. trahunt per pulpita vestem.
Quid refert magni sedeat qua parte theatri,
Qui vix cornicines exaudiat, atque tubarum
Concentus? clamore opus est, vt sentiat auris,
Quem dicat venisse puer, quot nuntiet horas.
Præterea minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola. circumsilit agmine facto.
Morborum omne genus: quorum si nomina quæras,
Promptius expediã, quot amauerit Hippia mœchos,
Themison, quem hic mordet, vt bonus medicus commendatur à Corn. Celso.
Quot Themison agros autumno occiderit vno,
Quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus
Pupillos, quot longa viros exorbeat vno
Maura die, quot discipulos inclinet Amillus:
Percurram citius quot villas possideat nunc,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
Luscus, qui altero oculo caret, qui Græcis μονόφθαλμος dicitur.
Perdidit ille oculos, & luscis inuidet: huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quẽ
Ore volat pleno mater ieiuno, sed omni
Desipientia membrorum mutilatione grauior.
Membrorum damno maior dementia, quæ nec
Nomina seruorum, nec vultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cœnauit nocte: nec illos,
Quos genuit, quos eduxit. nam codice sæuo
Hæredes vetat esse suos, bona tota feruntur
Ad Phialen, tantùm artificis valet halitus oris,
Quòd steterat multis in carcere fornicis annis.
Vt vigeat sensus animi, ducenda tamen sunt
Funera natorum, rogus aspiciendus amatæ

Coniugis,

Coniugis, & fratris, plenaq; sororibus vrna,
Hæc data pœna diu viuentibus, vt renouata
Semper clade domus multis in luctibus, ánque
Perpetuo mœrore, & nigra veste senescant.
Rex Pylius (magnos si quicquam credis Homero)
Exemplum vitæ fuit à cornice secundæ.
Felix nimirum, qui tot per secula mortem
Distulit, atque suos iam dextra computat annos;
Quiq; nouum toties mustum bibit. oro parumper
Attendas, quantùm de legibus ipse queratur
Fatorum, & nimio de stamine, cùm vidit acris
Antilochi barbam ardentem: nam quærit ab omni
Quisquis adest socio, cur hæc in tempora duret,
Quod facinus dignum tam longo admiserit æuo,
Hæc eadem Peleus, raptum cùm luget Achillem:
Atque alius, cuius Ithacum lugere natantem.
Incolumi Troia Priamus venisset ad vmbras
Assaraci magnis solennibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum cernicibus, inter
Iliadum lacrymas, vt primos edere planctus
Cassandra inciperet, sciissáque Polyxena palla,
Siforet extinctum diuerso tempore, quo iam
Cœperat audaces Paris ædificare cauinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Eucrsa, & flammis Asium, ferróque cadentem,
Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,
Et ruit ante aram summi Iouis, vt vetulus bos,
Qui domini cultris tenue, & miserabile collum
Præbet, ab ingrato iam fastiditus aratro.
Exitus ille vtcunque hominis, sed torua canino
Latranit rictu, quæ post hunc vixerat vxor.
Festino ad nostros, & regem transeo Ponti,
Et Crœsum, quem vox iusti facunda Solonis

Multa ferenda etsi adsit bona valetudo.

A cœni Nestor enim tres hominum ætates vixisse creditur.

Alius, Laërtes Vlyssis pater, qui errante Vlysse se in agro macerabat, ac Iouem rogabat, vt animam è corpore educeret, autor Homer.

Can. Hecuba Priami vxor in canem conuersa.

Respicere ad longæ iussit spatia vltima vitæ.
Exilium, & carcer, Minturnarúmq; paludes,
Et mendicatus victa Carthagine panis
Hinc causas habuere. quid illo ciue iuuisset
Natura in terris, quid Roma beatius vnquàm,
Si circunducto captiuorum agmine, & omni
Bellorum pompa, animam exhalasset opimam,
Cùm de Teutonico vellet descendere curru?
Prouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas: sed multæ vrbes, & publica vota
Vicerunt. igitur fortuna ipsius, & vrbis
Seruatum victo caput abstulit. hoc cruciatu
Lentulus, hac pœna carnit, cecidítq; Cethegus
Integer, & iacuit Catilina cadauere toto.
Formam optat modicè pueris, maiore puellis
Murmure; cùm Veneris fanũ videt anxia mater,
Vsque ad delitias votorum. cur tamen, inquit,
Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.
Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipsa habuit: cuperet Rutilæ Virginia gibbum
Accipere, atq; suum Rutilæ dare. filius autem
Corporis egregij miseros, trepidósq; parentes
Semper habet. rara est adeò concordia formæ
Atque pudicitiæ, sanctos licet horrida mores
Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas.
Præterea castum ingenium, vultúmque modestum
Sanguine feruentem tribuat natura benigna
Larga manu (quid enim puero conferre potest plus
Custode, & cura natura potentior omni?)
Non licet esse viris: nam prodiga corruptoris
Improbitas ipsos audet tentare parentes,
Tanta in muneribus fiducia. nullus ephebum
Deformem sæua castrauit in arce tyrannus,

Net

Min. pal. vbi latuit C. Marius, vnde extractus est, & postea exul in Aphrica mendicauit.

Cùm Pompeius Neapoli ægrotaret, vota publicè suscepta sunt in eius salutem, vt bello ciuili, & multis malis reseruatus videatur.

Virginia, virgo plebeia, quæ ob pulchritudinem perijt, cæsa à patre, cùm illam Appius decemuir stuprare veller.

Si quis etiam benignitate naturæ sit castus & pudicus, tamen ob formam plerunq; periclitatur.

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel
Strumosum, atq; vtero pariter, gibbóq; tumentem.
Nunc ergo iuuenis specie lætare tui, quem
Maiora expectant discrimina, fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet quascúnq; mariti
Exigere irati: nec erit felicior astro
Martis, vt in laqueos nunquã incidat. exigit autem
Interdum ille dolor plus, quàm lex vlla dolori
Concessit. necat hic ferro, secat ille cruentis
Verberibus, quosdam mœchos & mugilis intrat.
Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ: mox cùm dederit Seruilia nummos,
*Fiet & illius, quàm non amat, * eruet omnem*
Corporis ornatum. quid enim vlla negauerit vdis
Inguinibus, siue est hæc Hippia, siue Catulla?
Deterior totos habet illic fœmina mores.
Sed casto quid forma nocet? quid profuit olim
Hippolyto graue propositum? quid Bellerophonti?
Erubuit nempe hæc ceu fastidita repulsa.
Nec Sthenobœa minus, quã Cressa excanduit, & se
Concussere amba. mulier sæuissima tunc est.
Cùm stimulos odio pudor admouet. elige quidnam
Suadendum esse putas, cui nubere Cæsaris vxor
Destinat. optimus hic, & formosissimus idem
Gentis patritiæ rapitur miser extinguendus
Messalinæ oculis: dudum sedet illa parato
Flammeolo, Tyriúsque palàm genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo, veniet cum signatoribus auspex.
Hæc tu secreta, & paucis commissa putabas,
Non nisi legitimè vult nubere. quid placeat, dic:
Ni parêre velis, pereundum est ante lucernas:
Si scelus admittas, dabitur mora parvula, dum res

Imitatio Horatiana ex secundo Sermon. Hic se præcipitem tecto dedit, ille flagellis Ad mortem cæsus.

* exuet.

Stenobœa vxor Prætiregis, quæ Bellerophontem perdidit.

C. Sylius formosissimus, vt scribit Tacitus, cùm in eum exarsisset Messalina, Claudij vxor, coactus est dimissa vxore sua, Claudio Hostiam profecto palàm Messalinam ducere: vnde mox re cognita, Sylius interfectus est.

Nota vrbi, & populo contingat principis aures.
Dedecus ille domus sciet vltimus. interea tu
Obsequere imperio, si tanti est vita dierum
Paucorum. quicquid leuius, melióq; putaris,
Prabenda est gladio pulchra hæc, & cãdida ceruix.
Nil ergo optabunt homines? si consilium vis,
Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebúsq; sit vtile nostris,
Nam pro iucundis aptissima quæque dabunt Dij.
Homo diis charior quàm sibi ipsi. *Charior est illis homo, quàm sibi. nos animorum*
Impulsu, & cæca, magnáque cupidine ducti
Coniugium petimus, partúmq; vxoris: at illis
Notum qui pueri, qualísq; futura sit vxor.
Vt tamen & poscas aliquid, voueásque sacellis
Exta, & candiduli diuina tomacula porci,
Quid à diis petissimum petendum. *Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano.*
Fortem posce animum, & mortis terrore carentem,
Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoscunque labores,
Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis æruumnas credat, saeúsq; labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.
Monstro, quod ipse tibi possis dare: semita certè
Vnica via ad beatam vitam per virtutem. *Tranquilla per virtutem patet vnica vitæ.*
Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
Nos facimus fortuna Deam, cœlóque locamus.

SATYRA XI.

Ad Persicum amicum suum, quem frugali conuiuio inuitarat, contra eos, qui exquisitius lautiusq; conuiuium sentirent quàm facultates ferant.

ATticus eximiè si cœnat, lautus habetur:
Si Rutilus, demẽs quid enim maiore cachinno
Excipitur vulgi, quàm pauper Apicius? omnis
Conuictus, therma, stationes, omne theatrum
De Rutilo. nam dum validâ, ac iuuenilia membra
Sufficiunt galeæ, dúmque ardens sanguine feruor

(Non

(Non cogente quidem ſed nec prohibente tribuno)
Scripturus leges, & regia verba laniſtæ.
Multos porrò vides, quos ſæpe eluſus ad iſſum
Creditor introitum ſolet expectare macelli,
Et quibus in ſolo viuendi cauſa palato eſt.
Egregius cœnat, meliúſq; miſerrimus horum,
Et citò caſurus iam perlucente ruina.
Intereà guſtus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretijs obſtantibus: interitus ſi
Attendas, magis illa iuuant, quæ pluris emuntur.
Ergò haud difficile eſt peritura arceſſere ſummam
Lancibus oppoſitis, vel matris imagine fracta,
Et quadringentis nummis condire guloſum
Fictile, ſic veniunt ad Miſcellanea ludi.
Refert ergò quis hæc eadem paret: in Rutilo nam
Luxuria eſt, in Ventidio laudabile nomen
Sumit, & à cenſu famam trahit. illum ego iure
Deſpiciam, qui ſcit quantò ſublimior Atlas
Omnibus in Lybia ſit montibus, hic tamen idem
Ignoret quantum ferrata diſtet ab arca
Sacculus. è cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτὸν
Figendum, & memori tractandum pectore. ſiue
Coniugium quæras, vel ſacri in parte Senatus
Eſſe velis (nec enim loricam poſcit Achillis
Therſites, in qua ſe traducebat Vlyſſes
Ancipitem) ſeu tu magno diſcrimine cauſam
Protegere affectas, te Conſule: dic tibi qui ſit,
Orator vehemens, an Curtius, an Matho, bucca.
Noſcenda eſt menſura tua, ſpectandáque rebus
In ſummis, minimiſque. etiam cùm piſcis emetur,
Ne mullum cupias, cùm ſit tibi gobio tantùm
In loculis. quis enim te deficiente crumena,
Et creſcente gula, manet exitus, ære paterno,

Miſce'. Iud. hoc eſt, abſumptis opibus, cogentur fieri ludij & hiſtriones, quales ſolent conuenire in Miſcellis ludis.

Apophthegma illud, inquit, noſce teipſum, non ſolàm ad corporis ſtaturam aut formam pertinet ſed ad omnia vitæ officia. vt nihil ſupra vires attentes, è cœlo autem demiſſum putabitur, quòd eſſet in templo Apollinis Delphici aureis literis inſcriptum, conſecratúmque.

Ac rebus merſis in ventrem, fœnoris, atque
Argenti grauis, & pecorum, agrorúmq; capacem?
Talibus à dominis poſt cuncta nouiſſimus exit
Annulus, & digito mendicat Pollio nudo,
Non præmaturi cineres, nec funus acerbum
Luxuriæ, ſed morte magis metuenda ſenectus.
Hi plerunque gradus, conducta pecunia Romæ,
Et coram dominis conſumitur. inde vbi paulum
Neſcio quid ſupereſt, & pallet fœnoris autor,
Qui vertère ſolum, Baias, & ad oſtia currunt.
Cedere nanque foro iam non tibi deterius, quàm
Æſquilias à feruenti migrare Suburra.
Ille dolor ſolus patriam fugientibus, illa
Mœſtitia eſt, caruiſſe anno Circenſibus vno.
Sanguinis in facie non hæret gutta: morantur
Pauci ridiculum, & fugientem ex vrbe pudorem.
Experière hodie nunquid pulcherrima dictu
Perſice, non præſtem vita, nec moribus, & re,
Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pulles
Corum aliis dictem puero, ſed in ore placentas.
Nam ſis cùm conuiua mihi promiſſus, habebis
Euandrum, venies Tirynthius, aut minor illo
Hoſpes, & ipſe tamen contingens ſanguine cœlum,
Alter aquis, alter flammis ad ſydera miſſus.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De Tyburtino veniet pinguiſſimus agro
Hœdulus, & toto grege mollior, inſcius herbæ,
Nec dum auſus virgas humilis mordere ſalicti.
Qui plus lactis habet, quàm ſanguinis: & montani
Aſparagi, poſito quos legit villica fuſo,
Grandia prætereà, tortóque calentia fœno
Oua adſunt, ipſis cum matribus: & ſeruatæ
Parte anni, quales fuerant in vitibus, vuæ.

*Impudentia nepotum, qui cum decoxerint, & obæs alienum coguntur fugere, nihil curant.

* aure.

Accipiam te eo apparatu quo Euander Herculem & Æneam, nimirum frugaliter.

Aſparagi, herba, quam quidam corrudam vocant, dicta à cauliſ aſperitate, teſte Varone.

Signi-

Signinum, Syriumque pyrum de corbibus iſdem:
Æmula Picenis, & odoris mala recentis,
Nec metuenda tibi, ſiccatum frigore poſtquam
Autumnum, & crudi poſuere pericula ſucci.
** Hæc olim noſtri iam luxurioſa ſenatus*
Cœna fuit. Curius paruo quæ legerat horto,
Ipſe focis breuibus ponebat oluſcula: quæ nunc
Squalidus in magna faſtidit compede foſſor,
Qui meminit calide ſapiat quid vulua popinæ.
Sicci terga ſuis rara pendentia crate
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, ſi quam dabat, hoſtia, carne:
Cognatorum aliquis titulo ter conſulis, atq;
Caſtrorum imperijs, & dictatoris honore
Functus, ad has epulas ſolito maturius ibat,
Erectum domito referens à monte lygonem.
Cùm tremerent autem Fabios, durumq; Catonem,
Et Scauros, & Fabricios, rigidíque ſeueros
Cenſoris mores etiam collega timeret,
Nemo inter curas, & ſeria duxit habendum,
Qualis in Oceani fluctu teſtudo natares,
Clarum Troiugenis factura, ac nobile fulcrum,
Sed nudo latere, & paruis frons ærea lectis
Vile coronati caput oſtendebat aſſelli,
Ad quod laſcini ludebant ruris alumni.
Tales ergo cibi, qualis domus, atque ſupellex.
Tunc rudis, & Graias mirari neſcius artes,
Vrbibus euerſis prædarum in parte reperta
Magnorum artificum frangebat pocula miles,
Vt phaleris gauderet equus: calatáque caſſis
Romuleæ ſimulacra feræ manſueſcere inſſa
Imperij fato, & geminos ſub rupe Quirinos,

* Hæc cœna noſtra olim fuiſſet laura: nam Curius denarius ipſe herbis & rapis nonnunquam veſcebatur.

Frugalitas priſcorum Romanorum

Lecti olim non erant vt nunc, pretioſi & fabrifacti.

Milites non ſtudebant tantum ſupellectilis ſplendori, quantum armorum ſuorum cælaturis & ſignis.

Ac nudam effigiem elypeo fulgentis, & haſta,
Pendentiſque Dei perituro oſtenderet hoſti.
Argenti quod erat ſolis fulgebat in armis.
Ponebant igitur Thuſco farrata catino
Thuſc. cat. fictili. Nam vaſa Aretina præcipuè laudantur.
Omnia tunc, quibus inuideas, ſi inuidulus ſis.
Templorum quoq; maieſtas præſentior, & vox
Nocte ferè media, mediamq; audita per vrbem
Littore ab Oceani Gallis venientibus, & dijs
Religio purior erat, & dij magis propitij, tametſi minori apparatu colerentur.
Officium vatis peragentibus: his monuit nos,
Hanc rebus Latijs curam præſtare ſolebat
Fictilis, & nullo violatus Iuppiter auro.
Illa domi natas, noſtraque ex arbore menſas,
Tempora viderunt: hos lignum ſtabat in vſus,
Annoſam ſi forte nucem deiecerat Eurus.
At nunc diuitibus cœnandi nulla voluptas,
Nil rhombus, nil dama ſapit, putêre videntur
Vnguenta, atque roſæ, latos niſi ſuſtinet orbes
Syene, inſula in Æthiopiæ finibus in qua magna vis elephantorum naſcitur.
Grande ebur, & magno ſublimis pardus hiatu
Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus,
Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſaltu,
Iam nimios, capitique graues. hinc ſurgit orexis:
Hinc ſtomacho bilis (nam pes argenteus illis)
Annulus in digito quòd ferreus. ergò ſuperbum
Conuiuam caueo, qui me ſibi comparat, & res
Deſpicit exiguas. adeò nulla vnicia nobis.
Teſſelæ, tali, à teſſera deflexum.
Eſt eboris, nec teſſellæ, nec calculus ex hac
Materia: quin ipſa manubria cultellorum
Oſſea, non tamen his vlla vnquam obſonia fiunt
Rancidula, haud ideo peior gallina ſecatur.
Tripherus hic docebat artem ſtructoriam in Su-
Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, diſcipulus Tripheri doctoris: apud quem
Summe cum magno lepus, atq; aper, & pygargus,

Et

Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens,
Et Getúlus orex, hebeti lautissima ferro
Cædítur, & tota sonat vlmea cœna Suburrâ.
Nec frustum capreæ subducere, nec latus Aphræ
Nouit auis noster tyrunculus, ac rudis omni
Tempore, & exiguæ frustis imbutus ofellæ.
Plebeios calices, & paucis assibus emptos
Porriget incultus puer, atq; à frigore tutus,
Non Phryx, aut Licius, non à mangone petitus
Quisquã erit, & magno cùm poscì, posce Latinè.
Idem habitus cunctis, tonsi, erectíque capilli,
Atq; hodiè tantùm propter conuiuia pexi.
Pastoris duri est hic filius, ille bubulci:
Suspirat longo non visam tempore matrem,
Et casulam, & notos tristis desiderat hœdos.
Ingenui vultus puer, ingenniq; pudoris,
Quales esse decet, quos ardens purpura vestit.
Nec pugillares defert in balnea raucus
Testiculos, nec vellendas iam præbuit alas,
Crássa nec oppositò pauidus tegit inguina gutto.
Hic tibi vina dabit diffusa in montibus illis
A quibus ipse venit, quorum sub vertice lusit:
Nanq; vna atque eadem vini patria, atq; ministri.
Forsitan expectes, vt Gaditana canoro
Incipiat, prurire choro, plausuq; probatæ
Ad terram tremulo descendant clune puellæ,
Irritamentum Veneris languentis, & acres
Diuitis vrticæ: maior tamen ista voluptas
Alterius sexus, magis ille extenditur, & mox
Auribus, atq; oculis concepta vrina mouetur.
Non capit has nugas humilis domus: audiat ille
Testarum crepitus cum verbis, nudum olido stans
Fornice mancipium quibus abstinet, ille fruatur

burra, & secandi gestus cultro & ligneis ferculis repræsentabat.

Puerum simplicem, & modestum, multis circumstantijs describit.

Gaditæ. Gaditanæ saltationes, molles & lasciuæ in conuiuijs adhibebantur, ad exhilarandos conuiuarum animos.

Vocibus

Vocibus obscœnis, omnique libidinis arte,
Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.
Nanq; ibi fortunæ veniam damus (alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus) hæc eadem illi
Omnia cùm faciant, hilares, nitidique vocantur.
Nostra dabunt alios hodiè conuiuia ludos,
Conditor Iliados cantabitur, atque Mironis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.
Quid refert tales versus qua voce legantur?
Sed nunc dilatis auerte negotia curis,
Et gratam requiem dona tibi, quando licebit
Per totam cessare diem, non fœnoris vlla
Mentio, nec prima si luce egressa, reuerti
Nocte solet, tacito bilem tibi contrahat vxor,
Humida suspectis referens multitia rugis,
Vexatasque comas, & vultum, auremq; calentem.
Protinus ante meum, quicquid dolet, exue limen.
Pone domum, & seruos, & quicquid frangitur illis,
Aut perit, ingratos ante omnia pone sodales.
Intereà Megalesiacæ spectacula palmæ,
Idæum solenne colunt: similisque triumpho
Prædo caballorum prætor sedet: ac mihi pace
Immensæ, nimiæque licet si dicere plebis,
Totam hodie Romam circus capit, & fragor aurẽ
Percutit, euentum viridis quo colligo panni.
Nam si deficeret, mœstam, attonitamq; videres
Hanc vrbem, veluti Cannarum in puluere victis
Consulibus. spectent iuuenes, quos clamor, & audax
Sponsio, quos culta decet assedisse puellæ.
Nostra bibat vernum contracta cuticula solem,
Effugiatq; togam. iam nunc in balnea salua
Fronte licèt vadas, quanquam solida hora supersit
Ad sextam. facere hoc non possis quinque diebus
Continuis.

Πύδημα genus saltationis Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur: de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Hortatur conuiuam suum ad hilaritatem, & animi trãquillitates omissis curis & suspitionibus.

Viri. pan. factionis Parasinæ, cui fauebat bona pars ciuitatis.

Continuis, quia sunt talis quoque tadia vitæ
Magna. voluptates commendat rarior vsus.

SATYRA XII.

NAtali, Coruine, die mihi dulcior hæc lux,
Qua festus promissa deis animalia cessas
Expectat: niueam reginæ cædimus agnam,
Par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura,
Sed procul extensum petulans quatit hostia funem
Tarpeio seruata Ioui, frontémque coruscat:
Quippe ferox vitulus templis maturus, & aræ,
Spargendusq; mero, quem iam pudet vbera matris
Ducere, qui vexat nascenti robora cornu.
Si res ampla domi, similisq; affectibus esset,
Pinguior Hispulla traheretur taurus, & ipsa
Mole piger, nec finitimâ nutritus in herba,
Læta sed ostendens Clitumni pascua sanguis
Iret, & à grandi ceruix ferienda ministro,
Obreditum trepidantis adhuc, horrendaq; passi
Nuper, & incolumem sese mirantis amici.
Nam præter pelagi casus, & fulguris ictum
Euasi, densæ cœlum abscondêre tenebræ
Nube vna, subitusq; antennas impulit ignis,
Cùm se quisque illo percussum crederet, & mox
Attonitus nullum conferri posse putaret
Naufragium velis ardentibus. omnia fiunt
Talia, tam grauiter, si quando poetica surgit
Tempestas. genus ecce aliud discriminis, audi,
Et miserêre iterum, quanquàm sint cætera sortis
Eiusdem, pars dira quidem, sed cognita multis,
Et quam votiua testantur fana tabella
Plurima (pictores quis nescit ab Iside pasci?)
Accidit & nostro similis fortuna Catullo,
Cùm plenus fluctu medius foret alueus, & iam

Alterum

Ad Coruinum cui scribit se pro salute Catulli amici, qui naufragus enatauerat dijs vota solutorum, ac obiter in captatores testamentorum, nominatim Nævium & Histrum Pacuium, qui ex eo quæstu ditati erant.

Amici, Catulli vt paulò post testatur.

Poet. furg. Tam sæua fuit illa tempestas, quàm ea quæ à poetis describi solet, cùm per contentionem exaggerantem.

Alternum puppis latus enitentibus vndis
Arboris incertæ, nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem, decidere iactu
Cœpit cum ventis, imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
Testiculorum, adeò medicatum intelligit inguen.
Fundite quæ mea sunt dicebat cuncta Catullus,
Præcipitare volens etiam pulcherrima, vestem
Purpuream teneris quoq; Mœcenatibus aptam,
Atq; alias, quarum generosi graminis ipsum
Alias, vestes Bæticas, quæ ex natiua lana texebantur circa tinctoris operam. *Infecit natura pecus, sed & egregius fons*
Viribus occultis, & Bœticus adiuuat aer.
Ille nec argentum dubitabat mittere, lances
Parthenio factas, vrnæ cratêra capacem,
Et dignum sitiente Pholo, vel coniuge Fusci.
Adde & bascaudas, & mille escaria, multum
Celati, biberat quo calidus emptor Olynthi.
Emp. O. Philippus Amynthæ filius qui Olynthum Thraciæ ciuitatem auro à Laschene proditore redemit. *Sed quis nunc alius, quà mundi parte, quis audet*
Argento præferre caput, rebusq; salutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt.
Iactatur rerum vtilium pars maxima, sed nec
Damna leuant tunc aduersis vrgentibus, illuc
Decidit, vt malum ferro summitteret, ac se
Explicat angustum discriminis vltima, quando
Præsidia afferimus, nauem factura minorem,
Dig. Alludit ad dictum philosophi cuiusdam, qui cùm audisset nauem trium digitorum esse crassitudine, tantùm, inquit, à morte absunt qui nauigant. *I nunc, & ventis animam committe, dolato*
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quattuor, ac septem, si sit latissima tæda.
Mox cum reticulis, & pane, & ventre lagena,
Aspice sumendas in tempestate secures.
Sed postquam iacuit planũ mare, tẽpora postquàm
Prospera vectoris, fatumq; valentius Euro,

Et

Et pelago, poſtquàm Parcæ meliora benigna
Penſa manu dicunt hilares, & ſtamminis albis
Lanificæ, modica non multo fortior aura
Ventus adeſt inopi: miſerabilis arte cucurrit
Veſtibus extenſis, & quod ſuperauerat vnum,
Velo prora ſuo. iam deficientibus Auſtris,
Spes vitæ cum ſole redit. tum gratus Iulo,
Atque nouercali ſedes prælata Lauino,
Conſpicitur ſublimis apex, cui candida nomen
Scrofa dedit, lætis Phrygibus mirabile ſumen,
Et nunquàm viſis triginta clara mamillis.
Tandem intrat poſitas incluſa per æquora moles
Tyrrhenamq́, Pharon, porrectaq́, brachia rurſus,
Quæ pelago occurrant medio, longéq́, relinquunt
Italiam. nam ſic igitur mirabere portus,
Quos natura dedit. ſed trunca puppe magiſter
Interiora petit Baianæ peruia cymbæ.
Tunc ſtagnante ſinu gaudent ibi vertice raſo
Garrula ſecurs narrare pericula nauta.
Ite igitur pueri, linguis animiſque fauentes,
Sertáque delubris, & farra imponite cultis,
Ac molles ornate focos, glebámque virentem:
Iam ſequar, & ſacrâ, quod præſtat, rite peracto,
Inde domum repetam, graciles vbi parua coronas
Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera.
Hic noſtrum placabo Iouem, laribuſq́, paternis
Thura dabo, atq́, omneis violæ iactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operitur feſta lucernis.
Nec ſuſpecta tibi ſint hæc, Corinne, Catullus,
Pro cuius reditu tot pono altaria, paruos
Treis habet hæredes. libet expectare, quis ægram,
Et cliudentem oculos gallinam impendat amico

Cand. Albam intelligit, quæ ab alba porca, quæ triginta peperit fœtus albos, & ipſa Alba denominata eſt: autor Varro.

Ling. fauen. Verba, quibus in ſacris ſilentium indicebatur. ſic Tibullus: Linguâ vir, muliérque faue.

Nemo ſuſpicetur me id agere, vt captem hominẽ: nam orbus non eſt, neque admodum locuples.

Tam

Tam sterili. verùm hæc nimia est impensa, coturnix
Nulla vnquàm pro patre cadet. sentire calorem
Si cœpit locuples Gallita, & Paccius orbi,
Legitimè fixis vestitur tota tabellis
Porticus. existunt qui promittant Hecatomben,
Quatenus hîc non sunt nec venales Elephanti,
Nec Latio, aut vsquàm nostro sub sydere talis
Bellua concipitur, sed furua gente petita
Arboribus Rutulis, & Turni pascitur agro
Cæsaris armentum, nulli seruire paratum
Priuato: siquidem Tyrio seruire solebant
Annibali, & nostris ducibus, regique Molosso
Horum maiores, & dorso ferre cohorteis,
Partem aliquam belli, & euntẽ in prælia turmam.
Nulla igitur mora per Nouiũ, mora nulla per Hi-
Pacuuiũ, quin illud ebur ducatur ad aras, (strũ
Et cadat ante lareis Gallitæ victima sacra
Tantis digna deis, & captatoribus horum.
Alter enim, si concedas mactare, vouebit
De grege seruorum magna, & pulcherrima quæq;
Corpora, vel pueris, & fontibus ancillarum
Imponet vittas: & si qua est nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, & si
Non sperat tragicæ furtiua piacula ceruæ.
Laudo meum ciuem, nec comparo testamento
Mille rateis: nam si Libitinam euaserit æger,
Delebit tabulas inclusus carcere nassæ,
Post meritum sanè mirandum, atque omnia soli
Forsan Pacuuio breuiter dabit. ille superbus
Incedit, victis riualibus. ergò vides, quàm
Grande operæpretium faciat iugulata Micenis.
Viuat Pacuuijs, quæso, vel Nestora totum:
Possideat, quantum rapuit Nero, montibus aurum

ἑκατόμβη sacrificium dictum a numero boum, quod genus describit Iul. Capitolinus in vita Maximi & Balbini.

Tanta est captatorum improbitas, vt vel propriæ filiæ non parcant, si per leges liceret, modò spes prædæ affulgeat.

Exæquet

Exæquet: nec amet quenquam, nec ametur ab vllo.

SATYRA XIII.

EXemplo quodcunq; malo committitur, ipsi
Displicet autori. prima est hæc vltio, quòd se
Iudice, nemo nocens absoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam.
Quid sentire putas omneis, Caluine, recenti
De scelere, & fidei violatæ crimine? sed nec
Tam tenuis census tibi contigit, vt mediocris
Iacturæ te mergat onus: nec rara videmus
Quæ pateris, casus multis hic cognitus, ac iam
Tritus, & è medio Fortunæ ductus acerno.
Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior:
Tu quamuis leuium minimam, exiguámq; malorũ
Particulam vix ferre potes, fpumantibus vrdens
Visceribus: sacrum tibi quòd non reddat amicus
Depositum, stupet hæc, qui iam post terga reliquit
Sexagintà annos, Fonteio Consule natus?
At nihil in melius tot rerum profecis vsu.
Magna quidem sacris quæ dat præcepta libellis
Victrix Fortunæ sapientia. Dicimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,
Nec iactare iugum vitæ didicere magistræ.
Quæ tam festa dies, vt cesset prodere furem,
Perfidiam, fraudes atq; omni ex crimine lucrum
Quæsitum, & partos gladio, vel pyxide nummos?
Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot
Thebarum portæ, vel diuitis ostia Nili.
Nona ætas agitur, peior ætque sæcula ferri
Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen, & à nullo posuit natura metallo.
Nos hominum, diuúmq; fidem clamore ciemus,

Ad Caluinum quem consolatur, vehementer dolentem propter pecuniam, ab eo apud quem deposuerat, sibi abnegatam, dicens non catere supplicio eum qui fidem non seruat. Nam vt maximè hominum iudicium euadat talis conscientiæ carnificinam non euadet.

Iact. iug. detrectare, & frangi fortunæ insultibus.

Rari, alludit ad Græciæ sapientes, qui numero septem fuere vt Thebis Bœotijs portæ, & Nili ostia.

Quanto

Quanto Fessidium laudat vocalis agentem
Sportula. dic senior bulla dignissime, nescis
Quas habeat Veneres aliena pecunia, nescis
Quem tua simplicitas risum vulgo moueat, cùm
Exigis à quoquam ne peieret, & putet vllis
Esse aliquod numen templis, araq́ rubenti?

Indigenæ, quæ Græcè vocantur ἀντόχθονες.

Quondã hoc indigenæ viuebant more prius, quam
Sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens, tunc cùm virguncula Iuno,
Et priuatus adhuc Idæis Iuppiter antris,
Nulla super nubes conuiuia cœlicolarum,

Hercu. vxor, Hebe Ionis, & Iunonis filia, quæ cum Ganymede est dijs à cyathis.

Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis vxor
Ad cyathos, & iam siccata nectare tergens
Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.
Prandebat sibi quisque deus, nec turba deorum
Talis, vt est hodie, contentáque sydera paucis
Numinibus miserum vrgebant Atlanta minori
Pondere: nondum aliquis sortitus triste profundi

Profun. maris, quod sorte Neptuno obuenit.

Imperium, aut Siculæ toruus cum coniuge Pluton,
Nec rota, nec furiæ, nec saxum, aut vulturis atri
Pœna, sed infernis hilares sine regibus vmbræ.

Sanctitas priscæ vitæ, & probati mores.

Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si

Thus. lib. quæ ex disciplina Hetrusca expietur: nam aruspicina inuenta est in Hetruria, ostendit autẽ suo sęculo mõstri esse simile, si quis fidem seruet: tanta est morum deprauatio.

Barbato cuicunque puer, licèt ipse videret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.
Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,
Primáque pars adeò sacræ lanugo senectæ.
Nunc si depositum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota ærugine follem,
Prodigiosa fides, & Thuscis digna libellis:
Quæque coronata lustrari debeat agna
Egregium, sanctúmque virum si cerno, bimembri

Hoc

Hoc monſtrum puero, & miranti iam ſub aratro
Piſcibus inuentis, & fœta comparo mula,
Sollicitus tanquàm lapides effuderit imber,
Examénque apium longa conſederat vua
Culmine delubri, tanquàm in mare fluxerit amnis
Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens:
Intercepta decem quereris ſeſtertia fraude
Sacrilegia, quid ſi bis centum perdidit alter
Hoc arcana modo? maiorem tertius illa
Summam, quàm patulæ vix ceperat angulus arcæ?
Tam facile, & pronũ eſt ſuperos contemnere teſteis,
Si mortalis idem nemo ſciat. aſpice quanta
Voce neget, quæ ſit fidi conſtantia vultus.
Per Solis radios, Terperáque fulmina iurat,
Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula vatis,
Per calamos venatricis pharetrámque puellæ, Cyrr. va. Apollinis, qui in Cirrha, Delphis vicino oppido colebatur.
Pérque tuum pater Ægœi Neptune tridentem,
Addit & Herculeos arcus, haſtámque Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cæli.
Si verò & pater eſt, comedam, inquit, flebile nati
Sinciput elixi, Pharióque madentis aceto.
Sunt qui in Fortunæ iam caſibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri, Præpoſtera quorundam ſuperſtitio.
Natura volente vices, & lucis, & anni:
Atq; ideò intrepidi quæcunque altaria tangunt.
Eſt alius metuens ne crimen pœna ſequatur.
Hic putat eſſe deos, & peierat, atque ita ſecum,
Decernat quodcunque volet de corpore noſtro
Iſis, & irato feriat mea lumina ſiſtro.
Dummodò vel cæcus teneã, quos abnego, nummos.
Et phthiſis, & vomicæ putres, & dimidium crus Lad. expeditus pauper & crus, qualis fuit curtior illo.
Sunt tanti? pauper locupleteno optare podagram
Ne dubitet Ladas, ſi non eget Anticyra, nec

Arcbigene, quid enim velocis gloria plantæ
Præstat, & esuriens Pisæa ramus oliuæ?
Vt sit magna, tamen certe lenta ira deorum est.
Si curant igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me venient? sed & exorabile numen
Fort. verba sunt eius, qui flagitium admisit. *Fortasse experiar, solet his ignoscere. multi*
Committunt eadem diuerso crimina fato.
Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema.
Sic animum dira trepidum formidine culpæ
Confirmant, tunc te sacra ad delubra vocantem
Præcedit, trahere imo vltro, ac vexare paratus.
Mim. fabulam, in qua introducitur seruus clamore mirabili. *Nam cùm magna malæ supereſt audacia cauſſæ,*
Creditur à multis fiducia. mimum agit ille,
Vrbani qualem fugitiuus scurra Catulli.
Tu miser exclamas, vt Stentora vincere possis,
Vel potius quantùm Gradiuus Homericus: audis
Iuppiter hæc, nec labra moues, cum mittere vocem
Debueras vel marmoreus, vel aheneus? aut cur
In carbone tuo charta pia thura soluta
Ponimus, & sectum vituli secur, albáque porci
Omenta? vt video nullum discrimen habendum est
Bat. pueri Samij, quæ à Polycrate erecta fuit citharœdico ornatu: Is fuit qui ab Anacreonte poeta etiam dilectus fuit, vt refertur Horatius. *Effigies inter vestras statuámq; Batilli.*
Accipe quæ contrà valeat solatia ferre,
Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit
A Cynicis tunica distantia, non Epicurum
Suspicit exiguis letum plantaribus horti.
Curentur duby medicis maioribus ægri,
Tu venam vel discipulo committe Philippi.
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis, taceo, nec pugnis cædere pectus
Te veto, nec planis faciem contundere palma,
(Quãdoquidẽ accepto claudenda est ianua damno,
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu

Plangũtur

Planguntur nummi, quàm funera. nemo dolorem
*Finget * in occasu, vestem diducere summam*
Contentus, vexare oculos humore coacto.
Ploratur lacrymis amissa pecunia veris.)
Sed si cuncta vides simili fora plena querela,
Si decies lectis diuersa in parte tabellis
Vana superuacui dicunt chirographa ligni,
Arguit ipsorum quos littora, gemmáq; princeps
Sardonicus, loculis quæ custoditur eburnis:
Te nunc delicias extra communia censes
Ponendum, quia tu gallinæ filius albæ,
Nos viles pulli nati infelicibus ouis?
Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam,
Si flectas oculos maiora ad crimina. confer
Conductum latronem, incendia sulphure cœpta,
Atq; dolo, primos cùm ianua colligit ignes.
Confer & hos veteris qui tollunt grandia templi
Pocula adorandæ rubiginis, & populorum
Dona, vel antiquo positas à rege coronas.
Hæc ibi si non sunt, minor extat sacrilegus, qui
Radat inaurati femer Herculis, & faciem ipsam
Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat.
An dubitet, solitus totum conflare Tonantem?
Confer & artifices, mercatorémque veneni.
Et deducendum corio bouis in mare, cum quo
Clauditur aduersis inoxia simia fatis.
Hæc quota pars scelerum, quæ custos Gallicus vrbis
Vsque à luci fero, donec lux occidat, audit?
Humani generis mores tibi nosse volenti
Sufficit vna domus, paucos consume dies, &
Dicere te miserum, post quàm illinc veneris, aude.
Quis tumidis guttur miretur in Alpibus? aut quis
In Meroe crasso maiorem infante mamillam?

* *aliâs in hoc casu.*

χειρόγραφα schedæ propria manu conscriptæ, quibus nos creditori obligamus.

Rub. donaria, quæ propter vetustatem ipsam, meritò religiosa, haberi debebant.

Galli Rutilius Gallicus, ab Domitiano præfectus vrbis.

Infant. mamil. in Meroe insula, fer-

minæ manas habent infantibus pares. vt testatur Mela Pomponius.

Cærula quis stupuit Germani lumina? flauam
Cæsariem? & madido torquentem cornua cirro?
Nempe quòd hæc illis natura est omnibus vna.
Ad subitas Thracum volucres, nubémq; sonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis:
Mox impar hosti, raptúsque per aera curuis
Vnguibus à sæua fertur grue. si videas hoc
Gentibus in nostris, risus quatiere, sed illic
Quanquàm eadem assidue spectentur prælia, videt
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.
Nullane periuri capitis, fraudísque nefandæ
Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore catena
Protinus, & nostro (quid plus velit ira?) necari
Arbitrio. manet illa tamen iactura, nec vnquàm
Depositum tibi sospes erit: sed corpore trunco
Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis.

Sapientis est nolle se vlcisci cum possit, quanquàm grauiter læsus.

At vindicta bonum vita iucundius ipsa.
Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum, aut leuibus videas flagrantia causis:
Quantulacunque adeò est occasio, sufficit ira.
Chrysippus non dicet idem, nec mite Thaletis

Senex. Socrates, cuius patientia multeis exemplis probata est.

Ingenium, dulcíq; senex vicinus Hymetto:
Qui partem accepta sæuæ inter vincla cicutæ
Accusatori nollet dare. plurima felix
Paulatim vitia, atque errores exuit omneis
Prima docens rectum sapientia: quippe minuti
Semper, & infirmi est animi, exiguique voluptas
Vltio. continuò sic collige, quòd vindicta

Conscientia satis graue supplicium est sontibus.

Nemo magis gaudet, quàm fœmina. cur tamen hos
Enasisse putes, quos diri conscia facti (in
Mens habet attonitos? & surdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœnâ autem vehemens, ac multò sæuior illis,

Quas

Quas & Caditius grauis inuenit, aut Rhadamantus,
Nocte, dieq; suum gestare in pectore testem.
Spartano cuidam respondit Pythia vates,
Haud impunitum quondam fore, quòd dubitaret
Depositam retinere, & fraudem iure tueri
Iurando: quærebat enim quæ numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergò metu, non moribus: & tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, verámq; probauit,
Extinctus tota pariter cum prole, domòq;,
Et quamuis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet. cedò, si conata peregit?
Perpetua anxietas, nec mensa tempore cessat
Faucibus vt morbo siccis, intérque molares
Difficili crescente cibo, sed viua misellus
Expuit, Albani veteris pretiosa senectus
Displicet. ostendas melius. densissima ruga
Cogitur in frontem, velut acri ducta falerno.
Nocte breuem si forte indulsit cura soporem,
Et toto versata toro iam membra quiescunt,
Continuò templum, & violati numinis aras,
Et quod præcipuis mentem sudoribus vrget,
Te videt in somnis, tua sacra, & maior imago
Humana turbat pauidum, cogitque fateri.
Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cùm tonat, exanimes primò quoque murmure cœli,
Non quasi fortuitu, nec ventorum rabie sed
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.
Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur
Proxima tempestas, velut hoc dilata sereno.
Præterea lateris vigili cum febre dolorem

Pyth. Historiam de Glauco Lacedæmonio prolixè tractat Herodotus lib. 6. quam hic poeta obiter indicauit.

Pœna, qua laborant ij, qui sibi sunt malè conscij, aut certè mal: aliquid versant in animo.

Ma. huma. venerabili & diuina specie, vt Suet. in Claudio.

Lateris dolor, quem, Græci πλευρίτιδα appellant.

Si cœpere pati missum ad sua corpora morbum
Infesto credunt à numine, saxa Deorum
Hæc, & tela putant: precibus spondere sacello
Balantem, & laribus cristam promittere Galli
Non audent. quid enim sperare nocentibus agris
Concessum? vel quæ non dignior hostia vita?
Mobilis, & varia est ferme natura malorum:
Cùm scelus admittunt, super est constantia, quid fas,
Atque nefas, tandem incipiunt sentire peracti is
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari nescia. nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris
Flagitio? dabit in laqueum vestigia noster (vno
Perfidus, & nigri patietur carceris uncum,
Aut maris Ægæi rupem, scopulósque frequenteis
Exulibus magnis; pœna gaudebis amara
Nominis invisi, tandémque fatebere lætus
Nec surdum, nec Tiresiam quẽquam esse Deorum.

Qui semel assuerit vitijs, non facilè se postea abillis abstinere potest, donec pendeat, aut stranguletur.

SATYRA XIIII.

Ad Fuscinum in parentes, qui liberos suos sceleratis moribus corrumpant, quos optimis exemplis debebant formare & prouocare ad meliora.

Lacrima sunt, Fuscine, & fama digna sinistra,
Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,
Quæ monstrant ipsi pueris, traduntque parentes.
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatis, paruóque eadem mouet arma fritillo,
Nec de se melius cuiquam spectare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tuber aterra,
Boletum condire, & eodem iuxe natantes
Mergere sicedulus didicit nebulone parente.
Et, cana monstrante gula, cùm septimus annus
Transierit, puero nondum omni dente renato,
Barbatos licet admoueas mille inde magistros,

Hinc

Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu
Semper, & à magna non degenerare culina.
Mitẽ animum, & mores modicis erroribus æquos
Præcipit, atq; animos seruorum, & corpora nostra
Materia constare putat, paribusq; elementis:
An sæuire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
Plagarum strepitu, & nullam sirena flagellis
Cõparat Antiphates trepidi laris, ac Polyphemus?
Tum felix quoties aliquis tortore vocato
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.
Qui suadet iuueni lætus stridore catenæ,
Quem mirè afficiunt inscripta ergastula, carcer
Rusticus? expectas vt non sit adultera Largæ
Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam citò, nec tanto poterit contexere cursu,
Vt non ter decies respiret? conscia matri
Virgo fuit. ceras nunc hæc dictante puellas
Implet, & ad mœchum dat eisdem ferre cinædis.
Sic natura iubet, velocius, & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cùm subeant animos authoribus. vnus & alter
Forsitan hæc spernant iuuenes, quibus arte benigna,
Et meliore luto finxit præcordia Titan:
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnis huiusce, etenim vel
Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus: & Catilinam
Quocunque in populo videas, quocunq; sub axe:
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus vsquam.
Nil dictu fœdum, visuq; hæc lumina tangat,
Intra quæ puer est, procul hinc, procul inde puellæ

Filij non docentur humanitatem & clementiam, sed potiùs crudelitatem & tyrannidem in seruos.

Afficiunt, .i. delectant, hoc quidẽ in loco, est autem verbum medium.

Natura faciles sumus ad vitia.

Titan, Prometheus Iapeti filius Titanis nepos.

Ad deteriora faciles sumus nostra sponte, quemadmodum probat exemplum, quod Catilinas & seditiosos vbique facilè inuenias: Brutum aut Catonem non ita.

Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia. si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam si quid dignum censoris fecerit ira,
Quandoquidem similem tibi se non corpore, tantũ,
Nec vultu dederit, morum quoque filius, & cùm
Omnia deterius tua per vestigia peccet,
Corripies nimirum, & castigabis acerbo
Clamore, ac post hæc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem, libertatemque parentis,
Cùm facias peiora senex? vacuúmque cerebro
Iampridem caput hoc ventosa cucurbita quærat?
Hospite venturo cessabit nemo tuorum:
Verre pauimentum, nitidas ostende columnas,
Arida cum tota descendat aranea tela,
Hic lauet argentum, vasa aspera tergeat alter,
Vox domini fremit instantis, virgámq; tenentis.
Ergo miser trepidas, ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis venientis amici,
Nec perfusa luto sit porticus, & tamen vno
Semodio scobis hæc emendat seruulus vnus:
Illud non agitas, vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitióq; carentem?
Gratum est, quòd patriæ ciuem, populóq; dedisti,
Si facis, vt patriæ sit idoneus, vtilis agris,
Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit quibus artibus, & quibus
Moribus instituas. serpente ciconia pullos (hunc tu
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta:
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumento, & canibus, crucibusq; relictis
Ad fœtus properat, partemq; cadaueris affert:

Cucurbita phreneticis solet admoueri, occipitio inciso, cucurbituia sineque mens constet, neque somnus accedat, autor Cor. Cel.

Pulchrum est gignere pueros, si ita educantur, vt reipub. sint vtiles.

Vt ciconiarum pulli a teneris assuefacti, colubris vescuntur, sic liberi tales euadunt, quales à parentibus instituuntur.

Hic

Hic eſt ergo cibus magni quoq; vulturis, & ſe
Paſcentis propria cùm iam facit arbore nidos.
Sed leporẽ, aut capream famulæ Iouis, & generoſæ
In ſaltu venantur aues, tunc præda cubilis
Ponitur, inde autem, cùm ſe matura leuabit
Progenies ſtimulante fame, feſtinat ad illam,
Quamprimùm rupto prædam guſtauerit ouo.
Ædificator erat Centronius, & modò curuo
Littore Caietæ, ſumma nunc Tiburis arce,
Nunc præneſtinis in montibus, alta parabat
Culmina villarum, Græcis, longéq; petitis
Marmoribus, vincẽs Fortunæ, atq; Herculis ædem,
Vt ſpado vincebat Capitolia noſtra Poſides.
Dum ſic ergo habitat Centronius, imminuit rem,
Fregit opes, nec parua tamen menſura relictæ
Partis erat, totam hanc turbauit filius amens,
Dum meliore nouas attollit marmore villas.
Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem
Nil præter nubes, & cœli numen adorant,
Nec diſtare putant humana carne ſuillam,
Qua pater abſtinuit, mox & præputia ponunt.
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes:
Non monſtrare vias, eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.
Sed pater in cauſa, cui ſeptima quæq; fuit lux
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, ſolam
Inuiti quoque auaritiam exercere inbentur.
Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra,
Cùm ſit triſte habitu, vultuq;, & veſte ſeuerum.
Non dubiè tanquam frugi laudatur auarus,

Tanquam

Cur. lit. ſunt qui putent Iuuenalem alluſiſſe ad nomen Caietæ, nam curua caietas Lacones appellant, autor Strabo.

In ſuperſtitionẽ Iudæorum occaſione ſumpta à patribus ſuperſtitioſis, qui filios ſuo exemplo in Iudaiſmum inducunt.

Fallit enim, iuxta illud, Decipimur ſpecie recti.

Tanquam parcus homo, & rerum tutela ſuarum
Certa magis, quàm ſi fortunas ſeruet eaſdem
Heſperidũ ſerpẽs, aut Ponticus. adde quod hunc, de
Quo loquor, egregium populus putat, atq; verendũ
Artificem, quippe his creſcunt patrimonia fabris.
Sed creſcunt quocunque modo, maiorá; fiunt
Incude aſſidua, ſemperq; ardente camino.
Et pater ergo animi felicis credit auaros
Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis eſſe putant, iuuenes hortantur, vt illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere ſectæ.
Sunt quædam vitiorum elementa, his protinus illos
Imbuit, & cogit minimas ediſcere ſordes.
Mox acquirendi docet inſatiabile votum,
Seruorum ventres modio caſtigat iniquo
Ipſe quoq; eſuriens: neq; enim omnia ſuſtinet vnquã
Mucida cærulei panis conſumere fruſta,
Heſternum ſolitus medio ſeruare minutal
Septembri, nec non differre in tempore cœnæ
Alterius concham æſtiui cum parte lacertì
Signatam, vel dimidio, putriq; ſiluro,
Filáq; ſectiui numerata includere porri.
Inpitatus ad hæc aliquis de ponte negabit.
Sed quò diuitias hæc per tormenta coacta?
Cùm furor haud dubius, cùm ſit manifeſta phrene-
Vt locuples moriaris egenti viuere fato? (ſis,
Interea pleno cùm turget ſacculus ore,
Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat, qui non habet. ergo paratur
Altera villa tibi, * cùm rus non ſufficit vnum,
Et proferre libet fines, maiorq; videtur,
Et melior vicina ſeges, mercaris & hanc, &
Arbuſta, & denſa montem qui canet oliua.

Ponticus, qui apud Colchos ſeruabat aureum vellus, à Phryxo ſuſpenſum.

Secta, à ſequendo, quæ propriè eſt philoſophorum, autor Seneca.

Minutal, condimenti genus, quod ex rebus minutim conciſis conficiebatur.

De ponte, mendicus, nam in pontibus mendicant ſtipem.

* aliàs, cui.

Seges à ſerendo, eſt fructus, & terra qua ſeritur.

Quorum

Quorum si pretio dominus non vincitur vllo,
Nocte boues macri, lassoq; famelica collo
Armenta ad virides huius mittuntur aristas:
Nec prius inde domum, quàm tota noualia saeuos
In ventres abeant, vt credas falcibus actum.
Dicere vix possis, quàm multi talia plorent,
Et quot venales iniuria fecerit agros.
Sed qui sermones? quae fœda buccina famae?
Quid nocet hoc? inquit, tunicã mihi malo Lupini, Tunicam. verba anari, qui iuxta illud Horatij, Populus me exhibilat, ait: at mihi plaudo ipse domi.
Quàm si me toto laudet vicinia pago
Exigui ruris pauciſſima farra secantem.
Scilicet & morbis, & debilitate carebis,
Et luctum, & curam effugies, & tempora vitæ
Longa tibi post hæc fato meliore dabuntur,
Si tantum culti solus possederis agri,
Quantum sub Tatio populus Romanus arabat.
Mox etiam fractus ætate, ac Punica passis Ex priscorum frugalitate ostendit tempori sui fastum & auaritiam: nam cum ætate & bello iam confecti essent, bene secum agi putabant, si vno aut altero iugero agri donarentur.
Prælia, vel Pyrrhum immanẽ, gladioſq; Molosſos,
Tandem pro multis vix iugera bina dabantur
Vulneribus. merces ea sanguinis, atq; laboris
Nullis visa vnquam meritis minor, aut ingratæ
Curta fides patriæ. saturabat glebula talis
Patrem ipsum, turbamq; casæ, qua fœta iacebat
Vxor, & infantes ludebant quattuor, vnus
Vernula, tres domini: sed magnis fratribus horum
A scrobe, vel sulca redeuntibus altera cœna
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.
Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.
Inde fere scelerum causæ, nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium, quàm saeua cupido
Indomiti census. nam dines qui fieri vult, Non facilè potest quispiam iustè, & citò ditescere.
Et citò vult fieri. sed quæ reuerentia legum?

Quis

Cuiusmodi præceptis veteres liberos suos exhortati sint.

Quis metus, aut pudor est vnquã properãtis auaris?
Viuite contenti casulis, & collibus istis,
O pueri, Marsus dicebat, & Hernicus olim,
Vestinusq; senex, panem quærimus aratro,
Qui satis est mensis: laudant hoc numina ruris,
Quorum ope, & auxilio gratæ post munus aristæ
Contingunt homines veteris fastidia quersus.
Nil vetitum fecisse valet, quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi, qui summouit Euros

Ambitio, causa omnium scelerum.

Pellibus inuersis. Peregrina, ignotáq; nobis
Ad scelus, atq; nefas, quocunq; est, purpura ducit.
Hæc illi veteres præcepta minoribus, at nunc
Post finem autumni media de nocte supinum
Clamosus iuuenem pater excitat, accipe ceras,
Scribe puer, vigila, causas age, perlege rubras

Vitem. Centurionis munus, qui vitem gestat.

Maiorum leges, aut vitem posce libello.
Sed caput intactum buxo, naresque pilosas
Annotet, & grandes miretur Lælius alas.
Dirue Maurorum Attegias, castella Brigantum,
Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat, aut longos castrorum ferre labores

Sol. si non sis animosus in bello.

Si piget, & trepido solunt tibi cornua ventres
Cum lituis audita, pares, quod vendere possis
Pluris dimidio, nec te fastidia mercis
Vllius subeant ableganda Tiberim vltra,
Nec credas ponendum aliquid discriminis inter

Sent. poetæ Ennij, cuius est versus ille, Vnde habeas, &c.

Vnguenta, & corium. lucri bonus est odor ex re
Qualibet. illatuo sententia semper in ore
Versetur, diis, atque ipso Ioue digna, poeta:

Quid opus est iuuentutem instiges, cùm per se ad vitia sit proclivis, & te in ea re fæcilè superabit?

Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.
Hoc monstrant vetulæ pueris poscentibus assem.
Hoc discunt omnes ante alpha & beta puellæ:
Talibus instantem monitis quocunque parentem

Sic

Sic possum affari. dic ô vanissime, quis te
Festinare iubet? meliorem præsto magistro
Discipulum. securus abi, vincêris vt Aiax
Præteriit Telamonem, vt Pelea vicit Achilles.
Parcendum est teneris, nondum implenere medullas
Natiuæ malæ nequitiæ, cùm pectore barbam
Cœperit, & longi mucronem admittere cultri,
Falsus erit testis, vendit periuria summa
Exigua, Cereris tangens aramque, pedémque.
Elatam iam crede nurum, si limina vestra
Mortifera cum dote subit. quibus illa premetur
Per somnum digitis? nam quæ terrâq, marique
Acquirenda putes, breuior via conferet illi.
Nullius enim magni sceleris labor. hæc ego nunquã
Mandauí dices olim, nec talia suasi:
Mentis causa malæ tamen est, & origo penes te.
Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et lauo monitu pueros producit auaros.
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, & totas effudit habenas
Curriculo. quem si reuoces, subsistere nescit,
Et te contempto rapitur, metíque relictis.
Nemo satis credit tantùm delinquere, quantùm
Permittas, adeò indulgent sibi latius ipsi.
Cùm dicis iuueni stultum, qui donet amico,
Qui paupertatem leuet, attollátque propinqui:
Et spoliare doces, & circumscribere, & omni
Crimine diuitias acquirere: quarum amor in te est,
Quantus erat patriæ Deciorũ in pectore, quantùm
Dilexit Thebas, si Gracia vera, Menœceus:
In quarum sulcis legiones dentibus anguis
Cum clypeis nascuntur, & horrida bella capessunt
Continuo, tanquàm & tubicen surrexerit vnà.

Quid, dig quasi dicat, aconito infectis, fœminis, vel tactu, præsentissimo veneno, autor Plinius.

Et qui. Quidam putant hunc versum esse nothum. Cùm pater stultum esse air, beneficium amico præstare, in causa est, vt filius sordidus sit.

Menœceus Thebanus, qui ex oraculi monitu pro salute patriæ, spõte se transfixit, & in medias hostium acies coniecit, vt scribit Papinius lib. 10. Theb.

Ergò

Ergò ignem, cuius scintillas ipse dedisti,
Flagrantem latè, & rapientem cuncta videbis.
Nec tibi parcetur misero, trepidúmque magistrum
In cauea magno fremitu leo tollit alumnus.
Nota Mathematicis genesis tua, sed graue tardas
Expectare colos, morieris & stamine nondum
Abrupto. iam nunc obstas, & vota moraris,
Iam torquet iuuenem longa, & ceruina senectus.
Ocyus Archigenem quære, atq; eme, quod Mithri-
Composuit. si vis aliam decerpere ficum, (dates
Atq; alias tractare rosas, medicamen habendũ est,
Sorbere ante cibum quod debeat aut pater, aut rex,
Monstro voluptatem egregiam, qui nulla theatra,
Nulla aquare queas prætoris pulpita lauti,
Si spectas quanto capitis discrimine constat
Cast apud mensarios, qui in foro erant, vbi erat ædes Castoris & Pollucis.
Incrementa domus, erat a multis in arca
Fiscus, & ad vigilem ponendi Castora nummi,
Ex quo Mars vltor galeam quoq; perdidit, & res
Non potuit seruare suas. ergo omnia Floræ,
Et Cereris licet, & Cybiles aulæa relinquas,
Tanto maiores humana negotia ludi.
An magis oblectant animum iactata petauro
Cory, piratica, quales sunt Cilices.
Corpora quique solent rectum descendere funem,
Quàm tu, Corycia semper qui puppe moraris,
Atque habitas Coro semper tollendus, & Austro
Perditus? à Siculis facci mercator olentis?
Qui gaudes pingue antiquæ de littore Cretæ
Passum, vini genus, quod ex Creta potissimũ mittebatur: fit autem ex vuis ad solem passis & arefactis, vnde nomen habet.
Passum, & municipes Iouis aduexisse lagenas?
Hic tamen ancipiti figens vestigia planta
Victum illa mercede parat, brumámq;, famémque
Illa reste cauet. tu propter mille talenta,
Et centum villas temerarius, aspice portus,
Et plenũ magnis trabibus mare, plus hominẽ est iã

In

In pelago. Veniet classis quocunq; vocarit
Spes lucri, nec Carpathium, Getuláque tantùm
Æquora transiliet, sed longè Calpe relicta,
Audiet Herculeo stridentem gurgite solem.
Grande operæ pretium est, vt tenso folle reuerti
Inde domum possis, tumidáque superbus aluta
Oceani monstra, & iuuenes vidisse marinos.
Non vnus menteis agitat furor: ille sororis
In manibus vultu Eumenidum terretur, & igni:
Hic boue percusso mugire Agamemnona credit,
Aut Ithacum: parcat tunicis licèt atque lacertis,
Curatoris eget, qui nauem mercibus implet
Ad summum latus, & tabula distinguitur vnda,
Cùm sit causa mali tanti, & discriminis huius
Concisum argentum in titulos, faciesq́; minutas.
Occurrunt nubes, & fulgura: soluite funem
Frumenti dominus clamat, piperisq́; coëmptor,
Nil color hic cœli, nil fascia nigra minatur,
Æstiuum tonat. infœlix hac forsitan ipsa
Nocte cadet fractis trabibus, fluctúque premetur
Obrutus, & zonam læua, morsúque tenebit.
Sed cuius votis modò non suffecerat aurum
Quod Tagus, & rutila voluit Pactolus arena,
Frigida sufficient velantes inguina panni,
Exiguúsque cibus, mersa rate naufragus assem
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis, cura maiore, metúque
Seruantur: misera est magni custodia census.
Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem
Seruorum noctu Licinus iubet, attonitus pro
Electro, signisq́; suis, Phrygiáque columna,
Atque ebore, & lata testudine: dolia nudi
Non ardent Cynici: si fregeris, altera fiet

Cùm multa sint insaniæ genera, sua quadam insania laborat auarus.

Concis. περίφρασις pecuniæ, quæ varijs titulis & imaginibus signatur.

Zonam, crumenulam, in qua aurum recondebant & ea se præcingebant.

Crat

Cras domus, atq; eadem plumbo cõmissa manebit.
Sensit Alexander, testa cùm vidit in illa
Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui
Nil cuperet, quàm qui totum sibi posceret orbem,
Passurus gestis æquanda pericula rebus.
Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
Nos facimus Fortuna deam. mensura tamen quæ
Sufficiat sensus, si quis me consulat, edam,
In quantum sitis, atque fames, & frigora poscunt,
Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis,
Quantum Socratici cepêrunt antè penates:
Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit,
Acribus exemplis videor te claudere: misce
Ergo aliquid nostris de moribus, effice summam
Bis septem ordinibus, quam lex dignator Othonis.
Hæc quoque si rugam trahit extenditque labellum,
Sume duos equites, fac tertia quadringenta.
Si nondum impleui gremium, si panditur vltrà:
Nec Crœsi fortuna vnquam, nec Persica regna
Sufficient animo, nec diuitiæ Narcissi:
Indulsit Cæsar cui Claudius omnia, cuius
Paruit imperijs vxorem occidere iussus.

Alexander vidit Diogenem se feliciorem, qui nihil cuperet, cùm ipse vno mundo non esset contentus.

Othon. qui tulerat legem ne quis sederet in 14. gradibus, nisi qui quadringenta sestertia haberet.

SATYRA XV.

QVis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? crocodilon adorat
Pars hæc: illa pauet saturam serpentibus ibim.
Effigies sacri nitet aurea cercopitheci,
Dimidia magicæ resonant vbi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.
Illic cærulos, hîc piscem fluminis: illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam:
Porrum, & cepe nefas violare, ac frangere morsu,
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis

Ad Volusium Bithynicum, de immanitate & superstitione Ægyptiorum, qui præpostera religione feras colunt, homines iugulant: ferinis carnibus abstineant, humanis vescantur.

Numina

Numina, lanatis animalibus abſtinet omnis
Menſa: nefas illic fœtum iugulare capellæ,
Carnibus humanis veſci licet. attonito cùm
Tale ſuper cœnam facinus narraret Vlyſſes
Alcinoo, bilem, aut riſum fortaſſe quibuſdam
Mouerat, vt mendax aretalogus. in mare nemo
Hunc abicit, ſaua dignum, verâq; Charybdi,
Fingentem immanes Laſtrigonas, & Cyclopas?
Nam citius Scyllam, vel concurrentia ſaxa
Cyanes, plenos & tempeſtatibus vtres
Crediderim, aut tenui percuſſum verbere Circes,
Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.
Tam vacui capitis populum Phæaca putauit?
Sic aliquis meritò nondum ebrius, & minimùm qui
De Co-cyreæ temetum deduxerat vrna.
Solus enim hoc Ithacus nullo ſub teſte canebat.
Nos miranda quidem, ſed nuper Conſule Vinco
Geſta ſuper calidæ referemus mœnia Copti:
Nos vulgi ſcelus, & cunctis grauiora cothurnis.
Nã ſcelus (à Pyrrha quãquã omnia ſyrmata voluas
Nullus apud tragicos populus facit) accipe noſtro
Dira quod exemplum feritas produxerit æuo.
Inter finitimos vetus, atque antiqua ſimultas,
Immortale odium, & nunquàm ſanabile vulnus:
(Ardet adhuc Cõbos, & Tentyra, ſummus vtrinq;
Inde furor vulgò, quòd numina vicinorum
Odit vterq; locus, quum ſolos credat habendos
Eſſe deos, quos ipſe colit) ſed tempore feſto
Alterius populi rapiendæ occaſio cunctis
Viſa inimicorum primoribus, ac ducibus, ne
Lætum, hilarémq; diem, ne magna gaudia cœnæ
Sentirent poſitis ad templa, & compita menſis,
Peruigilique toro, quem nocte, ac luce iacentem

Ea quæ Vlyſſes narrabat Alcinoo etſi fabuloſa erãt, tamen minus erant atrocia, quàm quod narrabo.

Coptus commune Arabum & Ægyptorum emporium.

Odium inter Ægyptios ob religionem. Nam qui Combi habitant, Crocodilum colunt: qui verò Tentyram, accipitrem.

Septimius interea sol inuenit horrida sanè
Ægyptus, sed luxuria, quantùm ipse notauit,
*Barbara famoso non cedit * turba Canopo.*
Adde quòd & facilis victoria de madidis, &
Blæsis, atque meroritubantibus. inde virorum
Saltatus nigro tibicine, qualiacunque
Vnguenta, & flores, multæque in fronte coronæ,
Hinc ieiunum odium, sed iurgia prima sonare
Incipiunt animis ardentibus: hæc tuba, rixæ,
Dehinc clamore pari concurritur, & vice teli
Sæuit nuda manus. paucæ sine vulnere malæ
Vix cuiquam: aut nulla toto certamine nasus
Integer. aspiceres iam cuncta per agmina vultus
Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis
Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen, & pueriles
Exercere acies, quòd nulla cadauera calcent,
Et sanè quòd tot rixantis millia turbæ
Sic viuunt omnes. ergò acrior impetus, & iam
Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere, domestica seditione
Tela: nec hunc lapidem, quali se Turnus, & Aiax,
Et quo Tytides percussit pondere coxam
Æneæ, sed quem valeant emittere dextræ
Illis dissimiles, & nostro tempore natæ.
Nam genus hoc vino iam decrescebat Homero.
Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.
Ergò Deus quicunque aspexit, ridet, & odit.
A diuerticulo repetatur fabula, postquàm
Subsidijs aucti pars altera promere ferrum
Audet, & infestis pugnam instaurare sagittis,
Terga fugæ celeri præstantibus omnibus instant,
Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ.

Labitur

* ripa.

Canop. vbi templum erat Serapidis, ad cuius sacra magna vis hominum confluebat non sine nequitia.

Contentionem illam iocum arbitrantur, nisi aliquot pereant. Turnus, Æne. 12. Aiax in Hectorem Iliad 7. & Diomed. in 5. suum mirę magnitudinis in Æneam misit.

Palm, quæ & in Ægypto, vbi Tentyra est plurima, prouenit.

Labitur hîc quidam, nimia formidine cursum
Præcipitans, capitúrque: ast illum in plurima secũ
Fruſtra ac particulas, vt multis mortuus vnus
Sufficeret, totum corroſis oſſibus edit
Victrix turba: nec ardenti decoxit aheno,
Aut verubus: longũ vſqueadeo, tardúmq; putauit
Expectare focos, contenta cadauere crudo. Exaggeratio ſceleris.
Hinc gendere libet, quòd nox violauerit ignem,
Quem ſumma cœli raptum de parte Prometheus
Donauit terris. elemento gratulor, & te
Exultare reor. ſed qui mordere cadauer
Suſtinuit, nihil vnquam hac carne libentius edit;
Nam ſcelere in tanto ne quæras, & dubites, an
Prima voluptatem gula ſenſerit. vltimus autem
Qui ſtetit abſumpto iam toto corpore, ductis
Per terram digitis, aliquid de ſanguine guſtat.
Vaſcones, fama eſt, alimentis talibus vſi Vaſc. à Sertorio obſeſſi, ne fidem Po. Ro. violarent, cadaueribus veſcebantur, dum fame vrgeretur, veſcribunt Plutarchus & Apianus.
Produxere animas. ſedres diuerſa, ſed illic
Fortunæ inuidia eſt. bellorumq; vltima, caſus
Extremi, longè dira obſidionis egeſtas.
Huius enim, quod nunc agitur, miſerabile debet
Exemplum eſſe cibi, ſi ut modò dicta mihi gens
Poſt omnes herbas. poſt cuncta animalia, quicquid
Cogebat vacui ventris furor, hoſtibus ipſis
Pallorem, ac maciem, & tenuem miſeratibus artus,
Membra aliena fame lacerabant, eſſe parati
Et ſua. quiſnam hominũ veniam dare, quiſue deorũ
Viribus abnuerit dira, atque immania paſſis,
Et quibus ipſorum poterant ignoſcere manes,
Quorum corporibus veſcebantur? melius nos
Zenonis præcepta monent, nec enim omnia, quadam Zeno, qui pro vita tuenda, ab honeſto recedendum non putat.
Pro vita faciendа putat. ſed Cantaber vndè
Stoicus, antiqui præſertim ætate Metelli?

Nunc totus Graias, nostrásq; habet orbis Athenas:
Gallia causidicos docuit facunda Britannos:
Thule, insula vltima ad Septentrionem. *De conducendo loquitur iam rhetore Thule.*
Nobilis ille tamen populus, quem diximus: & par
Virtute, atq; fide, sed maior clade, Sagunthus.
Mæot. Taurica regio in Chersoneso ad ostia Mæotidis sita est, vbi Dianæ immolabantur hospites. *Tale quid excusat. Mæotide senior ara*
Ægyptus: quippe illa nefandi Taurica sacri
Inuentrix, homines (vt tam qua carmina tradunt
Digna fide credas) tantùm immolat, vlterius nil,
Aut grauius cultro timet hostia. quis modò casus
Impulit hos, quæ tanta fames, infestáque vallo
Arma coëgerunt, tam detestabile monstrum
Audire? anne aliam terra Memphitide sicca
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?
Quæ nec terribiles Cymbri, nec Britones vnquam,
Sauromatæq; truces, aut immanes Agathyrsi,
Saur. Græcis sunt ij qui Latine Sarmatæ vocantur. *Hæc sæuit râbie imbelle, & inutile vulgus*
Parvula fictilibus solitum dare vela phaselis,
Et breuibus pictæ remis incumbere testæ:
Natura ad humanitatem nascimur. *Nec pœnam sceleri inuenies, nec digna parabis*
Supplicia his populis, in quorummente pares sunt,
Et similes ira, atque fames. mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur.
* Alias: intima, vt lachrymis penitissimos affectus expiimi intelligas. *Quæ lacrymas dedit: hæc nostri pars* optima sensus:*
Plorare ergo iubet causam lugentis amici,
Squalorémque rei, pupillum ad iura vocantem
Circumscriptorem, cuius manantia fletu
Ora pupillares. faciunt incerta capilli:
Naturæ imperio gemimus, cùm funus adultæ
Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,
Minor igne, iuri quam qui cremari metuerit. Nam scribit Plinius lib. 7. Pisces. *Et minor igne rogi. quis enim bonus, aut face dignus*
Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,
Vlla aliena sibi credat mala? separet hæc nos

A grege mutorum. atque ideo venerabile ſolꝫ
Sortiti ingenium, diuinorúmque capaces,
Atque exercendis, capiendíſque artibus apti,
Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce,
Cuius egent prona, & terrem ſpectantia. mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Tantùm animas, nobis animũ quoq; mutuus vt nos
Affectus petere auxilium, & præſtare inberet,
Diſperſos trahere in populum, & migrare vetuſto
De nemore, & proauis habitatas linquere ſyluas,
Ædificare domos, laribus coniungere noſtris
Tectum aliud, tutos vicino lumine ſomnos
Vt collata daret fiducia, protegere armis
Lapſum, aut ingenti nutantem vulnere ciuem,
Communi dare ſigna tuba, defendier ijſdem
Turribus, atq; vna portarum claue teneri.
Sed iam ſerpentum maior concordia: parcit
Cognatis maculis ſimilis fera. quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuam: ſæuis inter ſe conuenit vrſis.
Aſt homini ferrum letale incude nefanda
Produxiſſe parum eſt, cùm raſtra, & ſarculatantũ
Aſſueti coquere, & marris, ac vomere laſſi
Neſcierint primi gladios excudere fabri.
Aſpicimus populos, quorum non ſufficit ira
Occidiſſe aliquem, ſed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus eſſe cibi. quid diceret ergo,
Vel quòd non fugerit, ſi nunc hæc monſtra videret
Pythagoras? cunctis animalibus abſtinuit qui
Tanquã homine, & vẽtri indulſit nõ omne legumẽ?

fuiſſe morem, hominem prius, quàm edito dente non cremari.

Peius conuenit hominibus inter ſe, quàm inter belluas ferociſſimas.

Tanta eſt hominum inter ſe atrocitas, vt non contenti ſint mutua cæde, niſi etiam ſe mutuò deuorent.

SATYRA XVI.

Ostendit quanta commoda & priuilegia leges & imperatores iis qui militiam sequuntur, indulserint.

QVis numerare queat felicis præmia, Galle,
Militiæ? nam si subeantur prospera castra,
Me pauidum excipiet tyronem porta secundo
Sydere. plus etenim fati valet hora benigni,
Quàm si nos Veneris commendet epistola Marti,
Et Samia genitrix quæ delectatur arena.
Commoda tractemus primùm communia, quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus
Audeat: imò & si pulsetur, dissimulet, neo
Audeat excussos prætori ostendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam,
Atque oculos medico nil promittente relictos.
Bardiacus iudex datur hæc punire volenti:
Calceus, & grandes magna ad subsellia suræ
Legibus antiquis castrorum, & more Camilli
Seruato, miles ne vallum litiget extra,
Et procul à signis. iustissima Centurionum
Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit
Vltio. si iustè defertur causa querelæ.
Tota cohors tamen est inimica, omnésq; manipli
Consensu magno officiunt. curabitis, vt sit
Vindicta grauior. quam iniuria? dignum erit ergo
Declamatoris Mutinensis corde Vagelli,
Cùm duo crura habeas offendere tot caligatos,
Millia clauorum, quis tam procul abstit ab vrbe?
Prætereà, quis tam Pylades molem aggeris vltra
Vt veniat? lacrymæ siccentur protinus, & se
Excusaturos non sollicitemus amicos.
Da testem, iudex quem dixerit, audeat ille
Nescio quis, pugnos vidit qui, dicere vidi:
Et credam dignum barba, dignumq; capillis
Maiorum. citius falsum producere testem

Barr. Centurio & miles datur militi iudex ex instituto Camilli, ne miles extra castra in ius vocaretur.

Valeg. cauillidici audacissimi, qui vel causas periculosas suscipiebat.

Contra

Contra paganum possis, quàm vera loquentem
Contra fortunam armati, contráq; pudorem.
Præmia nunc alia, atq; alia emolumenta notemus
Sacramentorum. connallem ruris aniti
Improbus, aut campum mihi si vicinus ademit,
Aut sacrum effodit medio de limite saxum,
Quod mea cum vetulo coluit plus annua libo:
Debitor aut sumptos pergit non reddere nummos,
Vana superuacui dicens chirographa ligni,
Expectandus erit, quilites inchoet, annus
Totius populi: sed nunc quoque mille ferenda
Tedia, mille moræ, toties subsellia tantùm
Sternuntur: iam facundo pendente lucernas
Cæditio, & Fusco iam mictiuriente, parati
Digredimur, lentáque fors pugnamus arena.
Ast illis, quos arma tegunt, & baltheus ambit,
Quod placitum est, illis præstatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo sufflamine litis.
Solus prætereà testandi militibus ius
Viuo patre datur: nam quæ sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet cuius regimen pater. ergo Corauum
Signorum comitem, castrorúmque æra merentem
Quãuis iã tremulus captat pater. hũc labor æquus
Prouehit, & pulchro reddit sua dona labori.
Ipsius certè ducis hoc referre videtur,
Vt qui fortis erit, sit felicissimus idem,
Vt leti phaleris omnes, & torquibus omnes.

Pagan. cum qui miles non est, nam apud iurisconsultos opponuntur paganus & miles.

An tot. vix tandē nisi post longum interuallum conueniunt iudices, neque semper ius dicunt.

Ex filijs familias tantùm militi viuo patre testari conceditur, & quod parauit peculiumin eius arbitrio esse, vt est apud iurisconsultos.

FINIS.

A. PERSII VITA.

AVlus Perſius Flaccus, vt autor eſt Euſebius, Volaterris Hetruriæ ciuitate natus eſt, quod & ipſe videtur innuere, cùm ait ſatyra ſexta:

-Mihi nunc Ligus in ora
Intepet, hybernatq; meũ mare, qua latus ingẽs
Dant ſcopuli, & multa littus ſe valle receptat
Lunai, &c. Deſcribit enim portum Lunæ, quod opidum eſt in Hetruria, quò ſeceſſerat: & mare ſuum vocat, nimirum ſe Hetruſcum ſignificans. Natus eſt, vt quidam volunt, ſub Tiberio principe, eius imperij anno XXI. *mortuus, Neronis nono, cùm ageret triceſimum etatis ſuæ annum. Romam literarum cauſa profectus, ſumpta virili toga, Cornuto Philoſopho dedit operam, quem præcipuè obſeruabat, vt ipſe teſtatur Satyra quinta.*

Cùm primùm pauido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaq; ſuccinctis lætantibus donata pependit,
Me tibi ſuppoſui, teneros tu ſuſcipis annos
Socratico Cornute ſinu.

Amicos inprimis coluit Minutium Macrinum equeſtris ordinis principem, & Cæſium Baſſum poetam Lyricum. Præter has ſatyras, nihil ſcripſiſſe teſtatur Quintilianus lib. decimo de ſatyra loquens in hanc ſententiam: Multum & veræ gloriæ quamuis vno libro Perſius meruit.

Et Martialis.

Sæpius in libro memoratur Perſius vno
Quàm leuis in toto Marſus Amazonide.

AVLI

AVLI PERSII FLACCI POETÆ VOLATERRANI, SATYRARVM LIBER VNICVS.

PROLOGVS.

Hæc præfatio, quæ primæ satyræ argumenti vice est, notat quorundam ſtultitiam & ſordes, qui ſine labore poetam naſci putant, ipſi interim nihil cuiquam donantes.

NEc fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, vt repentè ſic poeta prodirem.
Heliconidaſq; pallidamq; Pyrenen
illis relinquo, quorum imagines (lambunt
Hederæ ſequaces. ipſe ſemipaganus
Ad ſacra vatum carmen affero noſtrum.
Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε?
Picáſq; docuit noſtra verba conari?
Magiſter artis, ingenioq; largitor
Venter, negatas artifex ſequi voces.
Quòd ſi doloſi ſpes refulſerit nummi,
Cornus poëtas, & poëtridas picas
Cantare credas Pegaſeium melos.

SATYRA PRIMA.

In ſcriptores, qui tantùm ad voluptatem inepta quædam, & nihil ad bonos mores facientia, ſcriberent.

O Curas hominum, ô quantùm eſt in rebus inane!
Quis leget hæc? min' tu iſtud ais? nemo hercule. nemo?
Vel duo, vel nemo. turpe & miſerabile quare?
Næ mihi Polydamas, & Troiadas Labeonem
Prætulerint. nuga, non ſi quid turbida Roma
Eleuet, accedas. examénue improbum in illa
Caſtiges trutina, nec te quæſtineris extra.

Nam

Nam Romæ quis non? ah ſi fas dicere, ſed fas,
Tunc, cùm ad canitiẽ, & noſtrũ iſtud viuere triſte
Aſpexi, & nucibus facimus quæcunq; relictis,
Cùm ſapimus patruos, tunc tunc ignoſcite, nolo.
Tantum hoc ſpectant hodie qui ſcribunt, vt gloriam & famam capiant, non vt proſint, cum effœminata voce recitent.
Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene cachinno.
Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber
Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhe-
Scilicet hæc populo pexúſq;, togáq; recenti, (let:
Et natalitia tandem cum ſardonyce albus,
Sede leget celſa, liquido cùm plaſmate guttur
Mobile coluerit, patrani fractus ocello:
Hic neque more probo videas, neque voce ſerena
Ingentes trepidare Titos, cùm carmina lumbum
Intrant, & tremulo ſcalpuntur vbi intima verſu.
Tun' vetule auriculis alienis colligis eſcas?
Ohe, quid prodeſt didicisſe literas, niſi oſtentes eruditionem tuam quam tanto ſtudio paraſti?
Auriculis, quibus & dicas cute perditis ohe,
Quid didiciſſe, niſi hoc fermẽtũ, & quæ ſemel intus
Innata eſt rupto iecore exierit caprificus?
En pallor, ſeniúmq;, ô mores, vſque adeóne
Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?
At pulchrum eſt, digito monſtrari, & dicier, hic eſt.
Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe
Pro nihilo pendas? Ecce inter pocula quærunt
Romulidæ ſaturi, quid dia poemata narrent.
Phyllis & Hypſipyle Heroides ex Ouidij epiſtolis ſatis notæ.
Hic aliquis, cui circũ humeros hyacinthina lana eſt
Rancidulum quiddam balba de nare locutus
Phyllidas, Hypſipylas, vatum & plorabile ſiquid
Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato.
Aſſenſere viri: nunc non cinis ille poetæ
Felix? nunc leuior cippus non imprimit oſſa?
Laudent conuiuæ nunc non è mambus illis,
Nunc non è tumulo, fortunataq; fauilla,
Naſcentur viole? rides ait. & numis vncis

Naribus

Naribus indulges. an erit, qui velle recuſet
Os populi meruiſſe, & cedro digna locutus
Linquere? nec ſcõbros metuẽtia carmina, nec thus?
Quiſquis es ô, modò quem ex aduerſo dicere feci,
Non ego, cùm ſcribo, ſi fortè quid aptius exit,
Quando hæc rara auis eſt, ſi quid tamen aptius exit
Laudari metuam, neq; enim mihi cornua fibra eſt,
Sed rectiſ finemque, extremumque eſſe recuſo
Euge tuum, & belle. nam belle hoc excute totum,
Quid non intus habet? Non hic eſt Ilias Acci
Ebria veratro, non ſi qua elegia crudi
Dictarunt proceres, non quicquid denique lectis
Scribitur in citreis. calidum ſcis ponere ſumen,
Scis comitem horridulum trita donare lacerna.
Et verum inquis amo, verum mihi dicite de me.
Qui pote? vis dicam? nugaris, cùm tibi calue
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede exiet.
O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas,
Nec linguæ quantum ſitiat canis Appula, tantùm,
Vos ô patritius ſanguis, quos viuere fas eſt
Occipiti cæco, poſticæ occurrite ſannæ.
Quis populi ſermo eſt? quis enim, niſi carmina molli
Nunc demum numero fluere, vt per leue ſeueros
Effundat iunctura vngues? ſcit tendere verſum
Non ſecus, ac ſi oculo rubricam dirigat vno.
Siue opus in mores, in luxum, & prandia regum
Dicere, res grandes noſtro dat muſa poeta.
Ecce modò heroas ſenſus afferre videmus
Nugari ſolitos Græcè, nec ponere lucum
Artifices, nec rus ſaturum laudare, vbi corbes,
Et focus, & porci, & fumoſa parilia fœno,*
Vnde Remus, ſulcòque terens dentalia Quinti,

Inſcribendo non hoc ſpectandum, vt laudemur tantùm, ſed vtro, quia honeſtum eſt, id agendum.

Ilias. Nihil moror Accium Labeonem, qui elleboro ſe purgat, & cœnis laudatores redimit.

Fœlix, qui non eſt tam ſtupidus, quin ſentiat adulatorum ſubſannationes, cum alioqui laudant.

Siue comœdiam, ſiue tragœdiam velit ſcribere, magnus artifex.

* *Palilia.*

Cùm

Cùm trepida ante boues dictatorem induit vxor,
Et tua aratra domum lictor tulit. euge poëta.
Est nunc Brysei quem venosus liber Acci,
Sunt quos Pacuniúsq;, & verucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.
Hos pueris monitus patres infundere lippos
Cùm videas, quærisne vnde hæc sartago loquendi
Venerit in linguas? vnde istud dedecus, in quo
Trossulus exultat tibi per subsellia leuis?
Nílne pudet capiti non posse pericula cano
Pellere? quin tepidum hoc optes audire decenter:
Fur es ait Pedio, Pedius quid? crimina rasis
Librat in antithetis, doctas posuisse figuras
Laudatur. bellũ hoc, hoc bellum? an Romule ceues?
Men' moueat quippe, & cantet si naufragus, assem
Protulerim? cantas, cùm fracta te in trabe pictum
Ex humero portes, verùm, nec nocte paratum
Plorabit, qui me volet incuruasse querela.
Sed numeris decor est, & iunctura abdita crudis,
Claudere sic versum didicit, Berecynthius Atys,
Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.
Sic costam longo subduximus Appenino.
Arma virûm nónne hoc spumosũ, & cortice pingui.
*Vt ramale vetus * vegrandi subere coctum?*
Quidnam igitur tenerum, & laxa ceruice legẽdũ?
Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis,
Et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris, & lyncen Manas flexura corymbis
Euion ingeminat, reparabilis adsonat echo.
Hæc fierent, si testiculi vena vlla paterni
Viueret in nobis? summa delumbe saliua
Hoc natat in labris, & in vdo est Manas, & Atys.
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.

In κακοζήλους, & nimium antiquitatis admiratores, vitia pro virtutibus æmulantes.

Quidam tam gloriæ sunt auidi, vt vel in capitis sui periculo ad eloquentiam quandã conuertantur.

Berec. Nonnulli arbitrantur Neronem vt durum in versu hîc notari.

* *pragrandi.*

Tor. Hos versus vt nimis turgidos ridet.

Sed

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide sis, ne maiorem tibi fortè
Limina frigescant. sonat hic de nare canina
Littera. per me equidem sint omnia protinus alba,
Nil moror. Euge omnes, omnes bene miræ eritis res.
Hoc iuuat, hic inquis, veto quisquam faxit oletũ.
Pinge duos angues, pueri sacer est locus, extrà
Meyte, discedo. secuit Lucilius vrbem,
Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.
Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admissus circum præcordia, ludit,
Callidus excusso populum suspendere naso.
Men' mutire nefas, nec clam, nec cũ scrobe? nusquã?
Hic tamen infodiam, vidi, vidi ipse libelle,
Auriculas asini quis non habet? hoc ego opertum
Hoc ridere meum tam nil, nulla tibi vendo
Iliade, audaci, quicunque afflate Cratino,
Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles,
Aspice & hæc, si forte aliquid decoctius audis.
Inde vaporata lector mihi ferueat aure,
Non hîc, qui in crepidas Graiorum ludere gestit,
Sordidus, & lusco qui possit dicere lusce,
Sese aliquem credens, Italo quòd honore supinus
Fregerit heminas Arreti ædilis iniquas,
Nec qui abaco numeros, & secto in puluere metas
Scit risisse vafer, multùm gaudere paratus
Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat,
His mane edictum, post prandia Callirhoën do.

Si vel tantillum esset nobis industriæ, non versaremur semper in iisdem argumentis iam vulgo protritis.

Lucilij libertas. Horatij dexteritas.

Scrob. Alludit ad fabulam Midæ regis.

Præg. sene, Aristophane comico. Nolo lectorem mathematicæ, aut honorum opinione turgidum, sed sani iudicij.

SATYRA II.

Hæc satyra sumpta est ex secundo Platonis Alcibiade, in vota, impia & scelerata, quibus deos solicitabant homines perditissimi.

HVnc Macrine diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos,
Funde merum Genio, non tu prece poscis emaci
Quæ nisi seductis nequeas committere diuis.

At

At bona pars procerum tacita libabit acerra.
Haud cuiuis promptũ eſt murmúrq́, humileſq́ ſu-
Tollere de tẽplis, & aperto viuere voto. (ſurros
Mẽs bona, fama, fides, hæc clare, et vt audiat hoſtes
Illa ſibi introrſum, & ſub lingua immurmurat: ô ſi
Ebullat patrui præclarum funus, & ô ſi
Sub raſtro crepet argenti mihi ſcita dextro
Hercule pupillumue vtinã, quem proximus hæres
Impello, expungam: namq́ eſt ſcabioſus, & acri
ducitur? Bile tumet. Nerio iam tertia conditur vxor.
gurgite. Hæc ſanctè vt poſcas, Tyberino in flumine mergis
Putas deos eiuſmodi votis non offendi, qui iuſti ſunt, cum & Staius ipſe veneficus ſceleratiſſimus non poſſet non offendi, ſi ea audiat.
Marè caput bu, térq́, & noctem flumine purgas.
Heus age, reſpõde, minimum eſt, quod ſcire laboro,
De Ioue quid ſentis? eſtné vt præponere cures
Hunc cuiquam: cuinam? vis Staio? an ſcilicet hæres
Quis potior iudex, pueriſne quis aptior orbis?
Si non ſtatim fulmine tactus es, putas impunè te quæuis perpetraturum.
Hoc igitur, quo tu Iouis aurem impellere tentas,
Dic agédum Staio, prò Iuppiter, ô bone clamet
Iuppiter, ac ſeſe non clamat Iuppiter ipſe?
Ignouiſſe putas: quia, cùm tonat, ocyus ilex
Sulphure diſcutitur ſacro, quàm tuq́, domúſque?
An quia non ſibris ouium, Ergemnáq́ iubente
In ſuperſtitionem & vaniſſimas perculas mulierum.
Triſte iaces lucis, euitandúmque bidental,
Idcirco ſtolidam præbet tibi vellere barbam
Iuppiter? aut quidnam eſt, qua tu mercede deorum
Emeris auriculas pulmone, & lactibus vnctis?
Ecce auia, aut metuens diuúm matertera, cunis
Exemit puerum, frontémque, atque vda labella
Infami digito, & luſtralibus ante ſaliuis
Expiat, vrentes oculos inhibere perita.
Licini, optat illi ſummas diuitias, & honores.
Tunc maribus quatit, & ſpẽ macram ſupplice voto
Nunc Licini in campos, nunc Craſſi mittit in ædes.
Hunc optent generum rex, & regina, puellæ.

Huno

Hunc rapiant, quicquid calcauerit hic, rosa fiat.
Ast ego nutrici non mando vota. negato
Iuppiter hæc illi, quamuis te albata rogarit.
Poscis opem neruis, corpúsque fidele senectæ:
Esto age, sed grandes patinæ, tucetáque crassa
Admouere his superos vetuere, Ioniámque morantur.
Rem struere exoptas cæso bone, Mercuriúmque
Arcessis fibra da fortunare penates,
Da pecus & gregibus fœtum. Quo pessime pacto,
Tot tibi cùm in flamma iunicum omenta liquescant?
Attamen hic extis, & opimo vincere farto
Intendit: iam crescit ager, iam crescit ouile,
Iam dabitur iam iam, donec deceptus, & expes
Nequaquam fundo suspiret nummus in imo.
Si tibi crateras argenti, incusáque pingui
Auro dona feram, sudes, & pectore læuo
*Excutiat guttas, * latari prætrepidum cor.*
Hinc illud subijt, auro sacras quòd ouato
Perducis facies: nam fratres inter ahenos,
Somnia pituita, qui purgatissima mittunt,
Præcipui sunto, sit ó illis aurea barba,
Aurum vasa Numæ, Saturniáque impulit æra,
Vestaléque vrnas, & thuscum fictile mutat.
O curnæ in terris animæ, & cœlestium inanes,
Quid iuuat hoc templis nostros immittere mores?
Et bona dijs ex hac scelerata ducere pulpa?
Hæc sibi corrupto casiam dissolxit oliuo,
Hæc Calabrum coxit vitiato murice vellus,
Hæc baccham conchæ rasisse, & stringere venas
Feruentis masse crudo de puluere iussit.
Peccat & hæc, peccat, vitio tamen vtitur: at vos
Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatæ virgine puppæ.

Bonam valetudinem poscis, cum luxu & crapula diffluas: & assiduis sacrificijs vis diuescere cum te planè exhaurias.

Iunicum, iuuencorum.

* *latetur pertrepidũ cor.*

Fratres ahenos statuas quinquaginta filiorum Ægypti, quæ Romæ in quadam porticu somnia felicia immittere credebantur.

Dij non ijsdem nobiscum affectibus ducuntur, proinde neque nostris ceremonijs delectantur, sed synceritate animi & vitæ integritate.

Quin

Quin damus id ſuperis: de magna quod dare lance
Non poſſint magni Maſſale lippa propago,
Compoſitum ius, fáſque animi, ſanctóſq; receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto,
Hoc cedo, vt admoueam templis, & farre litabo.

SATYRA III.

In parentum in liberis educandis, & liberorum circa bonas diſciplinas negligentiam, qui iuuenes animum nullis honeſtis rebus excolant, cùm ea ætas ad percipienda bona ſtudia ſit accommodatiſſima.

**Finditur, Arcadia.*

NEmpe hoc aſſiduè. iam clarum manè feneſtras
Intrat, & anguſtas extendit lumine rimas.
Stertimus, indomitum quod deſpumare falernum
Sufficiat, quinta dum linea, tangitur vmbra.
En quid agis? ſiccas inſana canicula meſſes
Iãdudũ coquit, & patula pecus omne ſub vlmo eſt;
Vnus ait comitum, verúmne? itáne? ocyus adſit
Huc aliquis: nemón? turgeſcit vitrea bilis,
**Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas,*
Iam liber, & bicolor poſitis membrana capillis,
Inq; manus chartæ nodoſáque venit arundo.
Tu querimur, craſſus calamo quòd pendeat humor,
Nigra quòd infuſa vaneſcat ſepia lympha,
Diſlutas querimur, geminet quòd fiſtula guttas.
O miſer inq; dies vtrà miſer, huccine rerum
Venimus? at cur non potius, teneróque columbo,
Et ſimilis regum pueris pappare minutum
Poſcis? & iratus mammæ lallare recuſas?
An tali ſtudeam calamo? cui verba? quid iſtas
Succinis ambages? tibi luditur, effluis amens.
Contemnêre: ſonat vitium percuſſa, malignè
Reſpondet viridi non cocta fidelia limo,
Vdum, & molle lutũ eſt, nunc nunc properandus, & (acri
Fingendus ſine fine rota. ſed rure paterno
Eſt tibi fár modicum, purum, & ſine labe ſalinum.
Quid metuas? cultrixque foci ſecura patella.
Hoc ſatis? an deceat pulmonem rumpere veris.

Effluis, prodis teipſum qualis ſis, nimirum mollis & ignauus.

Stem-

Stemmate quòd Thusco ramum millesima ducis,
Censorémue tuum vel quòd trabeate salutas?
Ad populum phaleras: ego te intus, & in cute noui.
Non pudet ad morem discincti viuere Nattæ?
Sed stupet hic vitio, & fibris increuit opimum
Pingue, caret culpa, nescit quid perdat, & alto
Demersus, summa rursus non bullit in vnda.
Magne pater diuûm sæuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis, cùm dira libido
Mouerit ingenium, feruenti tincta veneno,
Virtutem videant, intabescantq́ relicta.
Anne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci,
Et magis auratis pendens laquearibus ensis,
Purpureus subter ceruices teruit? imus,
Imus præcipites, quàm si sibi dicat, & intus
Palleat infelix, quod proxima nesciat vxor?
Sæpe oculos, memini, tingebam paruus oliuo,
Grandia si nollem morituri verba Catonis
Discere, ab insano multum laudanda magistro,
Quæ pater adductis sudans audiret amicis.
Iure etenim id summum, quid dexter senio ferret,
Scire erat in voto, damnosa canicula quantum
Raderet, angustæ collo non fallier orcæ,
Neu quis callidior buxum torquere flagello,
Haud tibi inexpertum est curuos deprendere mores,
Quæque docet sapiens braccatis illita Medis
Porticus insomnis, quibus inde tonsa iuuentus
Inuigilat siliquis, & grandi pasta polenta.
Et tibi quæ Samios diduxit littera ramos,
Surgentem dextrò monstrauit limite callem:
Stertis adhuc? laxúmque caput compage soluta
Oscitat hesternum dissutis vndique malis?
Est aliquid quò tendis, & in quo dirigis arcum?

Tibi places, quod ex generosis natus sis, cùm vera nobilitas non ex maiorum signis, sed animi bonis metienda sit.

Nullum est grauius supplicium, quàm mens sibi malè conscia.

Quid in pueritia libenter agat vnusquisque.

Bracc. Stoici qui in ποικίλῃ porticu docebant, vnde nomen inuenerunt.

Nullus est tibi finis præscriptus, ad quem omnia referas certè, inquit, nisi à teneris philosophiæ præceptis animum assuefacias, non est quòd bene beatéque viuere possis, etiamsi sit vtcunque vnde viuas.

An passim sequeris coruos, testáque lutóque
Securus quo pes ferat, atque ex tempore viuis?
Helleborum frustra, cùm iam cutis ægra tumebit,
Poscentes videas: venienti occurrite morbo.
Et quid opus Cratero magnos promittere montes?
Discitéque ô miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quàm mollis flexus, et vnda,
Quis modus argento, quid fas optare, quid asper
Vtile nummus habet, patriæ, charísque propinquis
Quantum elargiri deceat, quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re
Disce: neq; inuideas quòd multa fidelia putet
In locuplete penu defensis pinguibus vmbris,
Et piper, & pernæ Marsi monumenta clientis,
Menáque, quòd prima nondum defecerit orca.
Hic aliquis de gente hircosa centurionum
Dicat, quod satis est, sapio mihi, non ego curo
Esse quod Archesilas, ærumnosíq; Solones
Obstipo capite, & figentes lumine terram,
Murmura cùm secum, & rabiosa silentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Ægroti veteris meditantes somnia gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.
Hoc est quod palles, cur quis non prandeat, hoc est.
Hos populus ridet, multumq; torosa iuuentus
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.
Inspice, nescio quid trepidat mihi pectus, & ægris
*Faucibus * exuberat grauis halitus, inspice sodes,*
Qui dicit medico iussus requiescere, postquàm
Tertia compositas vidit nox currere venas,
De maiore domo modicè sitiente lagena
Lenia loturo sibi Surrentina, rogauit.

Archesilas philosophus Academicus Crantoris discipulus, cuius monita ab imperitis habebantur ludibrio.

* *excudat.*

In eos, qui cùm valetudinarij sint, tamen ob intemperantiam medico non auscultant, & sibi

Heus

Heus bone, tu palles, nihil est, videas tamen istud
Quicquid id est: surgit tacitè tibi lutea pellis.
At tu deterius palles, ne sis mihi tutor.
Iampridem hunc sepeli, tu restas. perge, tacebo.
Turgidus hic epulis, atque albo ventre lauatur,
Gutture, sulphureas lentè exhalante Mephites.
Sed tremor inter vina subit, calidumq; trientem
Excutit è manibus, dentes crepuere retecti.
Vncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.
Hinc tuba, candela, tandémque beatulus alto
Compositus lecto, crassísque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit, at illum
Hesterni capite inducto subiere Quirites.
Tange miser venas, & pone in pectore dextram.
Nil calet hic: summósque pedes attinge, manúsque
Non frigent. visa est si forte pecunia, siue
Candida vicinì subrisit molle puella,
Cor tibi rite salit, positum est algente catino
Durum olus, & populi cribro decussa farina.
Tentemus fauces, tenero latet vlcus in ore,
Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.
Alges cùm excussit membris tremor albus aristas.
Nunc face suppositâ feruescit sanguis, & ira,
Scintillant oculi, dicísque, faciísque, quod ipse
Non sani esse hominis, non sanus iuret Oreste.

certissimum exitium accersunt digni qui contempto virtutis pœnas dent.

Pestilentior animi, quam corporis morbus, quo qui laborant, sani esse non possunt, etiamsi corpore valeant.

Cum selvi laboras, tam leui occasione offenderis, vt insanus videri possis.

SATYRA IIII.

REm populi tractas? barbatũ hoc crede magistrũ
Dicere, sorbitio tollit quem dira cicuta.
Quo fretus? dic hoc magni pupille Pericli
Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit: dicenda, tacendáque calles.
Ergò vbi commota feruet plebecula bile,
Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ

In eos qui rerum humanarum imperiti, temere se ad gerendum magistratum ingerunt: in primis autem in Neronem, qui iuuenis, per fecles imperium occupauit, imperio inepti ssimus.

Maiestate manus: quid deinde loquêre? Quirites
Hoc puto non iustum est, illud male, rectius istud.
Scis etenim iustum gemina suspendere lance
Ancipitis libræ: rectum discernis, vbi inter
Curua subit, vel cùm fallit pede regula varo:
Et potis es nigrum vitio præfigere theta.
Quin tu igitur summa nequicquàm pelle decorus
Ante diem blando tandam iactare popello
Desinis? Anticyras melior sorbere meracas.
Quæ tibi summa boni est? vncta vixisse patella
Semper, & assiduo curata cuticula sole.
Expecta, haud aliud respondeat hæc anus: I nunc
Dinomaches ego sum: suffla. sum candidus: esto,
Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis.
Cùm bene discincto cantauerit ocyma verna.
Vt nemo in sese tentat descendere, nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.
Quæsieris: nostin' Vectidi prædia? cuius
Diues arat Curibus, quantum non miluus oberret.
Hunc ais? hunc, Dijs iratis, genióque siniſtro
Qui quandoque iugum pertusa ad compita figit:
Seriola veteris metuens deradere limum
Ingemit, hoc bene sit: tunicatum cum sale mordeus
Cepe, & farratam pueris plaudentibus ollam,
Pannosam facem morientis sorbet aceti.
At si vnctus cesses, & figas in cute solem,
Est prope te ignotus cubito qui tangat, & acre
Despuat in mores, penemq;, arcanaq; lumbi
Runcantem, populo marcentes pandere vulnus.
Tu cum maxillis balanatum gausape pectas
Inguinibus quare detonsus gurgulio extat?
Quinque palestritæ licet hæc plantaria vellant,
Elixásque nates labefactant forcipe aduncæ:

Non

I nunc, & ob nobilitatem, & fortunam te vendita, cum álioqui nihil sapias. Hominum more fit, inquit, vt ad aliena vitia simus oculatissimi, ad nostra planè cæcutiamus. Nam diuitis cuiuspiam auaritiam & parsimoniam facile obseruamus, in nobis maiora flagitia non animaduertimus.

Non tamen iſta ſilix vllo manſueſcit aratro.
Cædimus, inque vicem præbemus crura ſagittis,
Vſitatur hoc pacto, ſic nouimus: ilia ſubter
Cæcum vulnus habes, ſed lato baltheus auro
Protegit: vt manus, da verba, & decipe neruos
Si potes. egregium cum me vicinia dicat,
Non credam? viſo ſi palles improbe nummo,
Si facis in penem quicquid tibi venit amarum,
Si puteal multa cautus vibice flagellas,
Ne quicquam populo bibulus donaueris aures.
** Reſpice quod non es, tollat ſua munera cerdo:*
Tecũ habita, & noris quam ſit tibi curta ſupellex.

Si conſcius es tibi ſce eris alicuius, non creſles vulgo magnifica de te prædicanti, ſed potius conſcientiæ tuæ.

**aliâs, Reſpue.*

SATYRA V.

VAtibus hic mos eſt, centum ſibi poſcere voces,
Centũ ora, et linguas optare in carmina centũ,
Fabula ſeu mœſto ponatur hianda Tragœdo,
Vulnera ſeu Parthi ducentis ab inguine ferrum.
Quorſum hæc? aut quantas robuſti carminis offas
Ingeris, vt pari ſit centeno gutture nitis?
Grande locuturi nebulas Helicone legunto,
Si quibus aut Prognes, aut ſi quibus olla Thyeſtæ
Feruebit, ſæpe inſulſo cœnanda Glyconi.
Tu neque anhelanti, coquitur dum maſſa camino,
Folle premis ventos, nec clauſo murmure raucus
Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte,
Nec ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas.
Verba togæ ſequeris, iunctura callidus acri
Ore teris modico, pallentes radere mores
Doctus & ingenuo culpam defigere ludo,
Hinc trahe quæ dicas, menſamq; relinque Mycenis
Cum capite, & pedibus, plebeiaq; prandia noris.
Non equidem hoc ſtudeo, bullatis vt mihi nugis
Pagina turgeſcat, dare pondus idonea fumo.

Inducit hac Satyra Coruinũ præceptorem ſuum mirantem quòd cum Satyrã ſcribere inſtituiſſet pœëta, materiam non perinde arduam, tam tragico initio vteretur, vt centum linguas ſibi optaret. Cui reſpondet Perſius, ſe id non ad nugas petere, ſed ad animum ſuum erga præceptorem exprimendum: qui alioqui, tam eſt vehemens vt vix centum linguis poſſit exprimi: neque id inuenitũ: nam vbi, inquit, è pueritia exceſſiſſem, me dedi tibi in diſciplinam, & ætatem meam tenetam

adhuc optimis moribus firmati, & coniuctu tuo, quo ita suauiter tecum sum vsus, vt prouidentia quadam diuina videamur eodem ingenio nati, cum tamen vulgò tanta diuersitas sit studiorum, vt vix millesimus quisque cum altero conueniat in vita, sed diuersa sequatur studia,

Secreti loquimur, tibi nunc hortante camœna
Excutienda damus præcordia, quantáque nostra
Pars tua sit Cornute anima, tibi dulcis amice
Ostendisse iuuat: pulsa, dignoscere cautus
Quid solidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.
Hic ego centenas ausim deposcere voces,
Vt quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
Voce traham pura, totúmque hoc verba resignent,
Quod latet arcana non enarrabile fibra.
Cùm primùm pauido custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit,
Cùm blandi comites, totáque impune Suburra
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo,
Cùmque iter ambiguum est, & vitæ nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes,
Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos
Socratcio Cornute sinu, tunc fallere solers
Apposita intortos ostendit regula mores,
Et premitur ratione animus, vincíque laborat,
Artificémque tuo ducit sub pollice vultum.
Tecum etenim longos memini consumere soles,
Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Vnum opus, & requiem pariter disponimus ambo,
Atque verecunda laxamus seria mensa,
Non equidem hos dubites amborum fœdere certo
Consentire dies, & ab vno sydere duci,
Nostra vel æquali suspendit tempora libra
Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora
Diuidit in geminos concordia fata duorum,
Saturnúmque grauem nostro Ioue frangimus vnà,
Nescio quid certè est, quod me tibi temperat astrũ,
Mille hominum species & rerum discolor vsus,
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Mercibus

Mercibus hic Italis mutat ſub ſole recenti
Rugoſum piper, & pallentis grana cumini:
Hic ſatur irriguo manulit turgeſcere ſomno:
Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ille
In venerem eſt putris. ſed cùm lapidoſa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi,
Tum craſſos tranſiſſe dies, Incémq, paluſtrem,
Et ſibi iam ſeri vitam ingemuere relictam.
At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis,
Cultor enim iuuenum purgatas inſeris aures
Fruge Cleanthea: petite hinc iuuenéſque, ſenéſque
Finem animo certum, miſeriſque viatica canis.
Cras hoc fiet, idem cras fiet, quid (quaſi) magnum?
Nempe diem donas: ſed cùm lux altera venit,
Iam cras heſternum conſumpſimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos, & ſemper paulùm erit vltrà.
Nam quàmuis prope te, quamuis temone ſub vno
Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum,
Cùm rota poſterior curras, & in axe ſecundo,
Libertate opus eſt, non hac vt quiſque Velina
Publius emeruit, ſcabioſum teſſerula far
Poſſidet: heu ſteriles veri, quibus vna Quiritem
Vertigo facit. hic Dama eſt, non treſſis agaſo?
Vappa, & luppus, & in tenui farragine mendax,
Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama? papè Marco ſpondente recuſas
Credere tu nummos? Marco ſub iudice palles?
Marcus dixit: ita eſt: aſſigna Marce tabellas.
Hac mera libertas? hanc nobis pilea donant?
An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere vitam
Cui licet, vt voluit? licet, vt volo, viuere: non ſum
Liberior Bruto? Mendoſè collegis, inquit
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto:

Exhortatio ad iuuentutem, vt ex philoſophia ſibi virtutem, viaticans ad beatam vitam comparet.

Libertate quidem opus eſt ad virtutem: verùm ea quæ animum à vitijs & affectibus prauis liberat, non ea qua donatus aliquis Ro. ciuis efficitur.

Syllogismo colligit seruum esse, qui cupiditatibus suis seruiat, etiam si sibi liber videatur.

Prætor libertatem vtcunq; dare potest, sapientiam non potest, vnde vera libertas proficiscitur & vitæ officia. Nam leges & sensus communis quosuis docent quibus abstinendum sit in commune, verùm rectè sapere, veri speciem à vero discernere, moderatum & liberalem cùm opus est, & continentem esse, tantóque contentum, hoc demum est hominis verè liberi: quòd si non verè aliquis, sed fucatè boni viri speciem præ se ferat, multò minus liber erit, sed mancipium.

Hæc reliqua accipio, licet, vt volo, viuere tolle.
Vindicta, postquam meus à prætore recessi,
Cur mihi non liceat iussit quodcunque voluntas,
Excepto si quid Masurri rubrica vetauit?
Disce, sed ira cadat naso, rugosq; sanna,
Cùm veteres auias tibi de pulmone reuello.
Non prætoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia, atque vsum rapidæ permittere vitæ.
Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Stat contrà ratio, & secretam gannit in aurem,
Ne liceat facere, id quod quis vitiauit agendo.
Publica lex hominum, naturáque continet hoc fas.
Vt teneat vetitus inscitia debilis actus,
Diluis helleborum, certo compescere puncto
Nescius examen, vetat hoc natura medendi.
Nauim si posset sibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamat Melicerta perisse
Frontem de rebus, tibi recto viuere talo
Ars dedit, & veri speciem dignoscere calles,
Nequa subærato mendosum tinniat auro,
Quæq; sequenda forent, & quæ vitanda vicissim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.
Es modicus voti, presso lare, dulcis amicis,
Iam nunc astringas, iam nunc grauaria laxes,
Inq; luto fixum possis transcendere nummum,
Ne gluto sorbere saliuam Mercurialem,
Hæc mea sunt, teneo, cùm vere dixeris, esto
Liberque, ac sapiens Prætoribus, ac Ione dextro.
Sin, tu cùm fueris nostræ paulò antè farinæ,
Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem,
Quæ dederam suprà, repeto, funémque reduco:
Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas,

Et

Et quid tam parvum est? sed nullo iure litabis,
Hæreat in stultis brevis vt semuncia recti.
Hæc misere nefas, nec cùm sis cetera fossor,
Treis tantùm ad numeros satyri moueare Bathylli:
Liber ego: vnde datum hoc sumis tot subdite rebus?
An dominum ignoras, nisi quem vindicta relaxat?
I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer,
Si increpui, cessas nugator: seruitium acre
Te nihil impellit? nec quicquam extrinsecus intrat
Quod nervos agitet? sed si intus, & in iecore ægro
Nascuntur domini, quî tu impunitior exis,
Atq, hîc, quẽ ad strigiles scutica, et metus egit heri-
Mane piger surtis, surge, inquit, auaritia, eia (lis?
Surge: negas: instat, surge inquit: non queo: surge,
Et quid agam? rogitas? en, saperdã aduehe ponto,
Castoreum, stuppas, hebenum, tus, lubrica Coa,
Tolle recens primus piper è sitiente camelo,
Verte aliquid, iura. sed Iuppiter audiet eheu.
Vare regustatum digito terrebrare salinum
Contentus perages, si viuere cum Ioue tendis.
Iam pueris pellem succinctus, & œnophorum aptas
Ocyus ad nauem, nihil obstet, quin trabe vasta
Ægæum rapias, nisi solers luxuria antè
Seductum moueat, quò deinde insane ruis? quò?
Quid tibi vis? calido sub pectore mascula bilis
Intumuit, quam non extinxerit vrna cicutæ.
Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto
Cœna sit in transtro? Veientanúmque rubellum
Exhalet vapida læsum pice sessilis obba?
Quid petis, vt nummi, quos hic quicunce modesto
Nutrieras, peragant auidos sudore deunces?
Indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est
Quod viuis, cinis, & manes, & fabula fies.

seruitus ab auaritia quæ homines miré distrahit ad sordes, & parsimoniam, & pericula subeunda solicitat, contrà luxuria ab omnibus illis dehortatur, ad voluptates exhortatur hac occasione quod mortuo nihil proderunt diuitiæ; vult autem miserrimum seruitutis genus vitijs inter se contrarijs laborare.

Viue

Viue memor leti, fugit hora, hoc q̃ loquor, inde eſt
En quid agis? duplici in diuerſum ſcinderis hamo.
Huccine, an hunc ſequeris? ſubeas alternus oportet.
Ancipiti obſequio dominos alternus oberres.
Nec tu cùm obſtiteris ſemel, inſtantiq̃ negaris
Parere imperio, rumpi iam vincula dicas.
Nam luctata canis nodum arripit, aſt tamen illi
Cùm fugit, à collo trahitur pars longa catenæ.
Dane citò hoc credas iubeo, finire dolores
Præteritos meditor, crudum Chæreſtratas vnguem
Abrodens ait hæc: an ſiccis dedecus obſtem
Cognatis? an rem patriam rumore ſiniſtro
Limen ad obſcœnum frangam, dum Chryſidis vdas
Ebrius ante fores extincta cum face cante?
Euge puer ſapias Diis depellentibus, agnam
Percute, ſed cenſen' plorabit Dane relicta?
Nugaris? ſolea puer obinrgabere rubra,
Ne trepidare velis, atque arctos rodere caſſes.
Nunc ferus, & violens, at ſi vocet, haud mora, dicas
Quidnã igitur faciã? ne nũc, cùm accerſor, & vltrò
Supplicet, accedam: ſi totus, & integer illinc
Exieris, nunc nunc, hic hic, quem quærimus, hic eſt.
Non in feſtuca, lictor quam iactat ineptus:
Ius habet ille ſui palpo, quem ducit hiantem
Cretata ambitio? vigila, & cicer ingere largè
Rixanti populo, noſtra vt Floralia poſſint
Aprici meminiſſe ſenes: quid pulchrius? at cùm
Herodis venère dies, vnctæque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ
Portantes violas, rubrúmque amplexa catinum
Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino,
Labra moues tacitus, recutitaq̃, ſabbata palles.
Tunc nigri lemures, ouóque pericula rupto,

Argumento ex comœdia ſumpto, oſtendit eum qui meretricio amore captus ſit, liberum non eſſe, niſi illum ex animo totum excutiat, tum demum liberiorem futurum, quàm is qui à prætore manumittitur.

Liberos non eſſe ait, cùm ambitioſos omnes, tum ſuperſtitioſos, & in primis iudaicis ſabbatiſmis & cæremonijs deditos.

Tunc grandes Galli, & cum ſiſtro luſca ſacerdos
Iecuſſere deos inflantes corpora, ſi non
Prædictum ter mane caput guſtaueris alli.
Dixeris hæc inter varicoſos Centuriones,
Continuò craſſum ridet Vulpenius ingens,
Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

SATYRA VI.

ADmonit iam bruma foco te Baſſe Sabino?
Iãne lyra, et tetrico viuũt tibi pectine chordæ?
Mirè opifex numeris veterum primordia vocum,
Atque marem ſtrepitum fides intendiſſet Latina,
Mox iuuenes agitare iocos, & pollice honeſto
Egregios luſiſſe ſenes. mihi nunc Ligus ora
Intepet, hybernatque meum mare, qua latus ingens
Dant ſcopuli, & multa ſitus ſe valle receptat.
Lunæi portum eſt operæ cognoſcere cives,
Cox iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe
Mœonides quintus pauone ex Pythagoræo.
Hic ego ſecurus vulgi, & quid præparet Auſter
Infelix pecori, ſecurus, & angulus ille
Vicini, noſtro quia pinguior, etſi adeò omnes
Diteſcant orti peioribus, uſque recuſem
Curuus ob id minui ſenio, aut cœnare ſine unctæ,
Et ſignum in vapida naſo tetigiſſe lagena.
Diſcrepet his alius: geminos horoſcope vare
Producis genio? ſolis natalibus eſt qui
Tingat olus ſiccum muria vafer in calice empta.
Ipſe ſacrum irrorans patinæ piper, hic bono dente
Grandia magnanimus peragit puer. vtar ego, vtar,
Nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
Nec tenuem ſolers turdorum noſſe ſaliuam.
Meſſe tenus propria viue, & granaria, fas eſt, (eſt:
Emole: quid metuis? occa, & ſeges altera in herba

Ad Cæſium Baſſum eximium poetam Lyricum ſcribit: rogátque num apud Sabinos hybernet & cantu ſeſe oblectet. ſe enim iam ad portum Lunæ, que in Liguria vrbs eſt, conceſſiſſe, de qua meminit Ennius: illic autem velle ſe quietè viuere, ab omni ambitione & ſtrepitu alieniſſimum, vnde occaſione capta, eos ridet, qui nihil non agunt, vt hæredes ſuos locupletent, ipſi interea cum ſumma parſimonia ac pœnè inopia victitent, & contra eos, qui patrimonium ſuum prodigunt.

Aſt vocat officium trabe rupta, Brutia ſaxa
Prendit amicus inops, remq; omnem, ſurdáq; vota
Condidit Ionio, iacet ipſe in littore, & vna
Ingentes de puppe Deos, iámque obuia mergis
Coſtaratis lacere. nunc & de ceſpite vino
Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret
Cærulea in tabula. ſed conam funeris hæres
Negliget iratus, quòd rem curtaueris, vnæ
Oſſa inodora dabit, ſeu ſpirent cinnama ſurdum,
Seu cæraſo peccem caſia neſcire paratus.
Túne bona incolumis minuas? ſed Beſtius vrget
Doctores Graios: ita fit, poſt quàm ſapere vrbi
Cũ pipere, & palmis venit noſtrum hoc maris, ex-
Fœniſecæ craſſo vitiarunt vnguine pulter. (pers,
Hæc cinere vlterior metuas? at tu meus hæres
Quiſquis eris, paulùm à turba ſeductior audi,
O bone num ignoras? miſſa eſt à Cæſare laurus
Inſignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus excutitur cinis, ac iam poſtibus arma,
Iam chlamydas regum, iam lutea gauſapa captis,
Eſſedáque, ingentéſque locat Caſonia Rhenos.
Dys igitur, genióque ducis centum paria, obres
Egregiè geſtas, induco: quis vetat? aude.
Vę, niſi commines: oleum, artocreáſque popello
Largior, an prohibes? dic clarè: non audeo, inquis
Exoſſatus ager iuxtà eſt. age, ſi mihi nulla
Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet patrui, ſterilis matertera vixit,
Déque auia nihilum ſupereſt, accedo Bonillas
Cluúmque ad Vrbi, præſto mihi Manius hæres
Progenies terræ, quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater, haud prõptè dicã, tamẽ adde etiam vnũ,
Vnum etiam, terra eſt iam filius, & mihi ritu

Manium

Num ſolicitus es, inquit poëta, ne parum magnificè efferatur funus tuum ab hærede, ſi aliquanto commodius vixeris? certè ego, ait, ſi obres feliciter à Cæſare geſtas velim Dijs hecatomben offerre & populo epulum largiri, nihil morabor hæredem meum.

Maunius hic generis propè maior aumeculus exit.
Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?
Sum tibi Mercurius, venio Deus huc ego, vt ille
Pingitur, an rennis? vin' tu gaudere relictis?
Deest aliquid summæ: minui mihi, sed tibi totũ est,
Quicquid id est, vbi sit fuge quærere, & mihi quon-
Legarat Stadius, neu dicta repone paterna, (dã
Fœnoris accedat merces, hinc exime sumptus:
Quid reliquũ est? reliquum? nunc nunc impensius
Vnge puer caules: mihi festa luce coquatur (unge,
Vrtica, & fissa fumosum sinciput aure,
Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis
Cùm morosa vagò singultiet inguine vena,
Patritiæ immeiat vulvæ? mihi trama figuræ
Sit reliqua? ast illi tremat omento popa venter?
Vende animam lucro, mercare, atque excute solers
Omne latus mundi, ne sit præstantior alter
Cappadocas rigida pingues paniſſe catasta.
Rem duplica, feci. iam triplex, iam mihi quartò,
Iam decies redit in rugam. depinge vbi sistam
Inuentus Chrysippe tui finitor acerui.

An parcè & sordide, inquit, mevis vivere, vt heres nequiter & perditè mea consumat, mè macerem inedia, vt ille fagineus.

FINIS.